14. 5. - 91



Caualier Francesco Vargas Macciucca

Leges, Volumina ex Bibliotheca nostra commo, dato accepta, lecturis. Secundum auspicia lata Lictor Lege agito in Legirupionem. Mas vel Foemina ſuas, hac tibi lege, Codicis istius usum, non interdicimus.

I. HUnc ne Mancipium ducito. Liber est: ne igitur notis compugito. II. Ne coesim punctimve ferito: hostis non est. III. Lineolis, intus, forisve, quaquaversum, ducendis abstineto. IV. Folium ne subgito, ne complicato, neve in rugas cogito. V. ad oram conscribillare caveto. VI. Atramentum ultra primum exesto: mori mavult quam foedari. VII. Puroe tantum papyri Philuram interserito. VIII. Alteri clauculum palamve ne commodato. IX. Murem, tineam, blattam, muscam, furunculum absterreto. X. Ab aqua, oleo, igne, situ, illuvie arceto. XI. Eodem utitor, non abutitor. XII. Legere, et quaevis excerpere, fas esto. XIII. Perlectum, apud te perennare ne sinito. XIV. Sartnm tectumq., prout tollis, reddito. XV. Qui faxis, vel ignotus Amicorum albo adscribitor: qui secus, vel notus cradetor. Has sibi, has aliis praescribit leges in re sua, Ordinis Hyeresolimitani Eques Franciscus Vargas Macciucca. Quoi placeas annue, quoi minus, quid tibi nostra tactio est? Facesse.

X. 50

NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
1
10 -B
29
ROMA

V. Cl. Petri Peckii

In Titt. Dig. & Cod.

AD REM NAUTICAM PERTINENTES, COMMENTARII.

Quibus nunc accedunt

Notæ cum ampla dote variarum circa rem Navalem Obſervationum

Beneficio

ARNOLDI VINNII, J. C.

Item

LEGES NAVALES & JUS NAVALE RHODIORUM, Gr. Lat.

Quod uberius quam antea, nova hac editione, Summariis, & Notis illuſtratum addidit, & edidit

JOHANNES LAURENTIUS, J. Ctus.



AMSTELODAMI,
Apud Viduam JOANNIS HENRICI BOOM.
M. DC. LXVIII.

Nobiliſſimis & Ampliſſimis VIRIS,

D. D. CONSULIBUS

Reip. AMSTELODAMENSIS.

Cum animus mihi eſſet, Nobiliſſimi & Ampliſſimi Viri, ea, quæ de re nautica in jure noſtro prodita ſunt, et ſemel atque iterum publicè à nobis explicata, commentario aliquo illuſtrare, atque in manus hominum boni communis ſtudio emittere, ignarus quenquam huic rei ex profeſſo manum autea admoviſſe, oblati mihi ſunt Petri Peckii viri clariſſimi, & coryphei quondam ordinis juridici in Academia Lovanienſi, in hanc eandem juris partem commentarii: quos ego ut vidi, illico mihi quantocunque pretio comparandos exiſtimavi, ratus fore, ut in hoc ſcripto magnum mihi invenirem adjumentum ad id, quod mente conceperam, accelerandum & perficiendum. Sed fefellit me opinio, & perlecto opere ſtatim comperi, fruſtra me opem à Peckio expectare. Nam cum in animo haberem locos juris noſtri, qui ad rem nauticam pertinent, non

explicare tantum; verum etiam cum generis ejuſdem inſtitutis & moribus aliorum populorum conferre, atque ad uſum quendam accommodare communem, nihil ejuſmodi, quod quidem noſtro huic inſtituto ſerviret; apud Peckium reperi: quippe qui paſſim circa verba magis, quam res ipſas occupatus eſt: quod & Wilhelmus Welwodus Anglo-Britannus in compendio ſuo juris nautici obſervavit, apparetque ex toto illo Peckii opere non vidiſſe eum ullas alias leges de rebus maritimis, quam quæ in Corpore juris Juſtinianei continentur: non ipſas Wisbuicenſes, quæ fere apud omnes Transrhenanos, non Oleronis, quæ apud Galliam obtinent: non librum de Conſulatu maris, qui ſcriptus dicitur ætate S Ludovici, ex quo bona pars legum quibus hodie ad res maritimas paſſim utuntur, ſumpta eſt: non denique jus navale Rhodiorum, quod ad finem tomi ſecundi juris Græco-Romani relatum eſt à Marquardo Frehero v. cl. Sed fortaſſis theſaurus iſte, cum Peckius hæc ſcriberet, adhuc latebat in bibliotheca v. cl. Franciſci Pithœi. Omitto quod apud Peckium plura reperiuntur à re aliena, quam quæ argumenti ſunt propria: nuſquam enim toties & tam longe à propoſito digreditur, atque, ut ajunt, ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν φέρεται,

quam

quam in hoc ſuo ad rem nauticam commentario. Enimvero non eo hæc à me dicuntur, ut hoc Peckii ſcriptum reprehendam, famæve clariſſimi viri quid detractum velim: non enim omnibus eadem ſcribendi ratio propoſita eſt; ſed ſuo quiſque ingenio quæ vult, ſcribit & tractat, ac fortaſſe Peckius intra limites juris Romani ſe continere voluit. Utcunque ſit, oſtendit ſane in hoc opere Peckius ſibi non defuiſſe juſtam eruditionem, ſolidamque juris & multarum rerum ſcientiam. Ego cauſam tantum indicare volui, cur hic Peckio ultro ſuppetias feram, à quo ipſe aliquando me adjutum iri ſperaveram: hoc eſt, cur cum ob ſpem antea conceptam animo propoſuiſſem noſtra augere & exornare Peckianis, nunc contra noſtris notis & obſervationibus illuſtrem, & locupletioré ac gratiorem reddere coner ipſum Peckium. Abjecta igitur cogitatione priore, viſum fuit ea, quæ egomet ipſe ex variorum populorum inſtitutis nauticis, & recentioribus id genus placitis paulatim congeſſeram, memoriæque & collationis gratia ad ea juris Romani capita, quæ de re navali tractant, curſim annotaveram, Peckianis meditationibus intermiſcere, & ſimul ea, quæ benè à Peckio nobis dicta videntur, ſuffragatione noſtra comprobare, aut intacta relinquere; quæ ſe-

cus, rejicere & vivis rationibus confutare. Sic enim memini comparatam eſſe judicii noſtri rationem oportere, ut neque recte dicta factaque alicujus propter aliquos ejuſdem errores improbemus: neque quem in pleriſque bene ſentientem ſequimur, ejuſdem etiam hallucinationibus adhæreſcamus. Et merito pridem exploſa eſt vox illa Ciceronis, dicentis ſe malle cum Platone ſuo errare, quam cum aliis recte ſentire. Mirabuntur hic fortaſſe pragmaticorum filii audaciam Doctoris umbratici qui iis rebus ſeſe miſceat, quarum ipſum imperitiſſimum eſſe neceſſe ſit; utpote qui nec nautica unquam negotia, nec forenſem operam tractaverit omnino: cum tamen plerumque ipſi quoque judices, qui tribunalibus præſunt, nauticarum controverſiarum deciſiones & judicia permittetere ſoleant prudentiæ naviculatorum aut mercatorum negotiationibus marinis aſſuetorum. Equidem non inficior in negotiis nauticis nonnunquam confugiendum eſſe ad expertos ſive nautas ſive mercatores, alioſve hujuſmodi rerum peritos: cæterum nego id fieri ſolere aut debere, niſi, ut recte monet prudentiſſimus Straccha, tale quid occurrat, de quo nihil certi aut ſcripto jure cautum, aut conſuetudine introductum eſt. Cætera

enim

enim ſcire poſſunt etiam qui vitam umbratilem colunt: & hi ſi quid literis mandare volunt, plura conquirere ſolent, & curioſius cuncta rimari, quam aut pragmatici, qui raro relicta meſſe aurea, quam aſſidua rerum forenſium affert tractatio, literarum monumentis, unde nullus proventus eſt, ſtudent; aut quilibet alii, quos nimia & circumfuſa obſidet & opprimit negotiorum multitudo. Itaque nihil admodum cauſæ eſt, cur iſtorum hominum de nobis judicia metuamus aut moremur, certi noſtram hanc operam & doctis omnibus gratam fore, & multis apprime utilem, nec ſtudioſis modo juris, ſive in foro ſive adhuc in ſcholis verſantibus: verum etiam alienis à noſtra profeſſione hominibus, præſertim iis, qui tranſmarinas negotiationes exercent, quorum in plerisque civitatibus Hollandiæ noſtræ magna eſt copia, in ea, cui vos, Magnifici & Ampliſſimi Viri, præſidetis, major etiam, quam in aliis, quantumvis populoſis, civium: quæ etiam res tantas vobis opes, tantam celebritatem ac gloriam conciliavit. Quapropter nullus dubito, quin vos quoque laborem hunc noſtrum laudaturi & probaturi ſitis, & ſimul boni conſulturi, quod veſtro in ſcriptus nomini in lucem prodeat. Hanc mihi fiduciam peperit

 rit

rit cum ſingularis veſtra humanitas, qua bonarum literarum & politioris doctrinæ cultores ſemper proſecuti eſtis, tum ipſum commentationis noſtræ argumentum, quæ cum tota in rebus maritimis & eo jure, quod ad rem nauticam pertinet, verſetur, cui potius commendanda & offerenda fuit, quam Rectoribus ejus loci, in quo ſæpius de rebus & controverſiis nauticis diſceptatur & judicatur, quam alibi de cauſis quibuſcunque? Hoc enim evenire neceſſe eſt in ea urbe, cujus incolæ omnia pene mundi regna, omnes terrarum oras navibus accedunt, commerciiſque ſuis frequentant. Exilis eſt, fateor, & exiguæ rei, ſi per ſe ſpectetur, hæc noſtra oblatio: ſed tamen quæ, ut dictum Symmachi uſurpem, poteſt non exigua videri, ſi magis mei in vos animi, quam ſui pretii æſtimatione pendatur. Volui utique hoc qualecunque literis traditum extare meæ erga vos obſervantiæ & perpetui officii monumentum. *Valete, Nobiliſſimi & Ampliſſimi Viri, & magis magiſque in dies floreſcite. Dat. Lugd. ipſis Non.* Jun. 1647.

VV. NN. & AA.

Obſervantiſſimus,

ARNOLDUS VINNIUS.

Benevolo
LECTORI.

Ecce tibi, benevole Lector, clariſſimi Iuriſconſulti Petri Peckii in eam partem juris Iuſtinianei, quæ ad rem nauticam pertinet, commentarios denuo & elegantioribus typis excuſos, repurgatoſque à vitiis & mendis, quibus priores editiones Lovanienſis & Hagenſis ſcatent. Hagenſis illa præter librariorum errores etiam illud incommodi habet, quod ea, quæ Peckius in marginem conjecerat, editor è margine in contextum temere tranſtulit, qua tranſlatione factum eſt, ut oratio Peckii non bene cohæreat, multiſque locis ſenſus auctoris vix percipi queat: quod incommodum hac nova editione ſublatum. Edita quidem ſunt poſtea, anno 1647 Peckij τὰ ἅπαντα, *ſed nullò dempto vitio, & non minus mendoſe inter cætera iſte ad rem nauticam commentarius, quam qui Hagæ excuſus fuit. Subjecimus illis Peckij etiam noſtras in idem argumentum meditationes, in quibus juris Romani terminos egredimur, & multa huic juri adſpergimus ex aliarum gentium circa res navales inſtitutis & moribus atque uſu communi deprompta. Viſus quoque ſum operæ pretium facturus, ſi curarem,*

rem, ut recuderetur, atque huic operi ſubjungeretur jus illud navale Rhodiorum excerptum ἐκ τοῦ ια βιβλίου τῶν Διγέστων, *quod tomum ſecundum juris Græco-Rom. Francofurti anno* 1596, *editi claudit: quippe in qua legum navalium collectione multa ſane ſunt egregia, & ſcitu tranſmarina negotia tractantibus utiliſſima, quorum etiam pleraque in noſtro hoc commentario citantur: ſed quia vel ſemel duntaxat evulgata eſt, vel nunquam ſeorſum à reliquo jure Græco-Romano excuſa, hinc fit, opinor, ut paucorum manibus teratur, & non niſi eorum, qui non contenti triviali illa & plebeia eruditione, Græca cum Romanis conjunxerunt: Vir ampliſſimus, & Iuriſconſultus clariſſimus, D. Wilhelmus Goeſius in Collegium Admiralitatis, quod eſt Amſtelodami, Deputatus, ex bibliotheca affinis ſui, viri nobiliſſimi Nicolai Heinſij D.F. uſum mihi conceſſit ſcripti in membrana codicis, in quo jus illud navale Rhodiorum Græce manu exaratum eſt: cujus codicis lectio cum multis locis diſcrepet ab illa antea editi, eam varietatem ubique indicavimus. Adjunximus quoque interpretationem Latinam Leunclavii, leviter interpolatam: ut iis, qui Græce neſciunt, conſuleremus. Videtur autem hujus juris collector nonnulla etiam è conſtitutionibus Romanis ex-*

excerpta huic ſuæ collectioni immiſcuiſſe: quod arguunt verba Latina, quæ ſubinde intercurrunt, veluti πραῖδα, σαβουράτος, βιλγίων φρουρὸς, βίϛη, φίσκος *aut potius id factum ab iis eſt, qui jus illud ex Rhodienſium inſtitutis juſſu Tiberii deſcriptum, eidem Imperatori ſanciendum obtulerunt: ac fortaſſis etiam plura hujuſmodi procedente tempore inſerta, cum idem illud jus repetitum & confirmatum eſt novis ſanctionibus Veſpaſiani, Trajani, Antonini, aliorumque Principum, quorum nomina recenſentur eodem illo tomo ſecundo juris Græco-Romani proxime ante capita juris navalis. Hoc ideo monere volui, ne id alio forte trahatur. Errata pauca admodum in hac editione à typographis commiſſa, & nulla talia, quin ea per ſe quiſque paulo attentior facile vitare & corrigere poſſit: quod & tu, candide lector, ita facies, ut ne nobis in culpa ponantur.* Vale.

TY-

ADMONITIO

Ad

LECTOREM,

De nova hac editione.

Monitum te voluimus, Lector, quod Titulus indicat, huic noſtræ iteratæ quam adornavimus editioni acceſſiſſe non tantum *Leges Navales Rhodiorum* ab Imperatoribus Tiberio, Hadriano Antonino, aliiſque ſancitas, ex veteri codice Græco-Latino reſtitutas, verum etiam *Iuri Navali Rhodiorum* ante hac à clariſſimo *Vinnio* edito Multas leges inſuper ex eodem, & Codice Leunclavii additas, & tam leges memoratæ quam totum illud *Rhodiorum jus* ſummariis, & notis locupletatum, & illuſtratum, quibus omnibus Lector, æqui bonique conſule, & vale.

V. Cl.

AD TIT. IX. FF. IV.

Nautæ, Caupones, Stabularii ut recepta reſtituant,

PETRI PECKII COMMENTARIUS,

CVM

Notis & Obſervationibus

ARNOLDI VINNII

RUBRICA.

SVMMÆ RERVM.

1 *Nautæ, caupones, ſtabularii, genus hominum improbum.*

2 *Triboniani negligentia.*

3 *Stabulum & caupona quid ſit remiſſive.*

CVM Romanus Prætor, creſcente indies hominum malitia, raram inter mortales fidem conſiſtere animadverteret, & (ut ille ait) non hoſpes ab hoſpite tutus eſſe inciperet, utiliſſimum id edictum propoſuit, quo adverſus tantam improbitatem atque perfidiam proſpiceretur: idque eorum quidem præcipue cauſſa, quorum fidem plerumque coacti atque neceſſitate quadam ſequimur: genus hominum improbum, 1
quoſque adverſus bonam fidem mercatorum & jus gen-

tium

a *tium cum furibus contra eos, quos recipiunt, ſæpenumero coiviſſe, multorum calamitate evidentiſſimum evaſit. Quod ſi vero (ut fieri poteſt) magiſtri ipſi & penes quos primaria totius exercitii cura eſt, bonæ fidei fuerint, & nullo crimine irretiti: certe familiam tamen impurioris farinæ ut plurimum adhibere ſolent. Quod cum res mali admodum exempli in Republica eſſet, atque quotidiana vectorum miſeria remedium expoſtularet: duplicem Præ-*
b *tor actionem in factum propoſuit. Alteram, quæ de recepto dicitur, & in prima tituli parte tractatur. Alteram vero, qua contra exercitorem de delicto famulorum navigantes & vectores experiri poſſunt. Neque iſtud ſeverum eſſe nimium & Prætoris æquitati indignum arbitrari oportet, cum in poteſtate exercitoris ſit quos famulos eligat, & cujus fidei ſint atque innocentiæ, prius explorare.*
2 *Quod autem poſterioris in factum actionis in Rubrica nulla fiat mentio, incuria Triboniani factum exiſtimo, qui*
3 *totum Prætoris edictum non edidit. Quid autem ſit ſtabulum & caupona, poſtmodum in contextu explicabimus.*

LEX

Notæ & Obſervationes
ARNOLDI VINNII.

(a) DE hoc hominum genere, & præcipue de cauponum vilitate, improbitate & avaritia, vide quæ ex Platone, Ariſtotele, Horatio notamus infra ad *l. licet gratis. 6. eod. lit. A.*

(b) Prior actio eſt ex contractu, nimirum de eo, quod nautæ, caupones, ſtabularii à vectoribus aut hoſpitibus invectum aut illatum ſalvum fore receperunt. Altera quaſi ex maleficio eſt, qua iidem tenentur in duplum de damno aut furto, quod in navi, caupona, ſtabulo factum eſt ab his, quorum opera utuntur, quæ exponitur *l. ult. hoc tit.* Inſcriptio priorem duntaxat indicat.

(a) Sic

LEX I.

VLPIANVS LIB. XIII.

AD EDICTVM.

Ait Prætor, *nautæ, caupones, ſtabularii, quod cujuſque ſalvum fore receperint, niſi reſtituant, in eos judicium dabo.* Maxima utilitas eſt hujus edicti. quia neceſſe eſt plerunque eorum fidem ſequi, reſque cuſtodiæ eorum committere. Nec quiſquam putet graviter adverſus eos hoc conſtitutum. Nam eſt in ipſorum arbitrio, ne quem recipiant. Et niſi hoc eſſet ſtatutum, materia daretur, cum furibus adverſus eos quos recipiunt, coeundi, cum ne nunc quidem abſtineant ab hujuſmodi fraudibus.

SVMMÆ RERVM.

1 *Ratio dubitandi in hac lege.*
2 *Ratio decidendi.*
3 *Ratio edicti.*
4 *Fraus nautarum.*
5 *Cautela contra fraudem nautarum.*
6 *Principis miniſtros in neceſſitate quilibet hoſpitio ſuſcipere tenetur.*
7. *Hoſpitio ſuſcipere inviti caupones tenentur.*
8 *Occaſio mali auferenda.*

1 A*It Prætor*, judicium dabo. *Quod tamen mirum*
videri poteſt; cum nautæ, caupones, ſtabularii, non
pro cuſtodia rerum invectarum, ſed pro uſu tantum na-
vis, hoſpitii, ſeu ſtabuli, mercedem recipere videantur.
2 l. nauta. inf. eodem. *& dominis ipſis imputari poteſt*
quod cuſtodiam meliorem non adhibuerunt. Sed contra
reſponſum eſt. Quamvis enim ſolum pro vectura merce-
dem recipiant, de cuſtodia tamen tenentur. Nam fullo &
ſarcinator non pro cuſtodia mercedem recipiunt, & tamen
cuſtodiæ nomine ex locato tenentur. Quod autem dicitur
pro cuſtodia mercedem non exolvi, id non aliter intelli-
gendum eſt, quam quod non primario & principaliter, ſed
ſecundario & in conſequentiam pro cuſtodia mercedem
a *recipiant nautæ, caupones, ſtabularii. Nam ſimul atque*
recipiunt aliquem cum rebus, aut merces ſine perſona, ip-
ſo contractu id agere cenſentur, ut ſalvas omnino merces
reſtituant. Videtur itaque non uſque adeo multum à depo-
ſito hoc edictum diſtare, ſi originem qualitateſque utriuſ-
que, & jus gentium quod reſtitutionem reſpicit, conſidera-
b *re velimus.* l. Bona fides. inf. depoſiti. *Eſt autem hæc*
actio rei perſecutoria, quæ de recepto intentatur, & in
ſim-

VINNIUS.

(*a*) Sic alias quoque, qui ultro operam ſuam offerunt de diligentia ſua & rerum acceptarum cuſtodia promittere intelliguntur; & durius ob hanc cauſam obligantur. *l. 1. §. ſæpe evenit. 35. inf. depoſ.*

(*b*) Probabile eſt, hanc actionem in ſimplum conceptam fuiſſe, tum quia competit ex contractu, tum quia Iuriſconſultus ait, eam rei perſecutionem continere, & in heredem dari. *l. 3. §. pen. inf. eod.* Non obſtat *l. ult. § ult. inf.* nam illic de alia actione agitur, qua ex ſecundo capite hujus edicti tenetur exercitor in duplum tanquam ex maleficio, eo quod malorum hominum opera utitur. *Nicol. de Paſſerib. poſt Duar. Ant. Fab. & al. in concil. leg.*

(*c*) Vecto-

ſimplum datur. Maxima autem (ut recte Ulpianus ait) hujus edicti utilitas eſt. Cum enim plerumque eorum fidem ſequi, & res noſtras cuſtodiæ eorum committere debeamus: materiam cum furibus, adverſus eos quos recipiunt coëundi, omnibus modis reprimere oportuit. Sæpe enim numero non ſolum cum furibus coëunt, ſed & ipſi furtum admittunt. Quis enim ignorat obſecro nefaria eorum furta, qui vina eorum fidei concredita & in alias regiones vehenda exhauriunt, vaſaque etiam marinâ aquâ rurſus adimplent? Nec ſolum damno amiſſionis vini dominum afficiunt, ſed & in cauſa ſunt, ut quod reliquum eſt vendere non poſſit, vel ſi vendat, emptorem circumveniat neceſſum eſt. Ego adverſus tantam improborum hominum nequitiam hac ratione conſultum eſſe crediderim, ut in tranſmittendis vinis, duplici vaſe, inani uno, altero vero repleto utamur: tantumque alterum altero capacius ſit, ut quod inane eſt & vacuum, alterum facile in ſe continere poſſit. Cum itaque vas quod vinum in ſe continet vacuo & inani impoſitum fuerit, non poterit niſi retecta fraude quicquam ex eo promi: Fundus enim duplex, non continuato intermedio, unius tantum vaſis fluxum admittere poterit. Clavus itaque clavum trudet, & qui aliis nocendum putabunt, ipſimet infamiam ſuſtinebunt. l. penul. C. de legat.

3 c 4 5 d

In ipſorum arbitrio. *Quod tamen tunc verum non eſt, cum urget neceſſitas, vel cum Princeps urbem ingreditur.*

VINNIVS.

(c) Vectores & hoſpites tempus non habent ad explorandam nautarum, cauponum, ſtabulariorum fidem, ſed quodammodo coguntur ſtatim cum iis contrahere, reſque ſuas horum hominum, quamlibet ignotorum, cuſtodiæ committere.

(d) Hoc conſilium Peckii videmus nunc multos ſequi, qui metuunt ne vina ſpurcentur; & bonum eſſe docet experientia.

6 *tur.* l. 1. C. de metat. li. 12. *Nam (ut Vlpianus ait) in*
l. 3. §. eos. inf. de mun. & honor. *eos milites quibus ſupervenientibus hoſpitia præberi in civitate oportet: ab omnibus (ſi non ſpecialiter excepti ſint) excipi convenit. Sic & nautæ quoque eorum exemplo (ſi non per tempeſtatem legitime excuſentur) etiam inviti milites, & eos qui Principi ſeu reipublicæ inſerviunt, trajicere tenentur. Quibus ceſſantibus, an ne id ſimpliciter verum ſit, quod hoc loco Iureconſultus ait, diſpiciamus. Videtur enim ex hac traditione ſequi, nautas, caupones, ſeu ſtabularium publicum & qui communiter peregrinos ſuſcipiunt, ad hoſpitandum compelli non poſſe. Iniquum enim eſſe & bonis moribus contrarium videri poteſt, moderationem arbitriumque in rebus propriis alicui præcidi. Contrarium tamen verius eſt & Vlpiani ſententia comprobatum.*
7 l. unic. in fi. inf. furti adverſus nautas. *A principio*
e *quidem libera poteſtas unicuique eſt recipiendi vel non re-*
f *cipiendi hoſpites, at poſtea quam interſignio quis uſus eſt,*
quo

VINNIUS.

(e) Non eſt in arbitrio eorum qui palam ac publice navem, aut cauponam exercent, viatores vel admittere vel repellere, ſed recipere omnes coguntur ex muneris, quod profitentur, neceſſitate; niſi ex cauſa recuſent, puta propter multitudinem hoſpitum, aut vectorum &c. *Bart. in l. un. n. 3. inf. furt. adv. naut.* quod & Peckius mox ſubjicit.

(f) Qui ſigna cauponationis oſtentat, cogitur omnes iter agentes admittere. *Bart. ubi ſup. Zaſ. parat. hic n. 16. Schneid. in §. ult. Inſt. de obl. quæ quaſ. ex del. n. 7.* Idque rationem habet: nam ſigna illa ſunt indicia publici diverſorii, quo cuique volenti liceat ſe recipere ad requieſcendum, cibumque & ſomnum pro pretio capiendum. Cujuſmodi diverſoria Græcis dicuntur πανδοχεῖα. Igitur, quod Ulpianus ait, eſſe in ipſorum arbitrio, ne quem recipiant; id non alium ſenſum habet, quam ſi dixiſſet, liberum iis eſſe, & ab initio non exercere, & poſtea id exercitium omittere: non autem hunc, poſſe perſeverantem in eodem exercitio pro arbitrio ſuo vel recipere

cipere

quo invitari ad hoſpitium ſolent qui peregre veniunt, amplius mutandæ voluntatis licentiam (niſi omnino exercitio renunciare velit) non habet. arg. l. 3. §. tametſi. ſupra tit. prox. *Ea tamen moderatione, ut ſi hoſpitium repletum ſit, pluresque recipere non poſſit: vel ſi inter caupones & hoſpites inimicitia interceſſerit: aut ſi qua probabili cauſa excuſare ſe poteſt, non teneatur.* Roma. Bar. Bal. & Alb. hic. *Alioquin judicis officium adverſus eum implorari poteſt.* Alber. hic in Rubric. nu. 8. *Quo ſpectare etiam Bartoli deciſio* in l. non enim. inf. de reb. amot. *(à nonnullis tamen improbata)* Jaſo. in l. unica. g
ff. de æſtimat. act. Bal. in l. 1. C. de rerum permut. & Alb. in d. l. non enim. *mihi videtur, quod ſi quis ſemel rem ſuam veno expoſuerit, pretio etiam non taxato, ſecundario ad venditionem compelli, & juſtum boni viri arbitrio valorem rei recipere debere.*

Materia daretur. *Occaſio enim mali omnibus modis* 8
ſemovenda eſt, §. illud. in procem. ff. & l. pen. C. de lat. li. toll. *& ut Plautus ait* in Perſe. Virtus eſt ubi occaſio admonet, diſpicere; *Quo ſit ut pactum, quo quis ad delinquendum invitatur, nulla ratione ſuſtineri poſſit.* l. convenire. inf. de pac. dotal.

Qui

VINNIVS.

cipere iter facientes, vel non recipere. *l. un. inf. furt. adv. naut. Tholoſan. 29. ſyntagm. 9. n. 9. Benvenut. Stracch. tract. de naut. navib. & navig. part. 5. ſect. Quæri poteſt. Iuan de Hevia p. 2. cur Philip. lib. 3. commercio naval. c. 4. n. 6.*

(g) Ego quoque non video, qua ratione vel auctoritate Bartoli iſta ſententia probari poſſit. Imo nec Bartolo eam placuiſſe ex notis ad *d. l. non enim. inf. de act. rer. amot.* ſatis evincitur.

QUI ſunt igitur qui teneantur videndum eſt. Et ait Prætor, *nautæ*. Nautam accipere debemus eum qui navim exercet, quamvis nautæ appellentur omnes, qui navis navigandæ cauſa in navi ſunt ſed de exercitore ſolummodo Prætor ſentit. nec enim debet (inquit Pompo.) per remigem aut meſonautam obligari, ſed per ſe vel per navis magiſtros. Quamquam ſi ipſe alicui ex nautis committi juſſit, ſine dubio debet obligari. Et ſunt quidam in navibus, qui cuſtodiæ gratia navibus præponuntur, ut ναυφύλακες. Siquis igitur ex his receperit, puto in exercitorem dandam actionem: quia is qui eos hujuſmodi officiò præponit, committi eis permittit: quamquam ipſe navicularius vel magiſter id faciat, quod Græci χειρέμβολον appellant. Sed & ſi hoc non extet, tamen de recepto navicularius tenebitur. De exercitoribus ratium, item de lintrariis, nihil cavetur: ſed idem conſtitui oportere Labeo ſcribit, & hoc jure utimur.

SVMMÆ RERVM.

1 *Nauta quis ſit.*
2 *Exercitor quis ſit.*
3 *Remiges & meſonautæ qui ſint.*
4 *Nihil intereſt per me quid faciam ſeu per alium.*
5 *Dietarii qui ſint.*

Expli-

E*Xplicata ratione edicti quam rethorico more verbis* 1
Prætoris ſubjecit, expoſitionem verborum Vlpian.
aggreditur: nautamque definit eſſe qui navim exercet, a
quamvis nautæ appellentur omnes qui navis navigandæ
cauſa in navi ſunt, ſed de exercitore ſolummodo Prætor
ſentit. Exercitorem autem dicimus eum ad quem obven-
tiones & reditus omnes perveniunt, ſive is dominus navis
ſit, ſive à domino navem per averſionem conduxerit, vel
ad tempus, vel in perpetuum. l. 1. §. exercitorem. inf.
de exer. act.

Remigem aut meſonautam. *Remiges ſunt nautæ, qui* 3
remos agunt, & ceſſante vento navem remigando propel-
lunt. Meſonautæ autem qui ſint, non recte aſſecutus vide-
tur Accurſius, dum eum meſonautam eſſe interpretatur,
qui mediocriter remos agit. Quos autem aliter interpre-
tari recenſet, nihilo magis veritatem attigerunt. Nec mi-
rum id nobis videri debet, cum homines utcunque Iuris
conſulti, literarum tamen rudes, in infelicia ſæcula inci-
derint. Hermolaus Barbarus, mancipium eâ voce intel-
ligit in medio navis unicuique deſerviens. Cæterum An- b
dreas

VINNIVS.

(*a*) Licet nautæ nomen generale ſit, in hoc tamen edicto non quemlibet nautam, ſed navis exercitorem κατ' ἐξοχὴν ſignificat, id eſt, navis dominum, eumve, qui à domino navem per averſionem conduxit. *l. 1. §. exercitorem. 15. inf. de exerc. act.* Neq; enim, ut ait juriſconſultus, debet exercitor per remigem aut meſonautam obligari: ſed ſi quis rem ſuam his commiſerit, habebit eos propriis actionibus obligatos. Datur nimirum ex hoc edicto de recepto in ipſum exercitorem actio, qui cenſeri non debet recepiſſe, quod remigi aut meſonautæ traditum eſt; utpote ad quorum officium non pertinet vectores in navem recipere. Cæterum hic ſtatuta & mores cujuſque regionis conſiderandæ, ut & alias ſæpe.

(*b*) Non probo hanc Alciati ſententiam: nam qui remum pro naulo ſolvit, non μεσοναύτης, ſed ναυ-

dreas Alciatus vir humanarum divinarumque rerum & Iuris peritiſſimus, omniſque politioris literaturæ Antiſtes, meſonautam vulgari voce eum dici exiſtimat, Lib. 1. par. c. 43. *qui navem inſcendit: & ne aliquid nauli nomine domino navis ſolvat, ducendis remis operatur, quod apud noſtros Zelandos Batavoſque non eſt inſolitum. Nautæ enim ubi validiores mendicantes & fruges tantum conſumere natos, gratis trajicere tenentur: tranquillo admodum & ultra quam expetunt pacato mari, ad remigandum eoſdem impellunt, ut qui pecunia nequeunt, labore ſaltem naulum exoluant.*

4 Committi juſſit. *Nemo itaque ex contractu obligatur niſi per ſe, vel per eum qui mandatum à ſe habet.* Bal. hic. *Ubi vero mandatum interceſſit, perinde eſt, atque ſi cum domino actum eſſet. Nihil enim intereſt, per meipſum, ſeu per alium quid fecero.* l. 1. §. deieciſſe, inf. de vi & vi. arma. *Unde ſi exercitor alicui ex nautis committi juſsit ſine dubio debet obligari.* § ſi igitur. Inſtitut. quod cum eo qui in alie. Ναυφύλακες *alii codices*

5 *habent Diætarii, quos Ulpianus, ubi de extraordinariis*

c *criminibus diſſerit directarios, appellat, qui in aliena cænacula*

VINNIUS.

ναυτεπιβάτης vocatur. *l. ult.* §. 2. *eod.* Idem Alciatus lectori impoſuit, cum dixit in Pandectis Florentinis legi μεσοναύτην, *lib.* 3. *diſpunct. c. ult.* Cujacius *lib.* 27. *c.* 31. exiſtimat meſonautas eſſe, qui in medio remos agunt: ſed Iuriſconſultus expreſſe meſonautas à remigibus diſtinguit. Puto hoc nomine ſignificari eos, qui medium locum tenent inter alios nautas, puta, navium cuſtodes, diætarios &c. & remiges: qui ipſi non remigant, ſed remiges moderantur, ſignoque vocali vel ad remigandum compellant, vel ad pauſam faciendam. Græcis κελευσταί, Senecæ *pauſarii*. Adrianus Iunius etiam eum meſonautam dici putat, qui noſtratibus *Putger*. Nomen hoc alibi, quod ſciam, non occurrit, ne apud Græcos quidem.

(c) Plerique codices habent, *ναυφύλακες & diætarii*. & ſic etiam legitur in Baſilicis. Quinam

nacula ſe dirigunt furandi animo, & plus quam fures d *puniri debent.* l. ſacculärii. inf. de extraor. crim. *Hoc autem loco non eo modo ſumi haud difficile eſt colligere. Verum ſunt, ut* Alb. in ſuo dictionario. in verb. diætarii. *qui exiſtimant cum Accur. ea voce hic dici, qui cibum ſeu mercedem in dies recipiunt, & cuſtodiæ cauſa uno aut altero tantum die navi præponuntur. Cæterum recentiores libri lectionem noſtram continent, & navium cuſtodes hoc loco intelligi facile colligitur.*

CAupones autem & ſtabularios æque eos accipiemus, qui cauponam vel ſtabulum exercent, inſtitoreſve eorum. Cæterum ſi quis opera mediaſtini

VINNIVS.

nam autem iſti ſint, qui diætarii hic appellantur, non ſatis conſtat. Charondas putat eſſe, qui adminiſtrant annonam navis: alii, quorum ſub cura erant cubicula & cænationes, ubi arcæ & merces deponuntur. *Cujac.* 27. *obſerv.* 31. aliter Peckius hoc verbum explicat.

(*d*) Sunt, qui exiſtimant apud Ulpianum, *in d. l. ſacculärii.* pro *directarii*, legendum eſſe *diætarii.* quod non probo: quia juriſconſultus his verbis, *qui in aliena cænacula ſe dirigunt furandi animo*, aperte notat definitionem & nominis & rei. & hi, à Paulo quoque directarii appellantur *Lib.* 5. *ſent.* 4. Gloſſæ veteres, *Directarius*, ὁ εἰς τὰς ἀλλοτρίας ἕνεκεν τοῦ κλέψαι εἰσερχόμενος οἰκίας, καὶ θυρεπανοικτής. quanquam & diætarios vocari hoc genus hominum ſcribit Turnebus *Lib.* 9. *adverſ. cap.* 17.

Quid autem eſt, quod Ulpianus ait, dandam in exercitorem actionem ex recepto, ſive ipſe id faciat, quod Græci χειρέμβολον appellant, ſive hoc non extet? Præterit hoc Peckius. Puto autem hanc eſſe juriſconſulti ſententiam, teneri navicularium, ſi res dentur diætario, licet ipſe navicularius præſens ſit, & manus immiſſione ſignum det introducentibus vectores: Κἂν αὐτὸς ποιήσῃ τὸ χειρέμβολον. Baſil. 53. Videri enim poterat, quod

ſtini fungitur, non continentur: ut puta atriarii, & focarii & his ſimiles.

SVMMÆ RERVM

1 *Tutores, æditui, ſtabularii qui ſunt.*
2 *Caupones & ſtabularii qui ſunt.*
3 *Caupona quid.*
4 *Stabulum quid & quotuplex.*
5 *Taberna quid.*
6 *Mediaſtini qui.*

CAupones &c. *Ecce definitio ab Etymologia. Sic dicimus tutores qui pupillum tuentur.* Inſtit. de tut.
1 in princip. *Æditui qui ædes tuentur. Mutuum quod de meo fit tuum.* l. 2. inf. ſi cert. petat. *Affines ſunt viri & uxoris cognati cum altera cognatio ad finem alterius accedit.* l. non facile. inf. de grad. affi. *Statuliber eſt, qui ſtatutam ad tempus libertatem habet.* l. 1. inf. de ſtatu
2 lib. *Sic hoc pacto loquitur hic I C. caupones & ſtabularii ſunt, qui cauponam aut ſtabulum exercent. caupo ut viatores manere in caupona patiatur. ſtabularius ut per-*
3 *mittat jumenta apud eum ſtabulari.* l. nauta. inf. eod.
a *Eſt autem caupona diverſorium, in quod peregrini perſoluta pecunia tam ad comedendum quam ad cubandum*
4 *recipiuntur. Stabula vero duplicia ſunt, & bifariam interpretationem recipiunt, uno enim modo pro diverſoriis &*

VINNIVS.

quod cum præſenti ei res aſſignatæ non ſunt, non teneri. De dictione ἀδιέμβολον. *Alciat. l. 1. par. c. 44. Cuj. 27. obſ. 31. Ant. Morn. ad hunc* §. ubi, verba Iurisconſulti ſic reddit, *jacoit que le maiſtre du navire pourvoye a tout ce qui ſe met dans le vaiſſeau.*

(*a*) Caupones Latinis dicuntur, qui Græcis κάπηλοι & πανδοχεῖς, *interpp. Baſil. lib. 53.* Tabernarios vulgo appellant, ſicut & cau-

& loco, in quem peregrini divertunt, accipitur ſtabulum b l. urbana prædia. inf. de verb. ſig. *Altero vero pro ſeptis, quibus jumenta vel greges ſtabulantur.* l. eo jure. inf. in quib. cau. pig. vel hypoth. *Et quamvis expreſſe de tabernariis hoc loco per IC. nihil deciſum quoad definitionem reperiatur, dubium tamen non eſt, quin ad edictum quoque pertineant. Sunt autem tabernarii, qui negotiationes in tabernis faciunt. Taberna autem eſt, in* c *qua merces venduntur, ſed vulgo nunc obtinet, quod ad vinariam tantum referamus, & ubi ad cubandum ſtabulandumque nemo recipitur* Accur. ad l. palam. inf. de rit. nupt.

Opera Mediaſtini. *Dictio eſt ex Græca & Latina* d *voce compoſita. Dicitur autem mediaſtinus mancipium abje-*

VINNIVS.

& cauponam tabernam, quæ Latinis etiam diverſorium.

(*b*) Stabulum pro diverſorio ſeu caupona aut πανδοχείῳ vel καταλύματι ſæpe accipi ſatis notum eſt. In hoc autem edicto, ubi prætor ſtabularios à cauponibus diſtinguit, ſignificare tantum videtur locum, ubi jumenta pro mercede ſtabulantur. *l. 5. inf. eod.* ἱπποστάσιον, ὀνοστάσιον &c. cujuſmodi ſtabula fere cauponiis adjuncta; & utraque ab uno exercentur.

(*c*) Proprie tabernæ dicuntur, ubi opificia, aliæque merces & ſpecies venduntur, non etiam fiunt; ut officinæ proprie, in quibus opifices operantur. In pleriſque autem officinis & ars exercetur, & opificium venale habetur; quæ officinæ ſimul & tabernæ ſunt & dici poſſunt. Græci ἐργαστήρια vocant, & tabernarium ſeu inſtitorem ἐργαστηριάρχην. Itaque contra quam Peckius, puto tabernarios ad hoc edictum non pertinere, quoniam eorum officium non eſt quemquam aut res cujuſquam recipere; ſed ex locato aut depoſiti cum his agendum. Sane qui tabernas vinarias aut cereviſiarias exercent, atque ut plerumq; in diverſoriis nunc fit & vendunt vinum civibus, & ſimul hoſpites excipiunt, huc etiam pertinent. adde *Salmaſ. lib. de uſur. in omiſſ. p. 557.*

(*d*) Sequitur Peckius eos, qui vo-

abjectius, quod viliſſima & ſordidiſſima miniſteria obire domi cogitur, domum verrere, purgamenta efferre, ligna congerere & hujuſmodi alia facere. Ipſum ob hoc ita dictum, quod in media domo ad imperia omnium, nutuſque excubare ſoleat. Budæus hic. *Id genus quoque ſunt atriarij, focarij & his omnino ſimiles, genus hominum abjectiſſimum, qui focis & igne ſtruendo, oſtioque cuſtodiendo præficiuntur. Si quis igitur non alicui, qui à domino præpoſitus eſt, ſed hujuſmodi hominibus cuſtodiendum quid in hoſpitio ſeu navi dederit: contra dominum regreſſum non habet.* Roma. & Bal. hic.

Ait prætor, *quod cujusque ſalvum fore receperint.* Hoc eſt quamcunque rem ſive mercem receperint. Item apud Iul. relatum eſt, ad eas quoque res hoc edictum pertinere, quæ mercibus accederent: veluti veſtimenta, quibus in navibus uterentur: & cætera quæ ad quotidianum uſum habemus. *SVM-*

VINNIVS.

vocem *mediaſtinus* ſimilem eſſe volunt hybridæ, è *medius* Latino & ἄϛυ Græco: ſed tota Latina eſt, compoſita à *medius* & *ſtando*: aut potius vox *medius* tantum notanda, reliqua productio verbi. Mediaſtini autem dicebantur balnearum & ædium miniſtri, qui mediis in ædibus, vel in medio lavantium ad omnia obſequia præſto erant. Opponuntur ſervis ordinariis *l. 15. §. 44. de injur.* & artificibus *l. ult. inf. de oper. ſerv. Horat. 1. epiſt. 14. Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas.* In hos apte conveniunt illa Ciceronis *5. paradox. qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, qui ſpargunt.*

(*e*) Atriarii ſive atrienſes ſunt, qui atrium obſervant & cuſtodiunt: & non tantum in urbe, ſed etiam in villis erant. *l. 8. inf. de inſtr. leg.* hos mediaſtini opera fungi ait hic Ulpianus. Plerique putant hoſce ſervos tenuiſſe locum

SVMMÆ RERVM.

1 *Nauta an teneatur de rebus ſibi non oſtenſis.*
2 *Amicus recipiens amicum an teneatur de perditis.*
3 *Civis recipiens miniſtros principis an teneatur.*
4 *Acceſſorium ſequitur ſuum principale.*
5 *Merces pro veſtibus non ſolvitur.*

Quamcunque rem. *An ne igitur de rebus non o-* 1
ſtenſis, & quæ in hoſpitium ſeu navim immiſſæ dicuntur teneri debeant, hoc loco à nonnullis diſputatum eſt. Cæterum cum ea quæſtio alio loco in l. 2. §. ſi navis. inf. ad leg. Rod. de jactu. *à me diſcuſſa ſit: amplius repetendam non eſſe exiſtimavi. At quid ſi ami-* 2
cus amicum hoſpitio ſuſcipiat, an ne de perditis rebus edicto continebitur? Communis ſententia eſt non contineri. Spec. ad. tit. de fur. verſic. quid ſi amicus. Alberi, hic per text. in l. ſi ego, ad fi. inf: de jur. dot. *Sunt quoque qui diſputant. quid de his definiendum* a
ſit, qui Principe urbem ingrediente aulicos recipiunt. Alber. hic. n. 1. *An ne (ſi ab aulicis quicquam de-*

VINNIVS.

cum ſervitutis honeſtiorem. vid. *Cujac. lib. 10. obſ. 34. Alc. in l. 203. de verb. ſign.*

(*a*) In hac quæſtione quid ſtatuendum ſit, non tam magna eſt, ut Peckius exiſtimat dubitandi cauſa: nam cum edictum ad eos ſolummodo pertineat, qui cauponam aut ſtabulum quotidiani quæſtus gratia exercent, cauſamque edicto dederit hoc genus hominum improbitas. §. 1. *ſup. l.* 3. §. 1. *inf. eod.* illud extendendum non eſt ad quosvis honeſtos cives, qui cauponariam non exercentes interdum ex neceſſitate aliquos, puta de comitatu Principis, recipere coguntur; ſive gratis cum hoſpitio etiam cibum pro eo tempore his præbeant, ſive pro pretio: ceſſat enim nihilominus edicti ratio. ac proinde utroque caſu ſi quid eorum, quæ domino ædium aut miniſtris ejus cuſtodienda data ſunt,

deperditum ſit) à ſuſceptoribus jure repeti poſſit. Et merito quidem ea in re dubitari poterat. Cum enim edictum iſtud exercitium quoddam requirere videatur, iniquum utique videri poterat eum qui ſemel hoſpites ſuſcepiſſet, ſub edicti verbis comprehendi. Cæterum diſtinctione res temperamentum recipit, ut ſi non nudum domicilium tantum, ſed cibum quoque & quæ ad victus rationem pertinent, vendendo præſtiterit, actio locum capiat. Si vero non vendiderit, ſecus eſſe. Arg. l. fin. ſi men. falſ. mo. dixerit. *&*. l. 1. §. 2. inf. de aleat.

4 Accedunt. *Acceſſorium enim principale ſuum ſequitur*, cap. acceſſ. extra. de reg. Iur. lib. 6. *& ut lepra leproſum concomitatur. Quo ſit, ut quemadmodum merces, ita quoque & ea quæ mercibus adhærent, reſtituere teneantur. Hinc ait Iulianus* in l. ſed & ipſi. §. fin. inf. eodem. *etiam eas res ad edictum pertinere, quæ poſt impoſitas merces in navim locatam inferuntur etſi earum vectura non debetur, ut veſtimentorum vel penoris quotidiani: quia hæc ipſa cæterarum rerum locationi accedunt.*

VINNIVS.

ſunt, deperditum fuerit, non hac in factum actione honoraria, ſed civili vel ex conducto vel depoſiti cum eo agendum erit, tenebitur; ſi merces intervenerit, ex conducto ob dolum & culpam; ſi merces non intervenerit, depoſiti ob dolum duntaxat, *arg. l. 5. 2. inf. commod. l. 1. §. ſi veſtimenta. 8. inf. depoſ.* Angelus tamen de Clavaſio in ſumma ſua, teſte Gothofredo in *not. marg. ad Schneid. in §. ult. Inſt. de obl. quæ quaſi ex del.* eadem diſtinctione, qua Peckius utitur, eademque collectione ex *l. ult. §. 2. ſup. ſi menſ. falſ. mod. & l. 1. §. 2. ſup. de aleator.* quæ tamen collectio quam infirma ſit ex eo intelligi poteſt, quod actio ex hoc edicto ſit gravior actione locati; actio, quæ adverſus menſorem datur, levior: nam agrimenſor culpæ levis nomine non tenetur *l. 1. §. 1. ſup. ſi menſ. falſ. mod.* conductor tenetur: nautæ, caupones etiam leviſſimam culpam præſtant. *l. 3. §. 1. inf.*

Quod

dunt. Sic etſi equam tibi commodavero, quam pullus comitabatur, etiam pulli te cuſtodiam præſtare debere veteres reſponderunt. l. 1. ſi ut certo. §. uſque adeo. inf. commoda. *Poſtremo (quod ſingulare eſt) hoc textu notetis velim, pro victualibus & quæ ad corporis uſum circumferuntur naulum non ſolvi.* b

Item Pompo. lib. xxxv. ſcribit, parvi referre, res noſtras, an alienas intulerimus, ſi tamen noſtra interſit ſalvas eſſe. Etenim nobis magis quam quorum ſunt, debent ſolvi. Et ideo ſi pignori merces accepero, mihi magis quam debitori nauta tenebitur, ſi à me ſuſceperit. Recipit autem ſalvum fore, utrũ ſi in navim res miſſæ, ei aſſignatæ ſint, an & ſi non ſint aſſignatæ, hoc tamen ipſo quod in navim miſſæ ſunt, receptæ videntur? Et puto omnium eum recipere cuſtodiam, qnæ in navim illatæ ſunt: & factum non ſolum nautarum præſtare debere, ſed & vectorum.

Gajus

VINNIVS.

Quod autem in ſuſceptorem aleatorum quo tempore alea luditur, impune committit luſor, id non magis dignum pœna in non ludente.

(*b*) Sic quamvis ancillam quis precario rogaverit, id actum videtur, ut etiam quod ex ancilla natum eſſet, in eadem cauſa haberetur. *l. quamvis. inf. de precar.* & licet acceſſoria depoſiti, verbi gratia ſi homo aut equus depoſitus ſit, veſtis, vel frænum, aut capiſtrum, ipſa non eſſe depoſita dicantur *l. 1. §. quæ depoſitis. 5. inf. depoſ.* dubitandum tamen non eſt, quin ſi perdita vel læſa ſint dolo latave

 culpa

Gaius. LEX II.

Sicut & caupo viatorum.

Vlpianus. LEX III.

Et ita de facto vectorum etiam Pompo. lib. xxxv. ſcribit. Idem ait & ſi nondum ſint res in navim receptæ, ſed in litore perierint, quas ſemel receperit, periculum ad eum pertinere. Ait enim prætor, niſi reſtituerit, in eos judicium dabo.

SVMMÆ RERVM.

1 *Explicata lex bona fides. infra depoſiti.*
2 *Reſtitutio rei per tertium pro ſuo intereſſe impediri poteſt.*
3 *Nautæ ex ſola immiſſione tenentur.*
4 *Ratio cur IC. tam acerbe contra nautas ſtatuit.*
5 *Ignorantia utrum nautas excuſet.*
6 *Ignorantia in facto alieno probabilis.*
7 *Ignorantia præſumitur.*
8 *Explicata lex* 1. §. *ſi ciſta. inf. depoſiti.*
9 *Nautæ an de facto vectorum teneantur.*

PArvi referre. *Etenim nobis magis quam quorum ſunt debent ſolvi. Naturalis enim æquitas dictat, ut rem fidei noſtræ mandatam, ei reſtituamus, qui depoſuit. Obſtat tamen huic deciſioni aliud Tryphonii reſponſum,* l. bona fides. inf. depoſiti. *quo depoſitum à latrone non*

VINNIVS.

culpa depoſitarii, actione depoſiti damnum reſarciri debeat, *arg. l. ſi ut certo. §. uſque adeo.* *commod. Gloſſ. & Bald. ad d. l.* 1. §. 5. *depoſ.*

(a) Nec

non latroni ipſi, ſed vero domino reſtituendum adfirmat. Hanc enim eſſe ait Iuſtitiam, quæ ſuum cuique ita tribuit, ut non diſtrahatur ab ullius perſonæ juſtiore petitione. Accur. hoc loco diverſimode ſolvit, & ſuis vix pedibus (ut nonnulli opinantur) conſiſtere videtur. Andreas vero Alciatus bonam fidem ſecundum Triphonii reſponſum acceptam noſtra hac lege non perpendi exiſtimat, ibi. nu. 32. *ſed ſolam facti reſtitutionem, ut ei reddant, à quo pro tempore acceperunt. Quia fides ipſorum omnino à viatore approbata non eſt, ſed ex neceſſitate quadam ſibi fuit creditum. Ego ſane hac in re Accur. non male hic reſpondiſſe exiſtimavero in verb.* nobis: *qui inter prædonem & eum cui res pignori data eſt, diſtinctione utitur. Triphonii reſponſum in prædone locum habet, unde æquum eſt ut domino reſtituantur, quæ facto ſceleratiſſimo adempta ſunt. Ulpianus autem hic caſum ſubjicit (ad quem quod præcedit referendum cenſeo* (Docto. in l. pacta noviſſima. C. de pact.) *quo pignori res captæ in navim immiſſæ ſunt: unde jure pignoris non præferendus domino videri non poteſt.* l. quod ſervus. & ibi Docto. inf. depoſi. *Quo ſpectare mihi verba incontinenti ſubjecta videntur.* Si tamen noſtra &c. *quæ indicant furem à domino factæ repetitioni obſtare non poſſe, cum ejus jure non interſit res domino non reſtitui.* a *Secus autem in eo eſſe dubium non eſt, cui merces in navim invectæ; pignoris loco traditæ ſunt. Is enim pignore perempto deteriorem obligationis cauſam habet.* Felynus in cap. veniens. 2. de teſt.

Si

(*a*) Nec mutat *Nov.* 88. *c.* 1. quia ibi ſolummodo definitur, rem depoſitam deponenti eſſe reſtituendam. Agit enim is textus de creditore ejus, qui depoſuit, ne ſcilicet illius denuntiatio depoſitum remoretur.

 (*b*) Non

2 Si tamen noſtra. *Reſtitutio itaque non probato inter-*
b *eſſe quo minus domino fiat, impedire nemo poteſt. Cæterum ſi intereſſe probare poſſit (quod ad ſummariam tantum cognitionem referendum arbitror) aliud obſervandum erit, ut* l. à divo Pio. §. ſi ſuper rebus. inf de re judicata.

3 Recipit autem. *Specialiter igitur hoc loco contra communes juris regulas, & in merum eorum odium qui edicto continentur, conſtitutum eſt, quod ex ſola immiſſione rerum etiam expreſſe non aſſignatarum, teneantur.* Bal. &. Roma. nu. 1. hic. *Ipſo itaque facto & patiendo res in navem introduci, cuſtodiam rerum recipere & ſalvas fore promittere videntur. At cur obſecro tam exaſperatis animis adverſus iſtud hominum genus Iureconſulti*
4 *conſtituerunt? Sane non alia ratione (ut opinor) niſi quod ut plurimum genus hominum improbiſſimum ſit & contra mercatores cum furibus plerumque paciſci ſolitum.* ut in princ. l. *Qua ratione, ſi tam acriter ac dure adverſus eos conſtitueretur, exiſtimabant prudentiſſimi viri delictis hujuſmodi occurrere ſe poſſe, majoremque diligentiam impetrare.*

c Illatæ ſunt. *Sed an ad ignorantiam quoque nautarum iſtud referri debeat, diſputat hoc loco Accurſius, definitque re-*

VINNIVS.

(*b*) Non obſtat. *l. bona fides.* 31. §. 1. *infr. depoſ.* Nam in ſpecie *d. l.* qui depoſuit, non habebat jus in re, ut in caſu noſtro; quin & prædo erat.

(*c*) Neceſſe non eſt, ut res nautæ expreſſe aſſignentur, ſed ſufficit res in navem immiſſas eſſe, ut de recepto teneatur; quanquam hoc non aliter procedit, quam ſi ſciverit aut ſcire potuerit & debuerit eſſe immiſſas, ut recte Gloſſa. Et eſt igitur præter expreſſam etiam generalis quędam commiſſio cuſtodiæ & receptio tacita: ac proinde quod in *l. ult. pr. inf. eod* traditur, ſi prædixerit nauta, ut unuſquiſque vectorum res ſuas ſervet &c. merces poſtea immiſſ

referri non poſſe: & (meo judicio) recte. Ignorantia enim 5
conſenſum excludit. Qui autem non conſentit minime tenetur, cum conſenſu fiant obligationes. l. 2. inf. de actio. & obligat. *Sed & cum in alieno facto probabilis igno-* 6
rantia ſit: l. plurimum. inf. de jur. & fact. igno. *tantum certe operari debet, quod diſpoſitio noſtra generaliter loquens generaliter intelligi non debeat*, Rom. 1. l. ſi vero. §. de viro. inf. ſoluto matri. nu. 1. *& ut Accurſius exiſtimat, ignorans recte excuſabitur. Cæterum ſi de pro-* 7
banda ignorantia quæſtio inciderit, præſumi eam arbitror, & ſcientiam per adverſarium probandam eſſe cap. præſumitur. de reg. jur. in 6. *Quod autem Vlpianus alio loco hic ab Accurſio in contrarium producto, reſpondeat, depoſiti contra eum agi poſſe, qui ciſtam cum rebus quas tamen ignoravit, cuſtodiendam ſuſcepit:* l. 1. §. ſi ciſta. inf. depoſiti. *adverſus hanc noſtram doctrinam non militat. Quamvis enim quid in ciſta incluſum erat,* 8
ignorabat, ipſam tamen ciſtam recte concluſam ſcienter recepit: eadem igitur, ratione eodemque modo reſtituenda erat. Hic autem de nautis cæteriſque edicto contentis fit mentio, qui nec contentum, nec continens depoſitum ſciant: Quo fit ut rebus quas invectas ignorant, diligentiam adhibere non poſſint.

Sed & vectorum. *Diſſidere hoc titulo inter ſe Jureconſulti videntur, idque non modicum. Ait enim hic Vl-* 9
pianus, magiſtrum navis non ſolum nautarum, ſed & vectorum factum præſtare debere in §. nautam. ſupra eodem. *Qui tamen idem paulo ſuperius remigum meſonautarumque factum minime ad magiſtrum pertinere adfirmavit. Sed & ſequenti lege Cajus cauponem ex viatorum facto ſimpliciter teneri aſtruit, quem tamen Vlpian. alio loco, in* l. licet. §. in factum. inf. eodem. *pro-*

 bis.

*his tantum teneri exiſtimat, qui habitandi cauſa in cau-
pona ſunt, non item pro eo qui hoſpitio repentino ſuſci-
pitur, veluti viator. Quod autem in diverſam partem*
d *vectorum interpretationem diſtrahat Accurſius, non om-
nino recte procedere exiſtimo, cum toto hoc titulo vecto-
rum appellatione non alii accipiantur, quam qui ob hoc
tantum in navi ſunt, ut vehantur.* Budæus hic. *Nemo
eſt qui hæc recte perpendit, ſed (ut pleraque omnia hoc ti-
tulo) ſicco tantum pede pertranſeunt. Ego vero hanc rem
ita intelligendam arbitror, quod qui cuſtodiam recepiſſe
intelligitur, à furto & damno defendere debet, & ad-
verſus quoſvis.* l. naut. inf. eo. *quod & Baronem ſen-
tir*

V I N N I V S.

miſſas ejus periculo non eſſe, etiam ad hanc actionem pertinet. De expreſſa receptione procul dubio intelligenda *l.3.pr. h.t.* ubi dicitur periculum ad naviculatorem pertinere, licet res in litore perierint, nempe quas ſemel recepit, & interim deponi juſſit in littore.

(*d*) Nomine vectorum apud Ulpianum *l.* 1. §. *ult. h.t.* non alios ſignificari, quam qui in navi ſunt, ut vehantur, τὰς ἐπιβάτας, plus quam manifeſtum eſt: ait IC. navicularium non ſolum præſtare factum nautarum, ſed etiam vectorum. Et mox ſubjicitur ex Cajo, *ſicut & caupo viatorum.*

(*e*) Quod Ulpian. ait, non obligari exercitorem per remigem aut meſonautam *l.* 1. §. 2. *ſup.* non hanc habet ſententiam. exercitorem cum ex recepto convenitur, non præſtare factum remigis aut meſonautæ quippe qui etiam factum præſtat vectorum: ſed non obligari eum de recepto ex contractu remigis aut meſonautæ aliquid recipientium. Et iterum quod Ulpian. *l.* 6. §. *pen. inf. eod. l. un.* §. *ult. furt, adv. naut. caup. ſtabul.* reſpondet, cauponem non præſtare factum viatorum, neque eum, qui navem exercet, vectorum, non pugnat cum eo, quod apud eundem Ulp. *d. l.* 1. §. *ult.* & Cajum *l.* 2. *hoc tit.* relatum eſt, exercitorem præſtare factum vectorum, & cauponem viatorum. Nam prius illud ad hanc edicti partem non pertinet, ſed ad aliam actionem, quæ quaſi ex maleficio eſt, qua iidem tenentur in duplum de damno in navi aut caupona dato ab his ſolum, quorum opera utuntur.
l. ult.

tire hic video: igitur & eorum furtum, qui ut vehantur in navi ſunt, præſtare debet. Cæterum quod Ulpianus ait per meſonautam exercitorem non obligari, ad contractum, non item ad quaſi delictum referri debet, ut ex ſequentibus evidentiſsime colligi poteſt. Porro quod à Cajo Ulpianus non diſſideat, neque contrarientur eorum reſponſa, ſuo loco inferius declarabitur. In delictis tamen aliud longe receptum eſt. Etenim cum maleficia ſuos tenere authores debeant. l. ſancimus. C. de pœnis. *ex vectorum delicto exercitor conveniri non poteſt.* l. 1. in fi. inf. fur. adver. naut. *In eo igitur hic titulus ab eo diſcrepat, qui poſtea ſequitur*, Furti adverſus nautas, caupones, ſtabularios, &c. *quod hic præſens datur ex contractu, ſcilicet ex recepto, vel quaſi maleficio: at ille ex delicto tantum.* Bart. in rubrica d. tit.

Ex hoc edicto in factum actio proficiſcitur. Sed an ſit neceſſaria videndum: quia agi civili actione ex hac cauſa poterit, ſiquidem merces intervenerit, ex locato & conducto: & ſi tota navis lo-

VINNIVS.

l. ult. inf. eod. d. l. un. furt. adverſ. naut. Poſterius autem pertinet ad hanc, de qua hic ſermo eſt, actionem ex recepto, quæ ex contractu eſt, & ſola huc pertinet. *Chriſtin. vol. 5. deciſ. 65. n. 21. & ſeqq. Henr. Zoes. in h. t. n. 5. Iuan de Hevia p. 2. de la curia Filipica. lib. 3. c. 4. n. 18.*

(*f*) Aut errat Peckius, aut non ſatis plane loquitur. Dicere debebat non titulum, ſed actionem, quæ parte prima hujus tituli de recepto proponitur, eſſe ex contractu; quæ parte altera *ſc. in l. ult. inf. eod.* eam eſſe ex quaſi maleficio. *l. 5. §. ult. inf. de oblig. & act. §. ult. Inſt. de obl. quæ quaſ. ex del.* Hæc autem non eſt diverſa ab illa, de qua agitur infra *furti adv. naut. caup.* ſed ibi ſpecialiter de actione tantum furti adver-

locata ſit, qui conduxit ex conducto etiam de rebus, quæ deſunt, agere poteſt. Si vero res perferendas nauta conduxerit, ex locato convenietur, ſed ſi gratis res ſuſceptæ ſint (ait Pompo.) depoſiti agi potuiſſe.

SVMMÆ RERVM.

1 *Actionis in factum diviſio.*
2 *Actio in factum quo pacto ab aliis actionibus diſtinguatur.*
3 *Actionis in factum origo.*
4 *Actio in factum hic duplex.*
5 *Actio ſubſidiaria quæ, & quando detur.*
6 *Actio civilis quæ ſit.*
7 *Actio civilis an de jure civili introducta ſit.*
8 *Vldaricus Zaſius.*
9 *Explicata lex II. ſupra de orig. jur.*
10 *Merces in locatione debet eſſe certa.*
11 *De toto & parte quid juris.*
12. *Depoſitum debet eſſe gratuitum.*

EXplicatis verbis edicti prioribus, pergit Vlpianus ad poſterioris edicti partis interpretationem, & quale judicium id ſit quod Prætor daturum ſe pollicetur, exami-
1 *nat. Ait autem, in factum Actionem dari. Actio vero in*
a *factum (ut alio loco exiſtimat Accurſius* in §. ult. Inſti-tut.

VINNIUS.

adverſus prædictas perſonas.

(*a*) Hujus rei interpretatio neque ab Accurſio neque à Johanne Fabro petenda. Actio in factum, quæ ſic dicitur, quod in factum ſive ſecundum factum formula componitur, non eſt unius generis. Nam & actio præſcriptis verbis, quæ deſcendit ex contractibus innominatis, & civilis eſt. *l.* 7. §. 2. *ſup. de pact. l.* 5. *par.* 3. *l. ſolent.* 15. *inf. de praſcr. verb.* eo nomine ſignificatur. *l.* 1. *l. ſi vir. & l. ſeq. ead.*

tut. de interdict.) *quadruplex eſt. Vna quæ ex omni edicto, vel interdicto Prætoris datur. Alia legis Aquiliæ ſubſidiaria. Alia extraordinaria, quæ ex variis cauſarum figuris introducta eſt. Alia actioni de præſcriptis verbis omnino æquiparata. Verum Fabro ea diſtinctio non probatur* ibid. *qui unicam tantum in factum actionem* 2 *eſſe exiſtimat, quæ ex variis cauſarum figuris, variiſque factis & mediis, non autem ex uno cauſatur. Actiones aliæ nominatæ, ex uno medio deſcendunt, utpote actio ex vendito, quia venditum; actio ex locato, quia locatio intervenit, & ita de cæteris. Actio autem in factum ex incerto : quo fit ut cum nominari certo nomine non potuerit, in factum dicatur, quia ex facto recitato deſcendit. Cum* b *enim*

VINNIVS.

eod. & interdum etiam illa utilis, quæ ex ſententia legis per interpretationem inducitur, & ipſa civilis eſt. *l. 7. parag. proinde. l. item ſi. 9. pr. l. item Mela. parag. ſed ſi. 8. l. 29. parag. pen. inf. ad leg. Aquil.* Paſſim autem ſtrictiore ſignificatu in factum appellantur meræ ſubſidiariæ illæ, quæ jure prætorio ex ſola æquitate, aliis omnibus deficientibus, conceduntur: qualis eſt, quam utilitate exigente prætor defectum legis ſupplendo reddit; quæ id factum perſequitur, cui nec oratio nec ſententia legis convenit. *l. 11. de præſcr. verb. parag. ult. Inſt. de leg. Aquil. l. 33. parag. 1. inf. d. t. l. 7. parag. idem Labeo. ſup. de dol.* item cum perſonæ qualitas communem actionem excludit, veluti cum ex cauſa doli adverſus parentem aut patronum in factum datur. *l. 11. d. tit.* Omnia quoque quaſi maleficia ſubſidiariis in factum actionibus vindicantur. *l. ult. parag. 1. inf. eod. & inf. tit. de his qui effud. & Inſt. de obl. quæ quaſ. ex del.* quædam etiam maleficia §. 12. *Inſt. de act.* Nec tantum dantur in factum ſubſidiariæ actionibus in perſonam, verum etiam actioni in rem. *l. 23. par. 5. inf. de rei vind.* Nonnunquam & citra neceſſitatem à prætore in factum datur adjuvandi juris civilis gratia, ut hic.

(*b*) In factum idem valet, quod juxta ſive ſecundum id, quod factum eſt, concepta & compoſita actio, quod ex eo intelligere licet, quod pleriſque

Gaius. LEX II.

Sicut & caupo viatorum.

Vlpianus. LEX III.

Et ita de facto vectorum etiam Pompo. lib. xxxv. ſcribit. Idem ait & ſi nondum ſint res in navim receptæ, ſed in litore perierint, quas ſemel receperit, periculum ad eum pertinere. Ait enim prætor, niſi reſtituerit, in eos judicium dabo.

SVMMÆ RERVM.

1 *Explicata lex bona fides. infra depoſiti.*
2 *Reſtitutio rei per tertium pro ſuo intereſſe impediri poteſt.*
3 *Nautæ ex ſola immiſſione tenentur.*
4 *Ratio cur IC. tam acerbe contra nautas ſtatuit.*
5 *Ignorantia utrum nautas excuſet.*
6 *Ignorantia in facto alieno probabilis.*
7 *Ignorantia præſumitur.*
8 *Explicata lex* 1. §. *ſi ciſta. inf. depoſiti.*
9 *Nautæ an de facto vectorum teneantur.*

PArvi referre. *Etenim nobis magis quam quorum ſunt debent ſolvi. Naturalis enim æquitas dictat, ut rem fidei noſtræ mandatam, ei reſtituamus, qui depoſuit. Obſtat tamen huic deciſioni aliud Tryphonii reſponſum,* l. bona fides. inf. depoſiti. *quo depoſitum à latrone non*

VINNIVS.

culpa depoſitarii, actione depoſiti damnum reſarciri debeat, *arg. l. ſicut certo. §. uſque adeo. commod. Gloſſ. & Bald. ad d. l.* 1. *§.* 5. *depoſ.*

non latroni ipſi, ſed vero domino reſtituendum adfirmat. Hanc enim eſſe ait Iuſtitiam, quæ ſuum cuique ita tribuit, ut non diſtrahatur ab ullius perſonæ juſtiore petitione. Accur. hoc loco diverſimode ſolvit, & ſuis vix pedibus (ut nonnulli opinantur) conſiſtere videtur. Andreas vero Alciatus bonam fidem ſecundum Triphonii reſponſum acceptam noſtra hac lege non perpendi exiſtimat, ibi. nù. 32. *ſed ſolam facti reſtitutionem, ut ei reddant, à quo pro tempore acceperunt. Quia fides ipſorum omnino à viatore approbata non eſt, ſed ex neceſſitate quadam ſibi fuit creditum. Ego ſane hac in re Accur. non male hic reſpondiſſe exiſtimavero in verb.* nobis: *qui inter prædonem & eum cui res pignori data eſt, diſtinctione utitur. Triphonii reſponſum in prædone locum habet, unde æquum eſt ut domino reſtituantur, quæ facto ſceleratiſſimo adempta ſunt. Ulpianus autem hic caſum ſubjicit (ad quem quod præcedit referendum cenſeo* (Docto. in l. pacta noviſſima. C. de pact.) *quo pignori res captæ in navim immiſſæ ſunt: unde jure pignoris non præferendus domino videri non poteſt.* l. quod ſervus. & ibi Docto. inf. depoſi. *Quo ſpectare mihi verba incontinenti ſubjecta videntur.* Si tamen noſtra &c. *quæ indicant furem à domino factæ repetitioni obſtare non poſſe, cum ejus jure non interſit res domino non reſtitui.* a *Secus autem in eo eſſe dubium non eſt, cui merces in navim invectæ; pignoris loco traditæ ſunt. Is enim pignore perempto deteriorem obligationis cauſam habet.* Felynus in cap. veniens. 2. de teſt.

Si

(*a*) Nec mutat *Nov.* 88. *c.* 1. quia ibi ſolummodo definitur, rem depoſitam deponenti eſſe reſtituendam. Agit enim is textus de creditore ejus, qui depoſuit, ne ſcilicet illius denuntiatio depoſitum remoretur.

(*b*) Non

2 Si tamen noſtra. *Reſtitutio itaque non probato inter-*
b *eſſe quo minus domino fiat, impedire nemo poteſt. Cæterum ſi intereſſe probare poſſit (quod ad ſummariam tantum cognitionem referendum arbitror) aliud obſervandum erit, ut* l. à divo Pio. §. ſi ſuper rebus. inf de re judicata.

3 Recipit autem. *Specialiter igitur hoc loco contra communes juris regulas, & in merum eorum odium qui edicto continentur, conſtitutum eſt, quod ex ſola immiſſione rerum etiam expreſſe non aſſignatarum, teneantur.* Bal. &. Roma. nu. 1. hic. *Ipſo itaque facto & patiendo res in navem introduci, cuſtodiam rerum recipere & ſalvas fore promittere videntur. At cur obſecro tam exaſperatis animis adverſus iſtud hominum genus Iureconſulti*
4 *conſtituerunt? Sane non alia ratione (ut opinor) niſi quod ut plurimum genus hominum improbiſſimum ſit & contra mercatores cum furibus plerumque paciſci ſolitum.* ut in princ. l. *Qua ratione, ſi tam acriter ac dure adverſus eos conſtitueretur, exiſtimabant prudentiſſimi viri delictis hujuſmodi occurrere ſe poſſe, majoremque diligentiam impetrare.*

c Illatæ ſunt. *Sed an ad ignorantiam quoque nautarum iſtud referri debeat, diſputat hoc loco Accurſius, definitque* re-

VINNIUS.

(*b*) Non obſtat. *l. bona fides.* 31. §. 1. *infr. depoſ.* Nam in ſpecie *d. l.* qui depoſuit, non habebat jus in re, ut in caſu noſtro; quin & prædo erat.

(*c*) Neceſſe non eſt, ut res nautæ expreſſe aſſignentur, ſed ſufficit res in navem immiſſas eſſe, ut de recepto teneatur; quanquam hoc non aliter procedit, quam ſi ſciverit aut ſcire potuerit & debuerit eſſe immiſſas, ut recte Gloſſa. Et eſt igitur præter expreſſam etiam generalis quędam commiſſio cuſtodiæ & receptio tacita: ac proinde quod in *l. ult. pr. inf. eod.* traditur, ſi prædixerit nauta, ut unuſquiſque vectorum res ſuas ſervet &c. merces poſtea immiſſas

referri non poſſe: & (meo judicio) recte. Ignorantia enim 5 *conſenſum excludit. Qui autem non conſentit minime tenetur, cum conſenſu fiant obligationes.* l. 2. inf. de actio. & obligat. *Sed & cum in alieno facto probabilis igno-* 6 *rantia ſit:* l. plurimum. inf. de jur. & fact. igno. *tantum certe operari debet, quod diſpoſitio noſtra generaliter loquens generaliter intelligi non debeat,* Rom. 1. l. ſi vero. §. de viro. inf. ſoluto matri. nu. 1. *& ut Accurſius exiſtimat, ignorans recte excuſabitur. Cæterum ſi de pro-* 7 *banda ignorantia quæſtio inciderit, præſumi eam arbitror, & ſcientiam per adverſarium probandam eſſe* cap. præſumitur. de reg. jur. in 6. *Quod autem Vlpianus alio loco hic ab Accurſio in contrarium producto, reſpondeat, depoſiti contra eum agi poſſe, qui ciſtam cum rebus quas tamen ignoravit, cuſtodiendam ſuſcepit:* l. 1. §. ſi ciſta. inf. depoſiti. *adverſus hanc noſtram doctrinam non militat. Quamvis enim quid in ciſta incluſum erat,* 8 *ignorabat, ipſam tamen ciſtam recte concluſam ſcienter recepit: eadem igitur, ratione eodemque modo reſtituenda erat. Hic autem de nautis cæteriſque edicto contentis fit mentio, qui nec contentum, nec continens depoſitum ſciant: Quo fit ut rebus quas invectas ignorant, diligentiam adhibere non poſſint.*

Sed & vectorum. *Diſſidere hoc titulo inter ſe Ireconſulti videntur, idque non modicum. Ait enim hic Vl-* 9 *pianus, magiſtrum navis non ſolum nautarum, ſed & vectorum factum præſtare debere* in §. nautam. ſupra eodem. *Qui tamen idem paulo ſuperius remigum meſonautarumque factum minime ad magiſtrum pertinere adfirmavit. Sed & ſequenti lege Cajus cauponem ex viatorum facto ſimpliciter teneri aſtruit, quem tamen Vlpian. alio loco, in* l. licet. §. in factum. inf. eodem. *pro-*

 bis

his tantum teneri exiſtimat, qui habitandi cauſa in caupona ſunt, non item pro eo qui hoſpitio repentino ſuſcipitur, veluti viator. Quod autem in diverſam partem d *vectorum interpretationem diſtrahat Accurſius, non omnino recte procedere exiſtimo, cum toto hoc titulo vectorum appellatione non alii accipiantur, quam qui ob hoc tantum in navi ſunt, ut vehantur.* Budæus hic. *Nemo eſt qui hæc recte perpendit, ſed (ut pleraque omnia hoc titulo) ſicco tantum pede pertranſeunt. Ego vero hanc rem ita intelligendam arbitror, quod qui cuſtodiam recepiſſe intelligitur, à furto & damno defendere debet, & adverſus quoſvis.* l. naut. inf. eo. *quod & Baronem ſentire*

VINNIUS.

miſſas ejus periculo non eſſe, etiam ad hanc actionem pertinet. De expreſſa receptione procul dubio intelligenda *l.* 3. *pr. h.t.* ubi dicitur periculum ad naviculatorem pertinere, licet res in litore perierint, nempe quas ſemel recepit, & interim deponi juſſit in littore.

(*d*) Nomine vectorum apud Ulpianum *l.* 1. §. *ult. h. t.* non alios ſignificari, quam qui in navi ſunt, ut vehantur, τοὺς ἐπιβάτας, plus quam manifeſtum eſt: ait IC. navicularium non ſolùm præſtare factum nautarum, ſed etiam vectorum. Et mox ſubjicitur ex Cajo, *ſicut & caupo viatorum.*

(*e*) Quod Ulpian. ait, non obligari exercitorem per remigem aut meſonautam *l.* 1. §. 2. *ſup.* non hanc habet ſententiam. exercitorem cum ex recepto convenitur, non præſtare factum remigis aut meſonautæ, quippe qui etiam factum præſtat vectorum: ſed non obligari eum de recepto ex contractu remigis aut meſonautæ aliquid recipientium. Et iterum quod Ulpian. *l.* 6. §. *pen. inf. eod. l. un.* §. *ult. furt, adv. naut. caup. ſtabul.* reſpondet, cauponem non præſtare factum viatorum, neque eum, qui navem exercet, vectorum, non pugnat cum eo, quod apud eundem Ulp. *d. l.* 1. §. *ult.* & Cajum *l.* 2. *hoc tit.* relatum eſt, exercitorem præſtare factum vectorum, & cauponem viatorum. Nam prius illud ad hanc edicti partem non pertinet, ſed ad aliam actionem, quæ quaſi ex maleficio eſt, qua iidem tenentur in duplum de damno in navi aut caupona dato ab his ſolum, quorum opera utuntur.

l. ult.

tire hic video: igitur & eorum furtum, qui ut vehantur in navi ſunt, præſtare debet. Cæterum quod Vlpianus ait per meſonautam exercitorem non obligari, ad contractum, non item ad quaſi delictum referri debet, ut ex ſequentibus evidentiſsime colligi poteſt. Porro quod à Cajo Vlpianus non diſſideat, neque contrarientur eorum reſponſa, ſuo loco inferius declarabitur. In delictis tamen aliud longe receptum eſt. Etenim cum maleficia ſuos tenere authores debeant. l. ſancimus. C. de pœnis. *ex vectorum delicto exercitor conveniri non poteſt.* l. 1. in fi. inf. fur. adver. naut. *In eo igitur hic titulus ab eo diſcrepat, qui poſtea ſequitur,* Furti adverſus nautas, caupones, ſtabularios, &c. *quod hic præſens datur ex contractu, ſcilicet ex recepto, vel quaſi maleficio: at ille ex delicto tantum.* Bart. in rubrica d. tit. e f

Ex hoc edicto in factum actio proficiſcitur. Sed an ſit neceſſaria videndum: quia agi civili actione ex hac cauſa poterit, ſiquidem merces intervenerit, ex locato & conducto: & ſi tota navis lo-

VINNIVS.

l. ult. inf. eod. d. l. un. furt. adverſ. naut. Poſterius autem pertinet ad hanc, de qua hic ſermo eſt, actionem ex recepto, quæ ex contractu eſt, & ſola huc pertinet. *Chriſtin. vol. 5. deciſ. 65. n. 21. & ſeqq. Henr. Zoes. in h. t. n. 5. Iuan de Hevia p. 2. de la curia Filipica. lib. 3. c. 4. n. 18.*

(*f*) Aut errat Peckius, aut non ſatis plane loquitur. Dicere debebat non titulum, ſed actionem, quæ parte prima hujus tituli de recepto proponitur, eſſe ex contractu; quæ parte altera *ſc. in l. ult. inf. eod.* eam eſſe ex quaſi maleficio. *l. 5. §. ult. inf. de oblig. & act. §. ult. Inſt. de obl. quæ quaſ. ex del.* Hæc autem non eſt diverſa ab illa, de qua agitur infra *furti adv. naut. caup.* ſed ibi ſpecialiter de actione tantum furti adver-

locata ſit, qui conduxit ex conducto etiam de rebus, quæ deſunt, agere poteſt. Si vero res perferendas nauta conduxerit, ex locato convenietur, ſed ſi gratis res ſuſceptæ ſint (ait Pompo.) depoſiti agi potuiſſe.

SVMMÆ RERVM.

1 *Actionis in factum diviſio.*
2 *Actio in factum quo pacto ab aliis actionibus diſtinguatur.*
3 *Actionis in factum origo.*
4 *Actio in factum hic duplex.*
5 *Actio ſubſidiaria quæ, & quando detur.*
6 *Actio civilis quæ ſit.*
7 *Actio civilis an de jure civili introducta ſit.*
8 *Vldaricus Zaſius.*
9 *Explicata lex II. ſupra de orig. jur.*
10 *Merces in locatione debet eſſe certa.*
11 *De toto & parte quid juris.*
12. *Depoſitum debet eſſe gratuitum.*

EXplicatis verbis edicti prioribus, pergit Vlpianus ad poſterioris edicti partis interpretationem, & quale judicium id ſit quod Prætor daturum ſe pollicetur, examinat. Ait autem, in factum Actionem dari. Actio vero in 1
a *factum (ut alio loco exiſtimat Accurſius* in §. ult. Inſti-

VINNIVS.

adverſus prædictas perſonas.

(*a*) Hujus rei interpretatio neque ab Accurſio neque à Johanne Fabro petenda. Actio in factum, quæ ſic dicitur, quod in factum ſive ſecundum factum formula componitur, non eſt unius generis. Nam & actio præſcriptis verbis, quæ deſcendit ex contractibus innominatis, & civilis eſt. *l.* 7. §. 2. *ſup. de pact. l.* 5. *par.* 3. *l. ſolent.* 15. *inf. de præſcr. verb.* eo nomine ſignificatur. *l.* 1. *l. ſi vir. & l. ſeq.* eod.

t. de interdict.) *quadruplex eſt. Vna quæ ex omni ićto, vel interdićto Prætoris datur. Alia legis Aquiliæ bſidiaria. Alia extraordinaria, quæ ex variis cauſa- m figuris introdućta eſt. Alia aćtioni de præſcriptis rbis omnino æquiparata. Verum Fabro ea diſtinćtio non obatur* ibid. *qui unicam tantum in fačtum aćtionem* 2 *e exiſtimat, quæ ex variis cauſarum figuris, variiſque ćtis & mediis, non autem ex uno cauſatur. Aćtiones iæ nominatæ, ex uno medio deſcendunt, utpote aćtio ex ndito, quia venditum; aćtio ex locato, quia locatio in- rvenit, & ita de cæteris. Aćtio autem in faćtum ex in- rto : quo fit ut cum nominari certo nomine non potuerit, faćtum dicatur, quia ex fačto recitato deſcendit. Cum* b *enim*

VINNIVS.

d. & interdum etiam illa uti- s, quæ ex ſententia legis per nterpretationem inducitur, & ſa civilis eſt. *l. 7. parag. proin- e. l. item ſi. 9. pr. l. item Mela. arag. ſed ſi. 8. l. 29. parag. pen. f. ad leg. Aquil.* Paſſim autem triċtiore ſignificatu in faċtum ppellantur meræ ſubſidiariæ il- æ, quæ jure prætorio ex ſola equitate, aliis omnibus defi- ientibus, conceduntur : qualis ſt, quam utilitate exigente rætor defećtum legis ſupplen- lo reddit; quæ id faćtum perſe- quitur, cui nec oratio nec ſen- tentia legis convenit. *l. 11. de præſcr. verb. parag. ult. Inſt. de leg. Aquil. l. 33. parag. 1. inf. d. t. l. 7. parag. idem Labeo. ſup. de dol.* item cum perſonæ qualitas communem aćtionem excludit, veluti cum ex cauſa doli adver- ſus parentem aut patronum in faćtum datur. *l. 11. d. tit.* Om- nia quoque quaſi maleficia ſub- ſidiariis in faćtum aćtionibus vindicantur. *l. ult. parag. 1. inf. eod. & inf. tit. de his qui effud. & Inſt. de obl. quæ quaſ. ex del.* quædam etiam maleficia §. 12. *Inſt. de act.* Nec tantum dantur in faćtum ſubſidiariæ aćtioni- bus in perſonam, verum etiam aćtioni in rem. *l. 23. par. 5. inf. de rei vind.* Nonnunquam & ci- tra neceſſitatem à prætore in fa- ćtum datur adjuvandi juris civi- lis gratia, ut hic.

(*b*) In faćtum idem valet, quod juxta ſive ſecundum id, quod faćtum eſt, concepta & compoſita aćtio, quod ex eo intelligere licet, quod pleriſ- que

enim legum authores ingentem caſuum diverſitatem viderent, ut complecti omnes certis nominibus non poſſent: facti nomine tanquam communiſſima deſignatione omnium quæ inter homines agerentur, notandos cenſuerunt.

4 *Oritur itaque ex hoc edicto actio in factum duplex. Altera ad recuperandum res illatas in navim, cauponam, vel ſtabulum, quæ Vlpiano honoraria de recepto actio hoc loco vocatur. Altera ad mulctandum exercitorem introducta, ob delictum familiæ ſuæ, in rebus fidei eorum concreditis, commiſſum.*

Sed an neceſſaria. *Vtique non neceſſaria videbatur: quia agi civili actione ex hac cauſa poterat. Vnde cum ea civilis ordinaria actio competat, non videtur ad actionem in factum, quæ extraordinaria tantum eſt.* Iaſon. in l. quotiens. nu. 1. inf. de præſcrip. verb. *& ex æquitate Prætoris introducta.* Iaſon in l. naturalis. §. quod ſi faciam. nu. 5. eo. tit. *confugiendum eſſe* l. in provincia-

5 li. §. quod ſi locus. inf. de novi op. nunci. *Actio enim ſubſidiaria à ſubſidio nomen habet, quod ſcilicet his qui*

c *nulla actione ordinaria experiri cum adverſario in judicio poſſunt, ſubveniat. Ita quoque propriiſſime in factum actio ſubſidiaria dicitur, quia aliis actionibus deficientibus, tanquam poſtremus comes aliis ſuccedens, per leges ſurrogatur.*

6 Quia civili actione. *Civilis actio ea proprie dicitur,*

d VINNIUS. *quæ*

que locis, cum in factum actio vel exceptio nominatur, additur concepta aut compoſita. *l. quod bonis. 15. pr. inf. ad leg. Falc. l. 6. C. de tranſact. parag. 1. Inſt. de except. Donell. ad tit. de præſcr. verb. c. pen.*

(c) Ex iis, quæ ſupra *lit. A.* notata ſunt, liquet non omnes in factum actiones, quantum vis prætorias, eſſe mere ſubſidiarias.

(d) Actiones civiles dicuntur, quæ ex legitimis & civilibus cauſis deſcendunt, prætoriæ, quæ ex juriſdictione prætoris. *parag.*

quæ à Iure civili formam recepit. Iaſon in §. ſupereſt. nu.46. Inſt.de actio. *Non autem (ut communiter exiſtimatur) quod actiones à jure civili introductæ fuerunt. Nam (ut recte Zaſius vir in omni ſcientia longe exercitatiſſimus & totius Germaniæ decus ait* lib. 2. ſingul. 8 e reſpon. c.5.) *hiſtoriarum peritis compertum eſt, in jure gentium multis ante jus civile ætatibus actiones fuiſſe & judicia. Quod ſane neceſſarium tunc temporis erat, quo dominia rerum diſtincta erant, limites agris impoſiti, & contractuum obligationumque uſus plurimum vigebat.* l.ex hoc jure. ſupra. de juſtit. & jur. *Ad quid enim hæc omnia profuiſſent, ſi non pro his actio conceſſa fuiſſet? Erant itaque ante jus civile actiones, ſed (ut ille ait)* f *in-*

VINNIVS.

ag. 3. *Inſt. de act.* Itaque appellatione civilium comprehenuntur etiam actiones, quæ ex ontractibus juris gentium deſendunt, nihil à jure civili prær nudam approbationem haentibus; quales ſunt emptio, ocatio, depoſitum &c.

(*e*) Non lex, ſed interpretatio rudentium. A prudentibus eim tota ea pars juris civilis proecta eſt, quæ dicebatur *legis actiones*; continebatque formulam x actionibus conſtitutis ageni, ut hoc declarat Pomp. allegato loco.

(*f*) Alias ſequeretur, totis recentis annis ante neminem um alio in urbe agere potuiſſe: ut quia manu regia pleraque erminabantur. *d. l. 2. in pr.* ullam petitionem nullam imploratione fuiſſe neceſſariam. De hac quæſtione copioſe vulgo diſſeritur ad *rubr. Inſt. de act.* Mirum autem eſt in re tam aperta ſententiis variari. Quid enim certius, quam leges, magiſtratus, eorumque imperia juris gentium eſſe: ſine his nullam unquam gentem aut vixiſſe aut vivere potuiſſe, cum ſine publica auctoritate nulla hominum ſocietas conſiſtere poſſit? At hujus publicæ auctoritatis bona pars eſt in perſecutionibus judicialibus, qua civilibus, qua criminalibus. Adhæc conſtat inter omnes dominia rerum atque obligationes, quæ cauſæ ſunt actionum proximæ, originem ex jure gentium trahere: trahunt ergo & actiones ſive judicia, id eſt, ea remedia

f *informes, rudes, vagæ, quas lex tandem compoſuit, certas*
9 *& ſolemnes fecit, non autem de novo invenit. Quo ſpectare mihi Pompo. verba videntur, dum ait in* l. 2. §. deinde. ſupra. de orig. jur. Deinde ex his legibus eodem
g fere tempore actiones compoſitæ ſunt &c. *Non ait inventæ ſunt, ſed compoſitæ, id eſt, ordine poſitæ ſunt, actioneſque ante informes, à jure civili formam receperunt, ne populus prout vellet eas inſtitueret.*

Si quidem merces. *Scilicet certa. Ad hoc enim ut locationis & conductionis contractus procedat, certa mer-*
10 *ces conſtitui debet.* §. 1. Inſtit. de locat. *Quod uſque adeo verum eſt, ut ſi merces generaliter alieno arbitrio permiſſa ſit, locatio & conductio contrahi non videatur.* l. ſi merces. inf. locati. *Quod ſi prorſus nulla merces eo nomine præſtanda deſignata ſit, non ex locato & conducto, ſed mandati judicio experiendum erit.* l. ſi tibi polienda. inf. de præſcript. verb. *Si vero inter nautam & vectorem ita convenerit, quod tantum nauta accipiet, quanti inter ipſum & vectorem poſtea conventum erit, intelligitur contractus innominatus inter partes initus, & præſcriptis*
h *verbis actio dabitur.* l. 1. & 2. eo tit. & Cantiunc. in §. 1. Inſt.

VINNIUS.

(f) remedia & rationes, quibus quod vel dominii noſtri ſit, ſi id ſponte is qui poſſidet, non reſtituat; vel quod in obligationem à nobis deductum, ſi id debitor non preſtet, obtinere liceat. Nam certe fruſtra ſis, ſi id voluntati permittatur & arbitrio poſſeſſoris aut debitoris: aut quod reſtat, rixis, tumultibus, cædibus porta patefiet &c. fac. *l. non eſt ſingulis.* 176. *de reg. jur. l. ext.* 13. *ſup. quod. met. cauſ. Caſſio. lib.* 4. *var. epiſt.* 10.

(g) Melius res intelligetur, ſi dicamus Iuriſconſultum loqui de forma actionum accidentali & juris Romani propria; quam ſcilicet à prudentibus acceperunt compoſitis certis ac ſolennibus formulis.

(h) Quæ & ipſa civilis eſt, ut ſupra demonſtratum; quamvis certam & conſtantem agendi formam à jure civili non acceperit. *l.* 1. *& ſeq. inf. de præſ. verb*

(a) Præ-

1. Inſt. de locat. Et ſi tota. *Quod enim juris eſt de* *arte quoad partem, idem quoque juris eſt de toto quoad* *otum.* text. & Doct. in l. uxor. inf. de leg. 3. *Sed ſi* *ars navis conducta ſit, ex conducto agere licet. Idem er-* *o ſi navis tota locata ſit, obſervandum erit.*

Sed ſi gratis. *Nam ſi propter cuſtodiam aliquid da-* *um ſit nautæ pro opera ſua, non depoſiti, ſed locationis* *ontractus orietur, & ex conducto agendum erit.* l. 1. §. i veſtimenta. inf. depoſit. *Depoſiti autem obligatio, ut* *lurimum deponentis gratia contrahitur, & gratuitum* *ſt officium ejus qui depoſitum rogatus ſua fide cuſtodien-* *um recepit.* dicta l. 1. §. ſi quis.

Miratur igitur cur honoraria actio ſit inducta, cum ſint civiles: Niſi forte (inquit) ideo ut innoteſceret Prætorem curam agere reprimendæ improbitatis hoc genus hominum: quia in locato & conducto culpa, in depoſito dumtaxat dolus præſtatur: At hoc edicto omnimodo qui receperit, tenetur, etſi ſine culpa ejus res perierunt, vel damnum datum eſt: niſi ſi quid damno fatali contigerit. Inde Labeo ſcribit, ſi quid naufragio aut per vim piratarum periit, aut damnum datum eſt, non eſſe iniquum exceptionem ei dari. Idem erit dicendum, & ſi in ſtabulo, aut in caupona vis major contigerit. Eodem modo tenentur & caupones & ſtabularii, ſi quod exercentes ne-

negotium ſuum recipiunt: Cæterum ſi extra negotium receperint, non tenebuntur.

SVMMÆ RERVM.

1 *Honoraria actio quæ ſit.*
2 *Prætores Romæ duo.*
3 *Prætorum dignitas quæ.*
4 *Actio ordinaria quando ab extraordinaria ſuperetur.*
5 *Puniri ſine culpa nemo debet.*
6 *Puniri quis ex cauſa ſine culpa poteſt.*
7 *Caſus fortuitus utrum ad nautas pertineat.*
8 *Amiſsionem quis & quomodo probare debet.*
9 *Præſumptio eſt ex præterito in præſens.*
10 *Culpam utrum mercator probare debet.*
11 *Damna peccatis promeremur.*
12 *Vis major quæ ſit.*
13 *Peccans extra officium, de officio puniri non debet.*

1 Honoraria. *Actio honoraria à Prætore introducta eſt, & ab honore Prætori delato nomen accepit. Nam cum (ut Pompon. author eſt* l. 2. ſupra. de orig. Iur.) *Conſules bellis finitimis à jure dicendo, cui praerant, avocarentur, ita ut in civitate judice aliquo opus eſſet, qui populi controverſias dirimeret, fa-*
2 *ctum eſt ut Prætores duo crearentur. Vrbanus primum,*
a *qui in urbe tantum & inter cives Romanos jus dicebat.*
3 *Peregrinus deinde alius, qui inter extraneos jura reddebat. Et his ſane data eſt poteſtas adjuvandi, ſupplen-*

VINNIUS.

(a) Prætor juri dicundo, quod magiſtratus eſt, non condendo, quod eſt majeſtatis, præpoſitus fuit, cuſtos juris civilis, non arbiter:

endi, atque corrigendi jus civile, prout publice inter-ſe videbatur. l. Ius autem civile. ſupra. de juſtit. & r. *Et hic honos Prætori ſemper habitus eſt, ut ejus ictis pro publico jure uteretur. Quapropter velut per tonomaſiam ab honore; quo regiis pene inſignibus & paratu fermè conſulari, lictoribus ſex, ſella curuli trabea Prætores ſupra cæteros judices fungebantur; auctoritas eorum edictis tributa eſt, ut jus honorarium i cœperit,* Zaſius in d. l. 2. *atque dehinc, hæc no-a in factum actio honoraria dicta eſt, quam à Præ-e introductam eſſe conſtat.*

Niſi forte. *Quæſtioni igitur propoſitæ reſpondet Vl-nus, Prætoremque nihil magis quam ut improbita-nautarum cæterorumque eorum, qui edicto conti-tur, gravi pœna coërceret, cordi habuiſſe declarat. ërcebit autem potiſsimum & amplius, ſi edictum & orariam actionem, quam ſi civilem tantum inſtituat; ua dolus & culpa ſolum præſtatur.* l. contractus. inf.

VINNIVS.

: nec uſquam proditum le-liqua datam prætori pote-m fuiſſe conſtituendi juris. erum progreſſu temporis, obnitente populo, etiam nonnihil edicendo, præto-introduxerunt, adjuvandi, endi, corrigendi juris civi-atia. *l. 7. ſup. de juſt. & jur.* ie videmus prætores ple-que juris civilis rigorem mi-e, & de iis, quæ legibus nec ta nominatim, nec vetita ex bono & æquo multa ſta-, etiam præter rationem civilis; quod arguunt tot actiones & exceptiones, tot bo-norum poſſeſſiones à prætore introductæ.

(*b*) Iureconſultus hoc loco conferens actiones civiles de-poſiti & locati cum honoraria, quæ ex hoc edicto competit, utilitatem ejus, quæ ex edicto eſt, hoc nomine maxime com-mendat, quod in locato con-ducto culpa, in depoſito dolus duntaxat præſtatur; actione vero in factum ex edicto om-nimodo, qui recepit, tenea-tur, etiamſi ſine culpa ejus res perierit, dummodo ne fato aut vi

b inf. de reg. jur. *Quod quia incidentur hic ſolum allegatur : latius examinare non conſtituimus.*

At hoc edicto. *Quamvis itaque inter ſubſidiarias tantum actiones edictum iſtud numerari poſſit ; eam tamen vim ac poteſtatem habet, ut ab ordinaria civili actione repelli nequeat. Quod autem ſuperius à nobis definita eſt tum demum locum obtinere, cum aliæ actiones deficiunt: illud tamen tunc verum non eſt, quando ſubſidiaria actio coadiuvandi cauſſa introducitur.* l. 1. §. unde quæritur.
4 inf. de publica. & vectigal. *Sed & cum extraordina-*
c *ria actio uberior eſt, & pleniorem utilitatem actori adfert, à civili, ordinariave minime impugnari poteſt.* Bart. in l. ſi. C. ſi adverſ. rem judi. Roma. conſil. 220. colum. 7. *Sunt equidem caſus quamplurimi in quibus ordinaria actio ſubſidiariam impedire nequit,* Jaſon in l. in provinciali. §. ſed ſi in loco. inf. de oper. no. nunciat. *ſed hoc loco haud idoneè à nobis repetendi.*

Etiam

V I N N I V S.

(*b*) vi majore. ubi duo notanda. 1. conductorem dolum tantum & culpam præſtare, quod & aliis locis & naturæ hujus negotii conſentaneum eſt. l. 5. §. 2. *inf. commod. l. 23. inf. de reg. jur.* 2. eum, qui recepit, præter culpam præſtare & medium quid inter culpam & caſum fortuitum, quod conductor non præſtet Hoc autem quale ſit, mox exponam.

(*c*) Quod dicitur *l. in cauſæ. 16. ſup. de minor.* ei qui ordinario auxilio tutus eſt, non debere tribui extraordinarium, DD. vulgo ſic temperant, niſi remedium extraordinarium plenius & expeditius ſit ordinario : & ideo ſi minor ultra dimidium in pretio rei, quam vendidit, læſus in integrum ſe reſtitui poſtulet, audiendum eſſe, propterea quod intento communi remedio *l. 2. C. de reſc. vend.* electio emptoris eſt, utrum pretium ſupplere, an rem reſtituere malit ; & quia beneficium reſtitutionis quoad fructus quoque plenius & pinguius eſt. *Sfort. Odd. de reſtit. in integ. quæſt. 17. art. 12. Bart. in l. Aemilius. ſup. de min. & in l. 3. de op. nov. nunt. Coſtal. in l. 9. ſup. de edend.*

(*d*) Non

Etiam ſi ſine culpa. *Sine culpa enim (ſi modo cauſa* 5
bſit) puniri quis poteſt, quod alio loco fuſiſsime à nobis
ctatum eſt. in cap. ſine culpa. extra de reg. Iur. in 6. d
ſo namque contractu nauta conſentire videtur, ut mer-
ſalvæ omnino reſtituantur, etiam ſi ſine culpa ejus pe-
rint, aut damnum datum fuerit. Sic & innocens ob 6
cti atrocitatem, non tamen non exiſtente cauſa, ſæpe
nitur. Ex ſenatuſconſulto enim de iis quoque ſervis
plicium ſumitur, qui ſub eodem tecto fuerunt, ſub
dominus à conſervis interemptus eſt, l. 1. inf. ad S.
Syllan. *quod eleganter apud Vlpianum Iureconſ.*
ſcribitur. Habuit tamen aliquid ex iniquo omne ma-
m exemplum, quod contra ſingulos utilitate publica
enditur. Sic & eorum filii qui violentas in principem
nus conjecerunt, etiam innocentes abſque culpa pu-
ntur. Subeſt tamen cauſa, ut filiorum ſaltem amore
hujuſmodi ſceleribus alii deterreantur. Alci. in l. a-
l eſt fraus. inf. de verb. ſignific. *Quamvis itaque*
um videri poſsit, ſine culpa nautam puniri: cauſa ta-
ſubeſt hic in textu per Vlpianum allegata, quod ge-
hoc hominum ut plurimum impuriſsimum eſſe ſo-
, quorum improbitatem reprimi, maxime reipublicæ
in-

VINNIUS.

d) Non eſt neceſſe, ut ad
: explicationem confugia-
, Nam & illud ipſum, quod
ianus medium facit inter
am & caſum, culpa eſt; ni-
m culpa leviſſima, cui op-
ſolet exactiſſima diligentia,
am etiam quidam contra-
jure civili recipiunt, ut
nodatum, mandatum, ne-
geſta. *l. 5. par. 2. l. in rebus.* 18. *inf. commod. l. 1. par. 4. inf. de obl. & act. l. in re. 21. C. mandat.* §. 1. *Inſt. de obl. quæ quaſ. ex contr.* nihilque notius eſt, quam culpæ appellatione in jure noſtro paſſim levem ſignificari. Inter culpam autem leviſſimam & caſum fortuitum non datur medium, ut recte poſt Gloſſam notat Zaſius *parat. hic n. 12.*

7 *intereſſe videbatur. Vtrum autem de caſu fortuito nautæ, caupones & ſtabularii teneantur, ſunt qui hoc loco tradiderunt.* Alb. & alii. *Eorum autem opinio invaluit, qui negativam partem ſecuti ſunt. Quæ enim fortuitis caſibus accidunt, quum provideri non poſſint, à nemine præſtari debent, ſi non ſpecialiter ejus quoque periculum* 8 *ſuſceptum ſit.* l. quæ fortuitis. C. de pign. act. *Quis autem amiſſionem probare debeat, nauta ne qui rem* f *amiſſam adſerit, an vector qui rem & merces repetit, à multis examinari ſolet; communiter tamen concluſum video, probationis difficultatem in nautam tranſire, non ſolum jurejurando, ſed manifeſtis probationibus.* l. ſi creditor. d. tit. *Hac nimirum ratione, quod in iis quæ* 9 *non mutantur ſolo temporis curſu, præſumptio juris ſit ex præterito tempore in præſens,* l. ſive poſſidetis. C. de probat. *præſertim in nauta qui ex contractu eſt obligatus, & jure actionis tenetur. Manifeſtæ autem probationes erunt ex circunſtantiis, confeſſione partis rem amiſſam*

Vinnius.

(e) In eo cum Gloſſa in *d. l. ſi creditor. C. de pign. act.* conveniunt & cæteri fere interpretes. & recte. Nam cum nauta dicit rem caſu fortuito amiſſam eſſe, utique id probare debet; cum ei ſemper incumbat probatio, qui dicit. *l. 2. 3. inf. de probat.* & facit textus in hac. *l. 3. §. 1. in* verbo *exceptionem. Chriſtin. vol. 5. deciſ. 65. n. 19.* Sed & textum expreſſum habemus in *l. 2. C. de naufrag. lib. 11.* In legibus navalibus Rhodienſ. c. 12. inſertis *tom. 2. juris Græco-Rom. ad fin.* ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ δεξάμενος φυλάττειν ταῦτα ὅτε ἀπώλετο. δεῖ δειχθῆναι τὴν διορυχὴν, ἢ τὰ σῦλα πόθεν ὑπέστη. id eſt. *Quod ſi dicat, qui ſuſcepit, ſe res cuſtodiſſe, quo tempore perierunt, debet oſtendi perfoſsio, aut unde rapina extiterit.*

Cæterum ſufficit caſum probaſſe. Quod ſi quis dicat culpa nautæ caſum eveniſſe, ille ipſe, qui hoc dicit; probare debet. *Ben. Stracch. tract. de naut. navib. & navigat. p. 2. n. 6. & ibi allegati.*

(*f*) Vide

ı confitentis, teſtibus; & his ſimilibus. Sic autem in ere probata amiſſione, uter debeat quod relictum eſt bare, non omnino male quæritur: vector ne culpam tæ, an vero nauta caſum fortuitum? Sane nautam um fortuitum probare debere, argumento à ſimili con- ci videtur. Is enim qui ob capras male cuſtoditas li- ari petit, probare debet latrones capras citra ſuam udem abegiſſe. l. ſi quis fundum. §. Imperator. inf. f at. *Cæterum plerique aliter in* d. l. ſi creditor. *ſen- t, nempe ad repetentem rem ſuam doli & culpæ pro- onem tranſire. Ego priorem ſententiam ſequi malim, tamen, ut vector rem ſuam juſte repetere poſſit, contra m nauta excipiendo amiſſionis modum aſſumere de- in quo quidem, ſi reperiatur caſus mere fortuitus, & culpam in ſe regulariter non habet, ſatis erit exceptio tæ fundata. Non enim ſufficiet quod furto amiſſas merces exceperit nauta, ſed in proponenda exceptione at aliquas facti furti circunſtantias, per quas præ- ptionem culpæ illis fere ſemper inhærentem, exclu-* : l. ſi vendita. inf. de pericul. & com. rei vendit. *caſu liberum adhuc vectori erit de culpa replicare.* Niſi ſi quid. *Vim itaque majorem & quæ prævideri* g *non*

V I N N I V S.

f) Vide de hac quæſtione *in d. l. ſi creditor. C. de pign. Sichard. ibid. n.* 4. & 5. ubi eodem fere modo, quo Pec-, eademque adhibita diſtin- ne decidit. late Chriſtin. ubi *n.* 26. & *ſeqq.*

g) Imo contra tantum abeſt, c prætor rationem juris mi- t, ut ipſe etiam ſit jure civili ſeverior, concedens actionem, qua is, qui recepit, etiam ejus nomine, quod leviſſima ejus culpa contigit, teneatur quam culpam non præſtat jure civili, nedum caſum fortuitum. Introducendæ autem hujus actionis cauſa fuit, ut reprimeretur hoc genus hominum improbitas. §. 2. *hujus. l.* 3.

non poteſt, ſummo jure ſpecialiter, & ob contractum præſtare tenebantur. Cæterum id ex æquitate non eſſe
11 *Prætor arbitratus, exceptionem dare conſtituit. Fatale igitur damnum (quod plerunque ob hominum peccata irrogatur, & inde nomen habere exiſtimo* (vide Alci.ad
12 l. ſi merces. §. vis major. inf. locat. in lib. prætermiſſ. 8.) *ſeu vim majorem eos præſtare iniquum eſt. Eſt autem vis major cui reſiſti non poteſt. Qua ratione defendi poſſe exiſtimavero, ſi exercitus præteriens, ſeu hoſtis urbem vi occupans, res alicujus in hoſpitio depoſitas, & fidei cauponis mandatas, abſtulerit; minime edicto cauponem teneri, eo quod reſiſtere non potuerit.* arg. l. ex conducto. eod. tit.

Eodem modo. *Eorum itaque officium, pro in factum actione conſequenda, qui edicto continentur, reſpicimus. Cæterum ſi quid cuſtodiendum ab aliquo receperint, non ſub officii exercitiive nomine, ſed amicabiliter tantum, & ut ſimplices meriquc depoſitarii, non ex dolo & culpa omni, ſed ordinaria tantum depoſiti actione convenientur.* Bal. Accur. Roma. & Alberic. hic. *Ex quo non improbabiliter referri poteſt, quod ſi Iudex in officio ſuo peccavit, delictum tamen ad officium non pertineat, ut non ut Iudex, ſed ut privatus tantum puniri debeat.*

SI filiusfamilias aut ſervus receperit, & voluntas patris vel domini intervenerit, in ſolidum erit conveniendus. Item ſi ſervus exercitoris ſurripuit, vel damnum dedit, noxalis actio ceſſabit, quia ob receptum dominus ſuo nomine convenitur. Si vero ſine voluntate exerceant, de peculio dabitur.

SVM-

SVMMÆ RERVM.

Ratio legis.
Facere per ſe vel per alium nihil intereſt.
Actio de peculio quando detur.
Actionis de peculio ratio.
Pater de peculio caſtrenſi non tenetur.
Vlpianus conciliatus.
Noxalis actionis vis.

IN ſolidum conveniendus. *Etenim qui ita cum nauta, caupone, ſtabulario filio familias vel ſervo contrahit, fidem domini vel patris ſequi videtur.* Inſtitut. quod cum eo qui in ali. §. 1. *Qua ratione mirum videri non debet, ſi in ſolidum à vectoribus conveniri poſſint.* 1 2 *Per me enim ſeu per alium quid fecero, nihil intereſſe exiſtimandum eſt.* l. 1. §. dejeciſſe. inf. de vi & vi armat. *Cæterum ſi ſine voluntate domini vel patris exerceant, de peculio tantum actio dabitur. Sed quamvis de peculio tantum actionem dari dixerimus, ubi ſine voluntate eorum, in quorum poteſtate ſunt, contrahunt: dubium tamen non eſt, quin & eorum quoque intercedente voluntate, de peculio agi poſſit. Sed erit ſtultiſſimus, ſi, omiſſa actione qua facillime ſolidum ex contractu conſequi poſſet, ſe ad difficultatem probandi perducat, ſervum aut filium familias peculium habere.* Inſt. quod cum eo. §. Cæterum. *Cæterum ſi quid invito, inſcio, aut non conſentiente patre, filius commiſerit, peculio tenus tantum eo nomine obligat parentem. Æquiſſimum enim id eſſe Prætor ea ratione arbitratus eſt, quod ſæpenumero vel parentes filiis vel domini ſervis, non expreſſo certæ negotiationis genere peculium concedunt. Ex quo cum præſumpta ſaltem concedentium voluntas emergat, peculio* 3

tenus obligari debent. Obligantur autem parentes n ſolum ignorantes, ſed & inviti quoque & contradice tes. l. ſi quis Servum. §. fin. inf. de pecu. *Verumt men quia voluntas hæc non omnino ſimplex eſt & abſ luta, & ad illud tantum peculium (ut præſumptic colligitur) reſtricta, noluit Prætor eâdem æquitate,*
4 *tra peculium patrem dominumve obligari.* Bar. in l. inf. de pecu. Iaſo. in §. actiones autem. Inſtit. actio. *Et quanquam nihil contraxerint domini vel p tres, unde naſcatur obligatio, & ſic ſummo jure acti eos videbatur dari non poſſe: ne tamen decipiantur b fide contrahentes cum ſervis vel filiis familias, exi mavit Prætor his caſibus ſummi juris regulas ceſſ*
5 *debere. De caſtrenſi vero peculio, vivo filio pater teneтur, ſed in ipſum filium ad exemplum patrisfa lias actio conceditur.* l. 4. §. 1. inf. de caſt. pec.

Item ſi ſervis. *Hic iterum à ſeipſo Vlpianus diſ tire videtur, dum noxalem actionem ceſſare adfirm paulo autem inferius in* l. fina. §. ſervorum. inf. dem. *ſervorum nomine noxali teneri dominum con*
a *rie definit. Verum ſi quis penitius quod res eſt perſpi*
6 *nullam utique diſſenſionem inveniet. Si enim ſervu domini voluntate navem exercet, ſurripuerit vel*

VINNIVS.

(a) Nautæ, caupones, qui quid ſalvum fore receperunt, ob damnum vel furtum factum ab his, quorum opera utuntur, & ex contractu de recepto conveniri poſſunt, & quaſi ex maleficio in duplum. *l. ult. inf. eod.* & ex cauſa recepti recte quoque conveniuntur, etiamſi ſervi eorum num dederint, ut in hac *l.* ex quaſi autem maleficio rum ſuorum nomine n actione tenentur, quam *d. l. ult. §. 4. l. un. §. pen. i adv. naut. caup.* quibus lo am diverſitatis redditur r

m dederit, non ex hoc edicto ut recepta reſtituantur, minus noxaliter conveniri poterit, qui ex contractu rvi tenetur : ut hic. *ſed ex ſecundo edicti capite quod maleficio eſt, noxaliter conveniri poteſt, quod & Acrſius cum Odofredo cenſuit. Noxalis autem actio- ea poteſtas eſt, ut ſi damnati fuerimus, liceat nobis ditione ipſius corporis, quod deliquerit, litis æſtimanem evitare.* l. 1. inf. de noxa. act.

HÆc autem actio rei perſecutionem continet, ut Pompo. ait, & ideo in hæredem & perpetuo dabitur.

SVMMÆ RERVM.

Actiones rei perſecutoriæ quæ ſint.
Cur in hæredem dentur.
Actiones Prætoriæ quando in hæredem non dantur.

Hæc autem actio. *Quæ ſcilicet de recepto eſt. Ea enim actio quæ ex poſteriore edicti parte oritur, xta eſt, & pœnam cum re continet. Dicuntur autem* 1 *rſecutionem rei continere omnes reales atque etiam peraales actiones, quibus id tantum exigimus, quod in ligationibus extra pœnam leges venire ſtatuerunt. læ autem actiones quæ cum conſtitutione pœnæ proditæ* a *nt, pœnales vocantur. Mixtæ vero actiones per quas nul rem & pœnam perſequimur.* §. mixtæ. & §. rei. In-

VINNIUS.

(*a*) In hac actionum diviſio- rei nomine continetur, quic- d eſt extra pœnam legiti- m : pœnæ nomine ea duntaxat, quæ jure certo conſtituta eſt. *l. in honorariis.* 35. *inf. de oblig. & act.*

 (*b*) Non

2 Inſtit. de act. *In hæredem vero & hæredi dari, recte Vlpianus ait. Manifeſtum enim eſt, hæredes ex defuncti contractu (utpote in univerſum jus quod defunctus habuit, ſucceſſores* l. hæreditas. inf. de verb. ſign.) *vel quaſi æque conveniri quam alios convenire poſſe*.l.ex con-
3 tractibus. l. ex depoſiti. inf. de act. & oblig. *Quod*
b *igitur dici ſolet, prætorias actiones contra hæredem non dari, non ad rei perſecutorias, ſed ad pœnales tantum actiones referendum eſt.* l. ſi ab inſtituto §. hæredem. & ibi Roma. in fi. inf. ſi quis omiſſa cauſa teſta.

Noviſſime videndum eſt, an ejuſdem rei nomine, & de recepto, honoraria actione, & furti agendum ſit: & Pompo. dubitat: ſed magis eſt ut vel officio judicis, vel doli exceptione alterutra eſſe contentus debeat.

SVMMÆ RERVM.

1 *Actiones plures an ſimul conjungi poſsint.*

A*N plures actiones ſimul concurrere, & ubi plura remedia competunt, unà adverſus eundem conjungi*

VINNIVS.

(*b*) Non memini me legiſſe, prætorias actiones in hæredem non dari, ſed generalis definitio eſt, actiones pœnales ex maleficiis, in hæredem rei non dari, ſive prætoriæ ſint, ſive civiles. *l.* 1. *inf. de priv. delict. l.* 38. *l. pupillum.* 111. §. 1. *inf. de reg. jur.* §. 1. *Inſt. de perp. & temp. act.* quanquam ex pœnalibus quædam etiam prætoriæ perpetuo competunt, ut actio furti manifeſti. *Inſt. d. tit. in fin. pr.* adverſus publicanos. *l.* 13. *par. ult. inf. de publican.* & ex parte poſteriore hujus edicti. *l. ult.* §. *ult. inf. eod.* Perpetuæ autem ſunt omnes honorariæ, quæ rei perſecutionem continent; niſi ſit, quæ reſcindat, quod jure civili ratum eſt. *l. in honorar.* 35. *inf. de obl. & act.*

(*a*) Hoc

jungi poſſint, fuſiſsime & à plurimis hoc loco diſſeritur. Etenim cum Vlpianus hîc dicat, actiones pœnales de eadem re concurrentes invicem non conſumere, ex Sever. Antoninique conſtitutione l. 1. C. de furt. *ſcrupulus emergit, ex qua communi interpretum fere eſt concluſione receptum, quod actione una electa, ab altera recedere oporteat. Quæſtionem hanc (quod alias* in cap. nemo pluribus. extra. de reg. Iur. in 6. *nobis excuſſa ſit) compendioſe abſolvendam exiſtimo. Actionum itaque aliæ pœnales ſunt: aliæ rei perſecutoriæ: aliæ mixtæ. Si igitur pœnales actiones plures & ex eodem delicto originem ſumentes concurrant, alia per exceptionem aliam tollit, ſi non in una plus fuerit. At ſi plus commodi altera habeat, id ipſum per aliam tolli non poteſt.* l. 1. & ibi docto. inf. de vi bonorum rapt. & l. 1. inf. arb. fur. Cæſar. *Exemplo res fiet clara. Si arbores meas furtim quis cadat ſteriles faciendo, variis à me actionibus conveniri poteſt. Actione nempe legis Aquiliæ ex ſecundo capite, actione furti ſi arbores amovit: & actione ex lege duodecim tab. quæ injuriam proſequitur. Actiones quidem hæ*

1 a

VINNIUS.

(*a*) Hoc Vlpianus hic non dicit; ſed quærit tantum an furti actio cum honoraria de recepto concurrat. Si nauta rem ſalvam fore receperit, & ſolvendo ſit, vector furti agere non poteſt; ſed ipſi nautæ furti actio competit. *l.* 4. *inf. eod.* facit *par. furti.* 13. *cum ſeqq. Inſt. de obl. quæ ex del.* Itaque caſus hic ponendus: cum nauta ipſe furtum fecit, aut ſolvendo non eſt. Et videtur locus eſſe actioni utrique: nam ex ratione juris non poteſt actio furti, quæ pœnalis eſt, conſumi per actionem de recepto, quæ eſt rei perſecutoria. §. *ult. Inſt. d. tit. l.* 7. §. 1. *inf. de cond. furt. l. rei communis.* 45. *inf. pro ſoc. cum ſimilib.* Reſpondet tamen juriſconſultus, officio judicis aut exceptione doli effici, ne utraque ſimul competat. Quod quam ſententiam & rationem habeat, poſtea videbimus.

 (*b*) Eo-

hæ omnes, contra eundem hominem proditæ ſunt, non tamen aliter, quam ut id quod actor ex una conſecutus eſt, amplius ex altera conſequi non poſſit. Et è contrario, quod ex una non habet, ex alia (ſi plus contineat) conſequi non prohibetur. Porro ſi ex diverſis cauſis plures actiones pœnales natæ ſint; una aliam non tollet. l. nunquam. inf. de privat. delict. *Quod ſi plures actiones rei perſecutoriæ contra eundem competunt, non quidem per concurſum, ſed per exceptionem una per aliam tollitur. Si vero contra diverſos diverſo jure utimur.* l. ſi merces. §. culpæ. inf. locat. *Poſtremo ſi alia pœnalis ſit, alia vero rei perſecutoria, regulariter alia per aliam non conſumitur. Nam ſi vendicatione tecum expertus* b *ſim, rem etiam conſecutus, furti adhuc agere potero.* l. ex pign. §. cum furti. inf. de fur. *Quæ tamen doctrina tunc vera non eſt, cum una ex jure civili, altera vero ex beneficio Prætoris deſcendit.* Panor. & Petr. de Anchora nu. 7. in cap. fina. de collu. detegend. *Cum igitur furti actio civilis ſit, quæ autem contra nautas de recepto datur, honoraria & Prætoris beneficio proſiliens, rectiſſime infert Vlpian. officio judicis vel doli mali exceptione actorem repelli poſſe, qui alterutra contentus eſſe recuſat.*

LEX

VINNIVS.

(*b*) Eodem quoque modo Accurſius hæc conciliat. & quod Iavolenus reſpondet in *l. ſi is. 71. inf. de furt.* ſi furti actum eſt, commodati actionem extingui, & contra, id non de furti actione pœnali *DD. comm.* accipiunt, ſed de condictione furtiva, uti & Cujacius *lib. 17. obſ. 12. Pet. Fab. ad l. nunquam. 130. de reg. jur.* Patet utique ex *l. 14. §. qualis. 16. inf. de furt.* condictionem eſſe ſpeciem quandam actionis furti. Quidam etiam hunc ipſum locum de condictione furtiva accipiunt; & fortaſſe melius: alii actionem de recepto pro pænali illa, quæ quaſi ex maleficio eſt, & altera hujus edicti parte proponitur.

(*a*) Furti

LEX IV.

PAULUS LIB. XIII.

Ad Edictum.

Sed & ipſi nautæ furti actio competit, cujus ſit periculo, niſi ſi ipſe ſurripuit, & poſtea ab eo ſurripiatur: aut alio ſurripiente ipſe nauta ſolvendo non ſit. Si nauta nautæ; ſtabularius ſtabularii; caupo cauponis res receperit, æque tenebitur. Julianus dixit etiam ad eas res hoc edictum pertinere, quæ poſt impoſitas merces in navem, locataſque inferentur, etſi earum vectura non debetur (ut veſtimentorum vel penoris quotidiani) quia hæc ipſa cæterarum rerum locationi accedunt.

SVMMÆ RERVM.

1 *Ratio legis.*
2 *Actio inanis eſt, quam excludit inopia debitoris.*
3 *Nemo ex improbitate ſua commodum ſentire debet.*
4 *Fur an furti agere poſſit, & quando.*
5 *Furtum abſque animo furandi non committitur.*
6 *Infamis agere non poteſt.*
7 *Fur infamis eſt.*
8 *Commodatarius pejoris conditionis, quam conductor.*
9 *Aves concoloribus plumis una volitant.*

Sed

SEd & ipſi nautæ. *Quia ejus intereſt rem perſequi, atque proinde furti actione experiri poteſt* : l. fullo. inf. de furt. *quoniam periculum rerum ad eum pertinet.* l.eum. eod. tit. *Non tamen aliter furti actionem competere placuit, quam ſi ſolvendo fuerit, hoc eſt ſi domino rei æſtimationem ſolvere poſſit. Nam ſi ſolvendo non ſit,*
2 *tunc quia ab eo dominus ſuum conſequi non poſſet : (qui enim non habet quod reddat, ejus periculo nihil eſt* l. itaque. eodem tit. §. item ſi fullo. Inſtitut. de oblig. quæ ex delict.) *ipſi domino, furti competit actio. Idem eſt, ſi in parte ſolvendo non fuerit. Nam (ut Iavolenus lib.* 15. *ait) ſolvendo eſſe nemo intelligitur, niſi qui ſolidum ſolvere poteſt.* l. ſolvendo. inf. de verb. ſign. *Porro*
a *ſi ipſe rem ſurripiat nauta, quæ & ei quoque furto deinde ſublata eſt, quamvis interſit ejus rem non ſurripi,*
3 *furti tamen actio non dabitur. Nemo enim ex improbitate ſua actionem conſequi debet.* d. l. itaque. in princip. *Et ideo ſoli bonæ fidei poſſeſſori, non item malæ fidei, furti actio conceditur. Quæ etſi ita ſint, an ab Vlpian. tamen verbis in* l. qui vas. §. ſi ego. eodem. tit. *ſufficienter defendi poſſint, perſpiciamus. Si ego (inquit) tibi polienda veſtimenta locavero, tu vero, inſcio aut invito me, commodaveris Titio, & Titio furtum factum ſit, tibi competet furti actio : quia cuſtodia rei ad te pertinet, & mihi adverſus te nihilominus, quia non debueras rem commodare, quod faciendo furtum admi-*
4 *ſiſti. Eſt igitur hic caſus, quo fur furti agere poteſt. Quæ*

VINNIVS.

(*a*) Furti actio non datur furi aut male fidei poſſeſſori: quamvis enim eorum interſit rem ſurreptam non eſſe; non intereſt tamen ex cauſa honeſta. *l.* 11. *l.* 12. §. 1. *l. qui re.* 76. §. 1. *inf. de furt.*

(*b*) Plu-

Quæ igitur hujus exceptionis ratio? cur ex improbitate b *actionem conſequitur? Sunt, qui in juſto commodatarii initio & intercedente domini voluntate, rationem conſtituunt.* Alberi. & alii in l. fin. C. de furt. *Sed ego hujuſmodi rationem omnino probare non poſſum, quam aperto textu convinci exiſtimo. An ne enim in quo nunc verſamur caſu, domini voluntate ad nautam merces pervenerunt? Id utique negari non poteſt, cum expreſſe contractus interceſſerit. Cur igitur ſi furtum nauta admiſerit, contra ſurripientem à ſe, furti actione experiri non poteſt? Communis itaque ſolutio traditur* in d. l. fin. & c in d. §. qui vas. (*quam & Albericum quoque, meliora deinde ſecutum & à priore ſententia recedentem, tenuiſſe reperio*) *quod in contrario furtum quidem, ſed reſpectu uſus tantum commodatarius admiſerit, dominumque non re ſua, ſed uſu ſolum ſpoliare voluit; Quo ſit ut reſpectu rei agere non prohibeatur. Porro ſi nauta furtum faciat, non uſu ſolum, ſed & proprietate quoque dominum*

V I N N I V S.

(*b*) Plures quoque ſimiles caſus excogitari poſſunt, & occurrit unus in *d. l.* 12. §. *ult.* ubi & domino, qui rem pignoratam creditori ſurripuit, datur furti actio adverſus alium, qui eam iterum ſurripuit, & creditori adverſus dominum. Et recte Cujac. 11. *obſ.* 11. & 16. *obſ.* 30. notat, atque auctoritate Baſilicῶn confirmat, *d.* §. *ult.* ſublata negatione ita legendum eſſe, *& ſic fit, ut teneatur furti, & agat.* quod & locus ipſe per ſe ſatis evincit.

(*c*) Dicendum potius, tunc etiam furem furti agere poſſe, cum ideo ejus interſit, rem ablatam non eſſe, quia vel dominus rei ſit, vel quia quaſi conductor aut commodatarius culpæ nomine teneatur, quod rem non ſatis diligenter cuſtodierit. Quod ſi ob hoc ſolum dicat ſua intereſſe, quia furtum fecit, vel quia dolum admiſit, furti actionem non habere; ne ex improbitate ſua actionem conſequatur. *l.* 12. §. 1. *l.* 14. §. 3. & §. *item Pompon.* 8. *inf. de furt. Cujac. ubi ſup.*

(*d*) Quod.

non poteſt, ſummo jure ſpecialiter, & ob contractum præſtare tenebantur. Cæterum id ex æquitate non eſſe
11 *Prætor arbitratus, exceptionem dare conſtituit. Fatale igitur damnum (quod plerunque ob hominum peccata irrogatur, & inde nomen habere exiſtimo (*vide Alci. ad
12 l. ſi merces. §. vis major. inf. locat. in lib. prætermiſſ. 8.*) ſeu vim majorem eos præſtare iniquum eſt. Eſt autem vis major cui reſiſti non poteſt. Qua ratione defendi poſſe exiſtimavero, ſi exercitus præteriens, ſeu hoſtis urbem vi occupans, res alicujus in hoſpitio depoſitas, & fidei cauponis mandatas, abſtulerit; minime edicto cauponem teneri, eo quod reſiſtere non potuerit.* arg. l. ex conducto. eod. tit.

Eodem modo. *Eorum itaque officium, pro in factum actione conſequenda, qui edicto continentur, reſpicimus. Cæterum ſi quid cuſtodiendum ab aliquo receperint, non ſub officii exercitiive nomine, ſed amicabiliter tantum, & ut ſimplices meriquc depoſitarii, non ex dolo & culpa omni, ſed ordinaria tantum depoſiti actione convenientur.* Bal. Accur. Roma. & Alberic. hic. *Ex quo non improbabiliter referri poteſt, quod ſi Iudex in officio ſuo peccavit, delictum tamen ad officium non pertineat, ut non ut Iudex, ſed ut privatus tantum puniri debeat.*

SI filiusfamilias aut ſervus receperit, & voluntas patris vel domini intervenerit, in ſolidum erit conveniendus. Item ſi ſervus exercitoris ſurripuit, vel damnum dedit, noxalis actio ceſſabit, quia ob receptum dominus ſuo nomine convenitur. Si vero ſine voluntate exerceant, de peculio dabitur.

SVMMÆ RERVM.

1 *Ratio legis.*
2 *Facere per ſe vel per alium nihil intereſt.*
3 *Actio de peculio quando detur.*
4 *Actionis de peculio ratio.*
5 *Pater de peculio caſtrenſi non tenetur.*
6 *Vlpianus conciliatus.*
7 *Noxalis actionis vis.*

IN ſolidum conveniendus. *Etenim qui ita cum nauta, caupone, ſtabulario filio familias vel ſervo contrahit, fidem domini vel patris ſequi videtur.* Inſtitut. quod cum eo qui in ali. §. 1. *Qua ratione mirum videri non debet, ſi in ſolidum à vectoribus conveniri poſſint.* 1 2 *Per me enim ſeu per alium quid fecero, nihil intereſſe exiſtimandum eſt.* l. 1. §. dejeciſſe. inf. de vi & vi armat. *Cæterum ſi ſine voluntate domini vel patris exerceant, de peculio tantum actio dabitur.* 3 *Sed quamvis de peculio tantum actionem dari dixerimus, ubi ſine voluntate eorum, in quorum poteſtate ſunt, contrahunt: dubium tamen non eſt, quin & eorum quoque intercedente voluntate, de peculio agi poſſit. Sed erit ſtultiſſimus, ſi, omiſſa actione qua facillime ſolidum ex contractu conſequi poſſet, ſe ad difficultatem probandi perducat, ſervum aut filium familias peculium habere.* Inſt. quod cum eo. §. Cæterum. *Cæterum ſi quid invito, inſcio, aut non conſentiente patre, filius commiſerit, peculio tenus tantum eo nomine obligat parentem. Æquiſſimum enim id eſſe Prætor ea ratione arbitratus eſt, quod ſæpenumero vel parentes filiis vel domini ſervis, non expreſſo certæ negotiationis genere peculium concedunt. Ex quo cum præſumpta ſaltem concedentium voluntas emergat, peculio*

tenus obligari debent. Obligantur autem parentes no *ſolum ignorantes, ſed & inviti quoque & contradicen* *tes*. l. ſi quis Servum. §. fin. inf. de pecu. *Verumta* *men quia voluntas hæc non omnino ſimplex eſt & abſo* *luta, & ad illud tantum peculium (ut præſumption* *colligitur) reſtricta, noluit Prætor eâdem æquitate, u*
4 *tra peculium patrem dominumve obligari*. Bar. in l. inf. de pecu. Iaſo. in §. actiones autem. Inſtit. d actio. *Et quanquam nihil contraxerint domini vel p* *tres, unde naſcatur obligatio, & ſic ſummo jure actio* *eos videbatur dari non poſſe: ne tamen decipiantur bo* *fide contrahentes cum ſervis vel filiis familias, exiſt* *mavit Prætor his caſibus ſummi juris regulas ceſſa*
5 *debere. De caſtrenſi vero peculio, vivo filio pater n* *tenetur, ſed in ipſum filium ad exemplum patrisfam* *lias actio conceditur*. l. 4. §. 1. inf. de caſt. pec.

Item ſi ſervis. *Hic iterum à ſeipſo Vlpianus diſſ* *tire videtur, dum noxalem actionem ceſſare adfirm* *paulo autem inferius in* l. fina. §. ſervorum. inf. dem. *ſervorum nomine noxali teneri dominum cont*
a *rie definit. Verum ſi quis penitius quod res eſt perſpic*
6 *nullam utique diſſenſionem inveniet. Si enim ſervus* *domini voluntate navem exercet, ſurripuerit vel d*

VINNIVS.

(*a*) Nautæ, caupones, qui quid ſalvum fore receperunt, ob damnum vel furtum factum ab his, quorum opera utuntur, & ex contractu de recepto conveniri poſſunt, & quaſi ex maleficio in duplum. *l. ult. inf. eod.* & ex cauſa recepti recte quoque conveniuntur, etiamſi ſervi eorum d num dederint, ut in hac *l.* 3. ex quaſi autem maleficio ſe rum ſuorum nomine non actione tenentur, quam no *d. l. ult. §.4. l. un. §. pen. inf* *adv. naut. caup.* quibus loci am diverſitatis redditur rat

rum dederit, non ex hoc edicto ut recepta reſtituantur, dominus noxaliter conveniri poterit, qui ex contractu ſervi tenetur: ut hic. *ſed ex ſecundo edicti capite quod de maleficio eſt, noxaliter conveniri poteſt, quod & Accurſius cum Odofredo cenſuit. Noxalis autem actionis ea poteſtas eſt, ut ſi damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipſius corporis, quod deliquerit, litis æſtimationem evitare.* l. 1. inf. de noxa. act.

HÆc autem actio rei perſecutionem continet, ut Pompo. ait, & ideo in hæredem & perpetuo dabitur.

SVMMÆ RERVM.

Actiones rei perſecutoriæ quæ ſint.
Cur in hæredem dentur.
Actiones Prætoriæ quando in hæredem non dantur.

Hæc autem actio. *Quæ ſcilicet de recepto eſt. Ea enim actio quæ ex poſteriore edicti parte oritur, mixta eſt, & pœnam cum re continet. Dicuntur autem* 1 *perſecutionem rei continere omnes reales atque etiam perſonales actiones, quibus id tantum exigimus, quod in obligationibus extra pœnam leges venire ſtatuerunt. Illæ autem actiones quæ cum conſtitutione pœnæ proditæ* a *ſunt, pœnales vocantur. Mixtæ vero actiones per quas ſimul rem & pœnam perſequimur.* §. mixtæ. & §. rei. In-

VINNIVS.

(a) In hac actionum diviſione rei nomine continetur, quicquid eſt extra pœnam legitimam: pœnæ nomine ea duntaxat, quæ jure certo conſtituta eſt. *l. in honorariis. 35. inf. de oblig. & act.*

(b) Non

2 Inſtit. de act. *In hæredem vero & hæredi dari, recte Vlpianus ait. Manifeſtum enim eſt, hæredes ex defuncti contractu (utpote in univerſum jus quod defunctus habuit, ſucceſſores* l. hæreditas. inf. de verb. ſign.) *vel quaſi æque conveniri quam alios convenire poſſe.* l. ex con-
3 tractibus. l. ex depoſiti. inf. de act. & oblig. *Quod*
b *igitur dici ſolet, prætorias actiones contra hæredem non dari, non ad rei perſecutorias, ſed ad pœnales tantum actiones referendum eſt.* l. ſi ab inſtituto §. hæredem. & ibi Roma. in fi. inf. ſi quis omiſſa cauſa teſta.

Noviſſime videndum eſt, an ejuſdem rei nomine, & de recepto, honoraria actione, & furti agendum ſit: & Pompo. dubitat: ſed magis eſt ut vel officio judicis, vel doli exceptione alterutra eſſe contentus debeat.

SVMMÆ RERVM.

1 *Actiones plures an ſimul conjungi poſſint.*

AN plures actiones ſimul concurrere, & ubi plura remedia competunt, una adverſus eundem conjungi

VINNIUS.

(*b*) Non memini me legiſſe, prætorias actiones in hæredem non dari, ſed generalis definitio eſt, actiones pœnales ex maleficiis, in hæredem rei non dari, ſive prætoriæ ſint, ſive civiles. *l.* 1. *inf. de priv. delict. l.* 38. *l. pupillum.* 111. §. 1. *inf. de reg. jur.* §. 1. *Inſt. de perp. & temp. act.* quanquam ex pœnalibus quædam etiam prætoriæ perpetuo competunt, ut actio furti manifeſti. *Inſt. d. tit. in fin. pr.* adverſus publicanos. *l.* 13. *par. ult. inf. de publican.* & ex parte poſteriore hujus edicti. *l. ult.* §. *ult. inf. eod.* Perpetuæ autem ſunt omnes honorariæ, quæ rei perſecutionem continent; niſi ſit, quæ reſcindat, quod jure civili ratum eſt. *l. in honorar.* 35. *inf. de obl. & act.*

(*a*) Hoc

jungi poſſint, fuſiſsime & à plurimis hoc loco diſſeritur. Etenim cum Vlpianus hîc dicat, actiones pœnales de ea- 1
dem re concurrentes invicem non conſumere, ex Sever. a
Antoninique conſtitutione l. 1. C. de furt. *ſcrupulus emergit, ex qua communi interpretum fere eſt concluſione receptum, quod actione una electa, ab altera recedere oporteat. Quæſtionem hanc (quod alias* in cap. nemo pluribus. extra. de reg. Iur. in 6. *nobis excuſſa ſit) compendioſe abſolvendam exiſtimo Actionum itaque aliæ pœnales ſunt: aliæ rei perſecutoriæ: aliæ mixtæ. Si igitur pœnales actiones plures & ex eodem delicto originem ſumentes concurrant, alia per exceptionem aliam tollit, ſi non in una plus fuerit. At ſi plus commodi altera habeat, idipſum per aliam tolli non poteſt.* l. 1. & ibi docto. inf. de vi bonorum rapt. & l. 1. inf. arb. fur. Cæſar. *Exemplo res fiet clara. Si arbores meas furtim quis cædat ſteriles faciendo, variis à me actionibus conveniri poteſt. Actione nempe legis Aquiliæ ex ſecundo capite, actione furti ſi arbores amovit: & actione ex lege duodecim tab. quæ injuriam proſequitur. Actiones quidem hæ*

VINNIVS.

(*a*) Hoc Vlpianus hic non dicit; ſed quærit tantum an furti actio cum honoraria de recepto concurrat. Si nauta rem ſalvam fore receperit, & ſolvendo ſit, vector furti agere non poteſt; ſed ipſi nautæ furti actio competit. *l.* 4. *inf. eod.* facit *par. furti.* 13. *cum ſeqq. Inſt. de obl. quæ ex del.* Itaque caſus hic ponendus: cum nauta ipſe furtum fecit, aut ſolvendo non eſt. Et videtur locus eſſe actioni utrique: nam ex ratione juris non poteſt actio furti, quæ pœnalis eſt, conſumi per actionem de recepto, quæ eſt rei perſecutoria. §. *ult. Inſt. d. tit. l.* 7. §. 1. *inf. de cond. furt. l. rei communis.* 45. *inf. pro ſoc. cum ſimilib.* Reſpondet tamen juriſconſultus, officio judicis aut exceptione doli effici, ne utraque ſimul competat. Quod quam ſententiam & rationem habeat, poſtea videbimus.

 (*b*) Eo-

hæ omnes, contra eundem hominem proditæ ſunt, non tamen aliter, quam ut id quod actor ex una conſecutus eſt, amplius ex altera conſequi non poſſit. Et è contrario, quod ex una non habet, ex alia (ſi plus contineat) conſequi non prohibetur. Porro ſi ex diverſis cauſis plures actiones pœnales natæ ſint; una aliam non tollet. l. nunquam. inf. de privat. delict. *Quod ſi plures actiones rei perſecutoriæ contra eundem competunt, non quidem per concurſum, ſed per exceptionem una per aliam tollitur. Si vero contra diverſos diverſo jure utimur.* l. ſi merces. §. culpæ. inf. locat. *Poſtremo ſi alia pœnalis ſit, alia vero rei perſecutoria, regulariter alia per aliam non conſumitur. Nam ſi vendicatione tecum expertus* b *ſim, rem etiam conſecutus, furti adhuc agere potero.* l. ex pign. §. cum furti. inf. de fur. *Quæ tamen doctrina tunc vera non eſt, cum una ex jure civili, altera vero ex beneficio Prætoris deſcendit.* Panor. & Petr. de Anchora nu. 7. in cap. fina. de collu. detegend. *Cum igitur furti actio civilis ſit, quæ autem contra nautas de recepto datur, honoraria & Prætoris beneficio proſiliens, rectiſſime infert Vlpian. officio judicis vel doli mali exceptione actorem repelli poſſe, qui alterutra contentus eſſe recuſat.*

LEX

VINNIVS.

(*b*) Eodem quoque modo Accurſius hæc conciliat. & quod Iavolenus reſpondet in *l. ſi is.* 71. *inf. de furt.* ſi furti actum eſt, commodati actionem extingui, & contra, id non de furti actione pœnali *DD. comm.* accipiunt, ſed de condictione furtiva, uti & Cujacius *lib.* 17. *obſ.* 12. *Pet. Fab. ad l. nunquam.* 130. *de reg. jur.* Patet utique ex *l.* 14. §. *qualis.* 16. *inf. de furt.* condictionem eſſe ſpeciem quandam actionis furti. Quidam etiam hunc ipſum locum de condictione furtiva accipiunt; & fortaſſe melius: alii actionem de recepto pro pænali illa, quæ quaſi ex maleficio eſt, & altera hujus edicti parte proponitur.

(*a*) Furti

LEX IV.

PAULUS LIB. XIII.

Ad Edictum.

Sed & ipſi nautæ furti actio competit, cujus ſit periculo, niſi ſi ipſe ſurripuit, & poſtea ab eo ſurripiatur: aut alio ſurripiente ipſe nauta ſolvendo non ſit. Si nauta nautæ; ſtabularius ſtabularii; caupo cauponis res receperit, æque tenebitur. Julianus dixit etiam ad eas res hoc edictum pertinere, quæ poſt impoſitas merces in navem, locataſque inferentur, etſi earum vectura non debetur (ut veſtimentorum vel penoris quotidiani) quia hæc ipſa cæterarum rerum locationi accedunt.

SVMMÆ RERVM.

1 *Ratio legis.*
2 *Actio inanis eſt, quam excludit inopia debitoris.*
3 *Nemo ex improbitate ſua commodum ſentire debet.*
4 *Fur an furti agere poſſit, & quando.*
5 *Furtum abſque animo furandi non committitur.*
6 *Infamis agere non poteſt.*
7 *Fur infamis eſt.*
8 *Commodatarius pejoris conditionis, quam conductor.*
9 *Aves concoloribus plumis una volitant.*

Sed

SEd & ipſi nautæ. *Quia ejus intereſt rem perſequi, atque proinde furti actione experiri poteſt* : l. fullo. inf. de furt. *quoniam periculum rerum ad eum pertinet.* l.eum. eod. tit. *Non tamen aliter furti actionem competere placuit, quam ſi ſolvendo fuerit, hoc eſt ſi domino rei æſtimationem ſolvere poſſit. Nam ſi ſolvendo non ſit,*
2 *tunc quia ab eo dominus ſuum conſequi non poſſet : (qui enim non habet quod reddat, ejus periculo nihil eſt* l. itaque. eodem tit. §. item ſi fullo. Inſtitut. de oblig.quæ ex delict.) *ipſi domino, furti competit actio. Idem eſt, ſi in parte ſolvendo non fuerit. Nam (ut Iavolenus lib.* **15.** *ait) ſolvendo eſſe nemo intelligitur, niſi qui ſolidum ſolvere poteſt.* l. ſolvendo. inf. de verb. ſign. *Porro*
a *ſi ipſe rem ſurripiat nauta, quæ & ei quoque furto deinde ſublata eſt, quamvis interſit ejus rem non ſurripi,*
3 *furti tamen actio non dabitur. Nemo enim ex improbitate ſua actionem conſequi debet.* d. l. itaque. in princip. *Et ideo ſoli bonæ fidei poſſeſſori, non item malæ fidei, furti actio conceditur. Quæ etſi ita ſint, an ab Vlpian. tamen verbis in* l. qui vas. §. ſi ego. eodem. tit. *ſufficienter defendi poſsint, perſpiciamus. Si ego (inquit) tibi polienda veſtimenta locavero, tu vero, inſcio aut invito me, commodaveris Titio; & Titio furtum factum ſit, tibi competet furti actio : quia cuſtodia rei ad te pertinet, & mihi adverſus te nihilominus, quia non debueras rem commodare, quod faciendo furtum admi-*
4 *ſiſti. Eſt igitur hic caſus, quo fur furti agere poteſt.*

Quæ

VINNIVS.

(*a*) Furti actio non datur furi aut male fidei poſſeſſori: quamvis enim eorum interſit rem ſurreptam non eſſe; non intereſt tamen ex cauſa honeſta. *l.* 11. *l.* 12. *§.* 1. *l. qui re.* 76. §. 1. *inf. de furt.*

(*b*) Plu-

Quæ igitur hujus exceptionis ratio? cur ex improbitate actionem conſequitur? Sunt, qui in juſto commodatarii initio & intercedente domini voluntate, rationem conſtituunt. Alberi. & alii in l. fin. C. de furt. *Sed ego hujuſmodi rationem omnino probare non poſſum, quam aperto textu convinci exiſtimo. An ne enim in quo nunc verſamur caſu, domini voluntate ad nautam merces pervenerunt? Id utique negari non poteſt, cum expreſſe contractus interceſſerit. Cur igitur ſi furtum nauta admiſerit, contra ſurripientem à ſe, furti actione experiri non poteſt? Communis itaque ſolutio traditur* in d. l. fin. & in d. §. qui vas. (*quam & Albericum quoque, meliora deinde ſecutum & à priore ſententia recedentem, tenuiſſe reperio) quod in contrario furtum quidem, ſed reſpectu uſus tantum commodatarius admiſerit, dominumque non re ſua, ſed uſu ſolum ſpoliare voluit; Quo fit ut reſpectu rei agere non prohibeatur. Porro ſi nauta furtum faciat, non uſu ſolum, ſed & proprietate quoque dominum* b c

VINNIVS.

(*b*) Plures quoque ſimiles caſus excogitari poſſunt, & occurrit unus in *d. l.* 12. §. *ult.* ubi & domino, qui rem pignoratam creditori ſurripuit, datur furti actio adverſus alium, qui eam iterum ſurripuit, & creditori adverſus dominum. Et recte Cujac. 11. *obſ.* 11. & 16. *obſ.* 30. notat, atque auctoritate Baſilicōn confirmat, *d.* §. *ult.* ſublata negatione ita legendum eſſe, *& ſic fit, ut teneatur furti, & agat.* quod & locus ipſe per ſe ſatis evincit.

(*c*) Dicendum potius, tunc etiam furem furti agere poſſe, cum ideo ejus interſit, rem ablatam non eſſe, quia vel dominus rei ſit, vel quia quaſi conductor aut commodatarius culpæ nomine teneatur, quod rem non ſatis diligenter cuſtodierit. Quod ſi ob hoc ſolum dicat ſua intereſſe, quia furtum fecit, vel quia dolum admiſit, furti actionem non habere; ne ex improbitate ſua actionem conſequatur. *l.* 12. *§.* 1. *l.* 14. §. 3. & §. *item Pompon.* 8. *inf. de furt. Cujac. ubi ſup.*

(*d*) Quod.

num privare contendit. Cum itaque circa proprietatem
5 *rei peccare commodatarius noluerit, æquum eſt ut à re-*
vocatione rei minime repellatur, qui cum animum fu-
randi non habuit, §. placuit. in fi. Inſt. de obligat. quæ
ex delict. *quo ad proprietatem furtum admiſiſſe dici*
non poteſt. Plane cum invito domino uti voluit, ejus rei
gratia furti actione tenetur. Quod autem nauta à furti
actione excludatur, non ea ſolum mihi videtur eſſe ratio,
ne ex improbitate ſua lucrum accipiat: ſed & quia (ut à
6 *plurimis exiſtimatum eſt in* cap. conſtituimus. 3. q.
d 5. cap. licet 3. de teſt. l. uni C. de infam. lib. 10. cap.
7 pen. 5. q. 4.) *infamis agere non poteſt. Quin & à reo*
per exceptionem à limine judicii repelli poterit. Furem
autem infamem eſſe, nemo recte negat. l. furti. ſup. de
8 his qui notant. inf. *Sed & aliud hic ex Iuſtiniani deci-*
ſione in d.l. fina. *dubium oritur, qui arbitrio domini, nul-*
la diſtinctionis ratione habita ſolvendo ne ſit, an non com-
modatarius, ponit vel cum commodatario ipſo, vel cum
eo qui à commodatario rem ſurripuit, furti actione ex-
periri. Quamobrem quod hoc loco dicitur, quodammo-
do correctum videri poſſet. Cæterum aliter res ſe habet.
Quia cum nauta utriuſque gratia contractus initur, at
cum commodatario, ejus unius ergo, atque proinde æ-
9 *quius eſt, liberalis domini arbitrio, ſaltem actionis ele-*
ctionem relinqui.

Si nauta nautæ. *Quod mirum videri poteſt. Cum enim*
con-

VINNIUS.

(*d*) Quod hic Peckius aſſerit, infames agere non poſſe, error eſt, & nuſquam proditum: ac ne illud quidem ſimpliciter, fures infames eſſe; ſed furti ſuo nomine damnatos, aut pretio quantocunque pactos. Nemo enim ex ſolo delicto jure civili fit infamis infamia, ut vocant, juris: ſed ex ſententia. *l.* 1. *l.* 6. §. 1. 2. 3. *& paſſim. ſup. de his qui not. infam.*

(*e*) Scili-

concoloribus plumis (ut ille ait) aves una volitent, furemque ſur agnoſcat, & latro plerumque latronem non jugulet, nihil minus præſumendum videbatur, quam quod cum furibus hoc genus hominum coïret: Atque proinde edicti ratio ceſſare debeat. Contra Paulus decidit, cum nec frater à fratre, nec ſocer à genero tutus ſit, & ut plurimum homines iſti, non tam gratia quam invidia coëunt, & ut figulus figulum odit, ita & horum quoque gratia rara eſt.

Julianus. *Quæ hoc loco ſcribenda forent, & ſequentem quoque legem, ſufficienter interpretati ſumus. Quapropter ad §. fin. qui reſtare videtur, interpretationem accedemus.* e

LEX V.

GAIVS LIB. V.

Ad Edictum Provinciale.

Nauta, & caupo, & ſtabularius mercedem accipiunt non pro cuſtodia, ſed nauta ut trajiciat vectores: caupo ut viatores manere in caupona patiatur: ſtabu-

VINNIVS.

(e) Scilicet ad *l. 1. §. caupones. & ſeq. ſup. eod.* In *§. ult. hujus l.* 4. proponitur talis ſpecies: Poſt merces locatas inque navim tuam immiſſas, intuli & alia quædam, quæ mihi uſui futura ſunt in navi, puta veſtimenta aut cibaria: Quæriturque an ad hæc quoque edictum pertineat, cum mercedem pro iis non ſolvam. Reſpondet autem Paulus pertinere; addita hac ratione, quia mercium locationi accedunt; & ita quoque Ulpian. *d. l. 1. §. ut prætor. ſup. eod.* junge *l. ſed addes. 19. parag. ſi quis mulierem. 7. inf. locat.* ubi dicitur nihil deberi pro vectura infantis nati in nave. & *l. in lege Cenſoria. 203. inf. de verb. ſign.* ubi late *Alciat. Fornel. Gœd.*

(a) Legis

ſtabularius ut permittat jumenta apud eum ſtabulari: & tamen cuſtodiæ nominc ex locato tenentur. Nam & fullo, & ſarcinator non pro cuſtodia, ſed pro arte mercedem accipiunt, & tamen cuſtodiæ nomine ex locato tenentur. Quæcunque de furto diximus, eadem & de damno debent intelligi. Non enim dubitari oportet, quin is qui ſalvum fore recipit, non ſolum à furto; ſed etiam à damno recipere videatur.

SVMMÆ RERVM.

1 *Ex æquipollentibus quid fiat nihil intereſt.*

SIve furto merces ablatæ ſint, ſive in his damnum acceptum ſit, ſecundum cujuſque rei qualitatem, & cauſæ conditionem, nautæ, caupones, & ſtabularii edicto tenentur. Omnino enim ex contractu præſtare debent, ut res ſalvæ reſtituantur. Quapropter cum ſalvas non magis reſtituere poſſint, damno pro parte dato, quam ſi pars furto ablata foret, recte dixit Cajus, quæcunque de furto dixerit, eadem & de damno intelligi debere. 1 *Etenim ex æquipollentibus quid fiat, parum aut potius nihil intereſt.* l. navis. §. fina. inf. ad l. Rhod. de jact. *Et quamvis paritatem hanc inter damnum & furtum JC. poſuerit: exiſtimat* a *tamen Accurſius, ſoli domino, non item nautæ, legis Aqui-*

VINNIVS.

(*a*) Legis Aquiliæ actio, inquit Vlpianus, hero competit, hoc eſt, domino. *l.* 11. *parag. legis.* 6. *inf. ad leg. Aquiliam.* Crediderim itaque verba legis Aquiliæ ſic concepta fuiſſe, *tantum æs dare hero damnas eſto:* non ut recitantur *l.* 2. *pr.* eod. Bo-

Aquiliæ actionem competere: Nam (ut Vlpianus ait l. Item Mela. par. legis autem. inf. ad l. Aquil.*) legis Aquiliæ actio hero competit, hoc eſt domino.*

LEX VI.

PAULUS LIB. XXII.

Ad Edictum.

Licet gratis navigaveris, vel in caupona gratis diverteris, non tamen actiones tibi in factum denegabuntur, ſi damnum injuria paſſus es. Si ſervo meo in navi vel in caupona utaris, & damnum mihi det vel furtum faciat, quanquam & furti actio, & damni injuriæ mecum ſit: hæc tamen actio, quia in factum eſt, etiam ſervi mei nomine adverſus te competit. Idem dicetur, & ſi communis ſervus ſit: tu tamen quod mihi præſtiteris ejus nomine, vel communi dividundo, vel pro ſocio actione, aut ſi partem ejus, vel totum conduxiſti; etiam ex conducto habebis me obligatum. Sed ſi damnum in eo datum ſit ab alio, qui in eadem navi vel in caupona eſt, cujus factum Prætor æſtimare ſolet, non putat Pomponius ejuſdem nomine hanc actionem utilem futuram.

SVMMÆ RERVM.

1 *Prætor cur tam aſpere contra nautas & alios diſpoſuerit.*

Tacitæ quæſtioni (quam etiam ſupra excuſſimus) occurrens Vlpianus, hac lege diſputat, an, ſi merces non intervenerit, ſed gratis res in navem ſeu cauponam receptæ ſint, edicto contineantur. Merito enim ea in re dubitari poterat, quod gratis recipiens, ſimplicis potius depoſitarii conditionem ſequi videbatur, atque proinde cum nulla ejus utilitas, prætor dolum nihil præſtare debere. l. 3. par. ſi vero res. ſup. eod. l. contractus. inf. de reg. jur. *Et hæc ſane plane admittenda videbantur (quemadmodum in amico amicum recipiente paulo ante conceſſimus) niſi ad Prætoris Romani curam reſpiciendum eſſet, qui nihil antiquius habuit, quam ut improbum hoc hominum genus nova conſtitutione refrænaret. Conſtituit itaque recte, ut omnino qui recepit ſive gratis, ſive merces interceſſerit, teneretur, etiam ſi ſine culpa ejus res perierit, vel damnum datum fuerit, niſi ſi quid damno fatali contigerit.* l. 3. par. ex hoc. ſupra
1 eod. *Prætor autem æquitate plenus, cur tantis odiis genus hoc hominum proſecutus ſit, ut etiam ab amicis & quos gratis ſuſcipiunt, manus non cohibituros exiſtima-*
a *ret, ſatis mirari nequeo. Sed aſſiduis ſpoliatorum querelis, atque aſſidua experientia motum arbitror.* arg. l. aſſi-

VINNIVS.

Bonæ fidei autem poſſeſſori, etſi directa Aquiliæ non competit, utilis tamen ſive in factum datur. *d. l.* 11. *parag. ſed. ſi ſervus.* 8. *inf. ad leg. Aquil.*

(*a*) Nautarum & cauponum improbitas facit, ut præſumant Conſulti gratuitum illud officium interpolari ficta & ſimulata nautæ vel cauponis amicitia: & ſi quid damni datum ſit amico gratis naviganti aut diver-

aſſiduis. C. qui pot. in pig. *Quid enim facilius quam maleficium beneficio contegere? Quî melius accommodatiuſve improbum genus hominum edicto imponet, quam ſi gratis quempiam ſub forma amicitiæ recipiant, ut rebus furto ſubtractis, & ubi dominus furtum probare non poſſet, ad reſtitutionem non teneantur? Recte itaque ait Vlpianus, licet gratis navigaveris, vel in caupona gratis diverteris, non tamen actiones tibi in factum denegabuntur, ſi damnum injuria paſſus es.*

Si ſervo. *Non eſt igitur abſurdum (ut Baldus hic* b
ait) hinc inde ex eodem facto diverſas actiones oriri, ſi diverſa ratione conſiſtant. In

VINNIUS.

verſanti in navi aut caupona, id vel dediſſe ipſos, vel à ſuis dari paſſos eſſe.

> Οἴμοι, κακούργους ἄνδρας ὡς ἀεὶ στυγῶ,
> Οἳ συντιθέντες τ' ἄδικα, εἶτα μηχαναῖς
> Κοσμοῦσι.

qui artibus exornant, ſi quid comparent mali, ait Euripides in *Ione*; Cauponaria quoque malignitas fecit, ut ex præſcriptis Pariſienſium moribus. *art.* 128. nulla cauponibus actio data ſit, ſed ſola retentio rerum, quas intulerint peregrini hoſpites, vel equorum, quos adduxerint. *Ant. Mornac. ad l. 1. ſup. eod.* Horatius nunquam cauponum meminit, quin continuo adjiciat, cujus perfidiæ eſſe ſoleant. *lib. 1. ſatyr. 1.*

> *Perfidus hic caupo.*

Et ſatyr. 5. eod. Cauponibus atque malignis.

Vilitatem & avaritiam cauponum deſcribit Plato *lib. 11. de legib.* Ariſtoteles *lib. 7. polit. c. 9.* de cauponibus loquens, ἀγεννὴς, inquit, καὶ πρὸς ἀρετὴν ὑπεναντίος τοιοῦτος βίος.

(*b*) Non debuit Peckius, quæ hic proponuntur & deciduntur, ſicco pede tranſire. Quæritur an vectori vel viatori actio adverſus nautam aut cauponem competat, ſi ipſius vectoris viatoriſve ſervus domino ſuo damnum dederit furtumve fecerit. Ratio dubitandi, quia alias furti actio & damni injuria cum ipſo domino eſt, videlicet noxalis. Placet tamen hoc caſu in factum ex hoc edicto etiam domino dari: quippe

 cum

In factum actione caupo tenetur pro iis qui habitandi cauſſa in caupona ſunt. Hoc autem non pertinet ad eum, qui hoſpitio repentino recipitur, veluti viator. Poſſumus autem furti vel damni injuriæ actione uti cum nautis, ut certi hominis factum arguamus: ſed una contenti eſſe debebimus. Etſi cum exercitore egerimus, præſtare ei debemus actiones noſtras, quamvis ex conducto actio adverſus eos competat exercitori. Sed ſi abſolutus ſit exercitor hac actione, deinde agatur cum nauta, exceptio dabitur, ne ſæpius de ejuſdem hominis admiſſo quæratur: & contra ſi de admiſſo unius hominis actum ſit, deinde in factum actione agatur, exceptio dabitur.

SVM-

VINNIVS.

cum hic non conſideretur, quod ſervus meus eſt, qui damnum dedit, ſed quod caupo aut nauta opera ejus utuntur, ut mihi non detur actio, tanquam domino, ſed quatenus ſervi mei miniſterio alius utitur. Idem quoque dicitur, ſi ſervus viatori cum caupone communis ſit. Cæterum quod hoc caſu præſtat caupo, repetet à ſocio vel communi dividundo vel pro ſocio actione, aut etiam ex conducto, ſi ſervum conduxerit. Objici, quidem hic ſolet vulgata regula. Quod quis cogitur reſtituere, id ſi petat, poſſe eum exceptione doli repelli: ſed recte reſpondet Ant. Faber, exceptionem iſtam in propoſito non admitti, quoniam hæc in factum actio ex propria & ſpeciali cauſa deſcendit. Quod ſi ipſi ſervo damnum datum ſit ab alio, cujus factum prætor æſtimare ſolet, non tenetur eo nomine caupo; quia inter res, quas ſalvas fore recepit, non eſt ſervus: nec ſervus

SVMMÆ RERVM.

1 *Nauta cur ex quaſi maleficio teneatur.*
2 *Mercator vel cum fure vel cum nauta agere poteſt.*
3 *Abſolutio unius, an alteri proſit, & quomodo.*
4 *Eligens variare non poteſt.*
5 *Bis idem exigi non debet.*

Hactenus de actione in factum quæ de recepto eſt & in ſimplum datur, quid juris ſit, accepimus. Alteram vero nunc Vlpianus aggreditur, quæ ad mulctandum exercitorem ob factum ſuorum prodita eſt, & in duplum datur. Nam (ut & Iuſtinianus ait in §. penul. Inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi delic.) *exercitor navis, aut cauponæ, aut ſtabuli, de dolo aut furto quod in navi aut caupona aut ſtabulo factum erit, quaſi ex maleficio teneri videtur, ſi modo nullum ipſius eſt maleficium, ſed alicujus eorum, quorum opera navem aut cauponam aut ſtabulum exercet. Cum enim neque ex contractu, neque ex maleficio conſtituta ſit adverſus eum hæc actio, & aliquatenus culpæ reus ſit, quod opera* 1
malorum hominum utatur, ideo quaſi ex maleficio teneri videtur. Quod autem ſubjungit Vlpianus in factum a
actionem ad eum non pertinere, qui hoſpitio repentino recipitur, veluti viator: ſuperius à nobis expoſitum eſt. in l. 1. §. parui. ſup. eodem.

Poſſu-

VINNIVS.

vus viator eſt, ſed domeſticus. hæc eſt ſententia *l.6.* §.1. & §.2. *hoc tit.*

(*a*) Caupo, qui rem ſalvam fore recepit, etiam viatorum factum præſtat, eoque nomine tenetur actione de recepto ex prima parte edicti. *l.* 1. §. *ult. l.* 2. *ſup. eod.* ſed non tenetur ob horum factum in duplum actione quaſi ex maleficio, qua de nunc tractare incipit Iuriſconſultus. *l. un* §. *ult. inf. furt adverſ. naut. caup.*

 (*b*) Con-

2 Poſſumus autem. *In poteſtate igitur ejus eſt qui rem amiſit an cum exercitore, honorario jure, vel cum* b *jure civili experiri velit. Quodtamen ita intelligi oportet, ſi exercitor ſalvum fore non receperit, vel ſi expreſſè per proteſtationem periculum cuſtodiamque rerum, conſenſu vectorum à ſe non ablegaverit.* l. ult. §. 1. inf. eodem. *Etenim cum ex recepto periculum rei ſubierit, non domino, ſed (ut & ante diximus) exercitori furti actio dabitur, ſi ſolvendo fuerit.*

Vt certi hominis. *Talis eſt igitur ordo libellis adhibendus, ut ſi furti actionem intentare velit, perſonam* 3 *deſignet, ut factum ejus argui poſſit.* Bald. hic. *Quod ſi furem abſolvi contigerit, contra exercitorem hac actione amplius experiri non poteſt, ſed abſolutio unius, alteri abſolutionem pariet. Illud igitur eſt quod voluit Vlpianus, dum ait,* ſed una contenti eſſe debemus. c *Cæterum ſi cum exercitore egerimus, actiones noſtras præſtare ei debemus. Itaque liberum exercitori erit, contra furem civili actione experiri, & ſi quid ex delicto famulorum ſuorum exolucrit, jure (ut quidam exiſti-*

VINNIVS.

(*b*) Concurrit cum hac ex quaſi maleficio adverſus exercitorem aut cauponem actione honoraria actio civilis furti aut damni injuriæ contra miniſtros exercitoris aut cauponis, ſi vector aut viator certi hominis factum arguere velint, quod neceſſe non eſt, ſi cum exercitore aut caupone experiantur. Sed una contenti eſſe debemus, ut hic Paulus ait. Quamvis enim ex diverſa cauſa hæ actiones competant, tamen quæ in exercitorem datur quaſi ex maleficio, ſubſidiaria cenſenda eſt: & hoc unum agit prætor, ut ne viatores damnum patiantur. adde *Nicol. Boer. deciſ. 56. Matt. de Afflict. deciſ. 82.*

(*c*) Objicit Ant. Faber, non poſſe ex delicto ſuo conventum petere, ut ſibi actiones cedantur. Reſpondeo, delictum iſtud, cujus nomine exer-

ſtimant) repetere poterit. Ioan. Fab. in d. par pen.

Sed ſi abſolutus. *Obſtabit igitur electio actori, & qui* 4 *ſemel cum exercitore experiri elegit, ad furem redire non* d *poteſt. Nec verum eſt, quod dicitur à quibuſdam, ob perſonarum diverſitatem, quibus cum hîc agitur, rei judicatæ exceptionem obſtare debere.* l. cum quæritur. & ſequen. inf. de excep. rei judic. *Quamvis enim reipſa diverſæ perſonæ ſint exercitor, & is qui furtum admiſit, quia tamen quod ſolvit exercitor, à fure (ut ante dictum eſt) repetere poteſt, fictione quadam & adumbrative, unica perſona fingitur, ne de ejuſdem hominis admiſſo ſæpius quæratur. Quæreretur autem ſæpius, ſi abſoluto exer-*

VINNIVS.

exercitor aut caupo convenitur, non eſt verum delictum, ſed quaſi duntaxat ex præſumptione culpæ aut negligentiæ. Præſtari autem exercitori, cum quo agitnr debet actio non tantum damni injuria, ut putat Accurſius; verum etiam furti; ſed tunc nempe, cum non recepit res ſalvas fore: alias ipſe actionem furti habet, ut recte Peckius. *n.* 2.

(d) Sententiæ hujus loci obſtare videtur, quod quando duæ actiones concurrunt, quarum in una plus eſt, quam in altera, poſſim poſt intentatam leviorem adhuc altera illa pleniore conſequi, quod in ea eſt amplius. *l. qui ſervum.* 34. *inf. de obl. & act. l.* 1. *inf. vi bon. rapt. l.* 1. *l. pen. inf. arb. furt, cæſ.* Sed animadvertendum eſt agi iſtic de reo condemnato, hîc de abſoluto. Reo prius abſoluto non poteſt iterum de eodem admiſſo quæri, ne contrarietas judiciorum emergat, ſi alio judicio condemnetur. At vero ſi priore judicio reus condemnatus ſit, nihil vetat eum pleniore alio condemnari, dum ne in poſteriorem condemnationem deducatur ea ipſa pœna, quæ in priorem deducta fuit. Sed & licet unum ſit factum, quod iſtis locis proponitur, plura tamen delicta continet, nempe furtum & rapinam, aut damnum injuria datum: quo caſu pluribus actionibus experiri licet. *l.* 2. *§.* 1. *inf. de priv. del. l. pen. inf. de obl. & act l. nunquam.* 130. *de reg. jur.*

exercitore, ad furem reditus pateret. Cum enim in priore judicio cum exercitore actum fuit, de ipſo delicto ſufficienter quæſitum eſt. Etenim ſi delictum probatum non fuerit, atque ea ratione exercitor à judicio dimiſſus eſt: contra furem quoque furtum probari non poterit, qui in priori judicio deſignandus erat. Quæ etſi vera ſint, primariam tamen exceptionis cauſam, non ad rem judicatam, ſed ad electionem Accurſius referri voluit. in verb. acceptio. 1.

5 Ne ſæpius. *Bonæ enim fidei contrarium eſt, ut bis*
e *idem exigatur, quod non in contractibus ſolum, ſed & in delictis quoque locum habere aliquando oſtendimus in* cap. bona fides. de reg. jur. in 6. *Nec enim duplici contritione affici quis debet.* cap. presbyter. 18. diſtinct. 32. *cum Deus ipſe Opt. Max. bis nocentem non puniat.* cap. ſunt plures. §. authoritas. de pœni. diſt. 5. *Accidit tamen interdum quod axioma iſtud veritatem ſimpliciter non habeat, ſed moderationem recipit. Ex eodem enim delicto & Civilis & Canonica pœna, ſed diverſo reſpectu, nonnunquam irrogatur, ut ſi quis utrique foro injuriam faciat, in utroque puniri poteſt.* l. cunctos. C. de ſum. Trinitat. *Quod tamen non aliter recipiunt nonnulli,* Abbas & alii in cap. tuæ. de procuratoribus. *quam quatenus in altero foro pœna major eſt. Quod ſi æqualis ſit, præventioni locum eſſe. Alii contra,* Felinus & alii in cap. de his. de accuſat. Alciat. in d. l. cunctos. *unam cum alia nihil commune*

VINNIVS.

(e) Non videtur recte dici eum bis exigere, qui ex una actione nihil conſecutus, alia & adverſus alium experitur; quod fit, cum abſoluto exercitore convenitur nauta. Vera ratio petenda ex iis, quæ modo dicta litera præcedente.

(a) In

múne habere arbitrantur, nec ſe invicem reſpicere, atque ideo alteram pœnam per alteram dilui non poſſe. Ego huic rei diutius inhærere nolo, quam alio loco in cap. bona fides. *abundè ſatis excuſſi.*

LEX VII.

VLPIANVS LIB. XVIII.

Ad Edictum.

Debet exercitor omnium nautarum ſuorum, ſive liberi ſint, ſive ſervi, factum præſtare. Nec immerito factum eorum præſtat, cum ipſe eos ſuo periculo adhibuerit, ſed non alias præſtat, quam ſi in ipſa navi damnum datum ſit. Cæterum ſi extra navem, licet à nautis, non præſtabit.

SVMMÆ RERVM.

1 *Famuli ejicientes urinam obligant dominum.*
2 *Dominus noxæ dando ſervum liberatur.*
3 *Nauta negans maleficium, poteſt torqueri.*

D*ebet exercitor (ut Vlpianus ait) nautarum ſuorum facta præſtare, cum ipſe eos ſuo periculo adhibuerit, ſive liberi ſint, ſive ſervi: quod & in caupone & in ſtabulario locum habet. Ex quo conſequitur quod Angelus olim tradidit* in l. ex maleſi. §. is quoque. nu. 1. inf. de act. & oblig. *ſi famuli nocturno tempore in pertranſeuntem forte hominem, malitioſe urinam ejecerint, ex quaſi maleficio dominum teneri, qui impurioris farinæ domeſticos alit. Eam tamen differentiam* 2
hic obſervare oportet, quod ſervum qui furtum admi-

ſit, dedendo, dominus liberetur. Liberi vero hominis a *nomine in ſolidum tenetur. Cujus quidem differentiæ rationem Ulpianus eleganter alio loco in* l. unic. inf. fur. adverſus nau. *tradidit: quod liberum hominem adhibens, ſtatuere debebat de eo qualis eſſet. In ſervo vero ſuo ignoſcendum ſit ei quaſi domeſtico malo, ſi noxæ dedere paratus ſit. Si autem alienum adhibuit ſervum, quaſi in libero tenebitur.*

Si extra navim. *Quod tamen non aliter intelligendum eſt, quam ſi cuſtodiam adhuc non receperit. Fieri namque poteſt, quod cuſtodiam receperit, etiam ſi res in navim nondum receptæ ſint. Porro ſi ſemel cuſtodiam receperit, & res in navim receptæ non ſint, ſed in littore poſitæ, à nautis damnum acceperint, vel furto ſubtractæ ſint, tenebitur, quod & Ulpianus ſecundum Pomponium ex lib. 24. ſupra in* l. 3. in princip. *reſpondit, Sed & ſi conſtanter maleficium negent, ſunt qui exiſtimant, adhibitis tormentis rei veritatem indagari poſſe.* Iaſon in l. ſi quando C. unde vi. Bart. in l. 1. §. ſi ciſta. inf depoſ.

Item ſi prædixerit, ut unuſquiſque vectorum res ſuas ſervet, neque damnum ſe præſtaturum, & conſenſerunt vectores prædictioni, non convenietur. Hæc actio in factum in duplum eſt. Sed

VINNIUS.

(a) In eandem ſententiam Ulpianus & in hac ipſa *l. ult.* §. *hæc autem.* diſſerit, ſcilicet eum, qui alienos adhibet, explorare oportere, cujus fidei, cujus innocentiæ ſint: in ſuis veniа dignum eſſe, ſi quales quales adhibuerit.

(a) Mihi

Sed ſi quid nautæ inter ſe damni dederint, hoc ad exercitorem non pertinet.

SVMMÆ RERVM.

1 *Proteſtationis vis.*
2 *Proteſtatio utrum requirat conſenſum adverſarij.*
3 *Proteſtatio an ſcripto fieri debeat.*
4 *Clavium traditio hoſpiti facta, quid operetur.*
5 *Actus unicus contraria ſimul operari non poteſt.*

Si prædixerit. *Magna profecto vis eſt proteſtationis,* 1
magnamque efficaciam habet, ut proteſtantem legitime ab omni damno exoneret, l. non ſolum. §. morte ejus. & ibi Doct. inf. de no. ope. nunciat. *in quod omiſſa proteſtatione incidiſſet. Quod ſi ullo in alio, certe hoc loco maxime, exemplo appoſitiſſime probatur. Etenim nautæ, caupones, ſtabularii, adverſus quos edictum Prætoris Romani proditum eſt, non facta proteſtatione, de damno omni accepto tenentur. Proteſtati autem conſentientibus vectoribus, ab eo onere eximuntur, & in vectores periculum tranſmittunt, ſi nihil dolo malo per eos factum probari poſſit. Porro cum res tam præclara ſit, & tam præſentis remedii proteſtatio, quid in hac obſervandum ſit pauciſſimis verbis, & quaſi perfunctorie perſtringemus. In primis itaque vectorum conſenſus ad nau-* 2
tarum proteſtationem accedere debet. Sed an tacitus ſufficiat, vel expreſſus requiratur, à plurimis pervicaciſſimè diſputatum eſt, aliis Accurſ. hic. & in l. fidejuſſor. ſup. qui ſatiſda. cogan. Ludo. Rom. in d. §. morte. *tacitum conſenſum ſufficere, aliis* Innocen. Ioan. And. in cap. Cumana, de elect. Bart. & Iaſo in d. §. morte.

Alc. in l. pacta noviſſima. in fi. C. de pact. *contra di-*
a *centibus. Ego tamen ea in parte Bar. & Iaſonem ſe-*
qui malim, ſentientes in actu neceſſario non conſentiente adverſario, proteſtationem & tacitum conſenſum nihil proficere, ſed expreſſum intervenire debere. Ex quo intelligi debet, nautas, caupones, & ſtabularios ad quos ipſo contractu, & ex neceſſitate quadam officii periculum pertinet, expreſſum partis conſenſum requirere debere. Nec enim dubium eſt, quin ex neceſſitate teneantur, qui hoſpites repellere non poſſunt. Sin autem actus voluntarius eſt, tacitum partis conſenſum hoc caſu ſufficere receptius eſt. Vtroque tamen modo, ſi quis vi vel metu proteſtatus non fuerit, atque id conſtare poteſt, proteſtationis beneficium non amittit. Jaſon in d §. morte
3 nu. 17. *An autem ſcripto conſtare debeat, ſunt qui latè examinarunt*, Pet. de Anch. & Geminia. in cap. cu-

VINNIVS.

(*a*) Mihi contra prior ſententia magis placet, nempe conſenſum tacitum ſufficere: nec verum eſt ſimpliciter, quod ait Peckius, ad exercitorem ex neceſſitate quadam officii periculum pertinere, cum illud à ſe amovere poſſit prædicendo ſe nolle teneri, & ut ſuas quiſque res cuſtodiat. Quid autem refert, expreſſe huic prædictioni conſenſerint vectores, an tacite remanendo in navi? Poſſunt enim egredi & aliam navem & nautam quærere, ut recte Accurſ. *arg. l. ſi fidejuſſor. §. 1. ſup. qui ſatiſd. cog.* At enim ſi contradixerint, & nihilominus in navi eos manere patiatur, tenebitur. Exiſtimat Duar, ad *hunc tit.* quod hic de prædictione dicitur, pertinere duntaxat ad priorem partem hujus edicti, qua ex contractu exercitor tenetur de recepto: non autem ad hanc poſteriorem, qua quaſi ex maleficio tenetur ob damnum in navi datum ab iis, quorum miniſterio utitur, eo quod ſemper ei imputari poteſt, quod malorum hominum opera uſus eſt. Sed aperte textus ipſe erroris Duarenum convincit. add. *Iuan de Hevia p. 2. Cur. Phil. lib. 3. c. dammos. 12. verſ. ſi alguna.* 29.

(*b*) Nulla

cupientes. §. quod ſi per. 20. de elec. lib. 6. per tex. in l. fi. C. de nego. geſt. *ſed negative pro regula concludentes. Reperiuntur tamen caſus à regula excepti, & in quibus ſcriptura requiritur. Vt ſi proteſtatio actionis, ſeu non numeratæ pecuniæ exceptionis locum ſubeat.* Authent. hanc. autem. C. de non numer. pecun. *Sed & ubi damnum irreparabile eſt, & de periculo perſonæ,* Authen. ſi quis ei. C. ad l. Iul. de adult. *ſeu acceptanda tutela agitur, ſcripto conſtare debet.* Auth. presbyteros. ultima. C. de Epiſcop. & Cleric. *Fieri autem debet coram vectore ipſo, vel (ſi ejus præſentia haberi non poſſit) ad eum quem rebus ſuis præfecit, recurrendum erit. Sequitur nunc ut de clavium traditione per hoſpitem viatori facta, quid operetur, paululum diſſeramus. Quæſtio in utramque partem diſputabilis eſt, & probabiliter ſuſtineri poſſe videtur. Si enim cauponem ſecurum ea traditione non fieri conſtituerimus, occaſionem furandi iis, qui hoſpitio repentino ſuſcipiunt, haud incommodam præbere videmur. Petent enim ab hoſpite fortaſſis claves ſcrinii, & res ſuas quas ipſimet doloſe occultarunt, furto ablatas contendent. Si vero ea clavium traditio cauponem liberet, idem periculum eademque furandi occaſio timeri poteſt. Quid enim ſi duplici clave utatur? Quid ſi cum clavium poſſeſſione probe tutum ſe vector exiſtimat, contra fidem merces caupo furetur? Itaque ego hac in re Accurſium* hic in verb. prædixerit. *ſequor, atque quæſtionem hanc diſtinctione temperandam ſentio, ut ſi ab initio traditis clavibus & proteſtatione facta, periculum à ſe caupones rejiciant, minimè teneri dicendum ſit. At ſi non proteſtentur, contra eſſe, & ſibi imputare poſſunt, qui præſens ac ſalutare conſilium neglexerunt. Neque illud novum*

b *vum vobis videri debet. Cum enim tradendi vel non tradendi claves, in poteſtate hoſpitis ſit, & actus ille omnino à voluntate ejus dependeat, ſimplex proteſtatio etiam non conſentiente adverſario non onſiſtere non poteſt.* Iaſ. d loc.

c Siquidem nautæ. *Cum enim edicti ratio locum in his non habeat, quæ mero eorum odio, & ſolius cohibendæ nequitiæ gratia circumſcribitur, non videntur ad edictum pertinere: multo minus contra dominum judicio experiri poſſe. Edictum enim quod in odium eorum introductum eſt, ad gratiam torqueri non debet.* ca. quod ob gratiam. de reg. jur. in 6. *Ex quo illud conſequitur, quod idem actus, & præmij, & pœnæ cauſam efficere non poſſit.* l. Curiales. C. de hæretic. l. ſive hæreditaria. ſup. de negot. geſt. Sed

VINNIVS.

(*b*) Nulla enim facta proteſtatione magis præſumendum eſt, claves viatoribus à caupone datas, ut poſſint res ſuas, quando volent, accipere, & σιωπῇ habere, quam ut ſe periculo exoneraret, ut bene *Accurſ. hic.* Quid vero ſi claves non à principio, ſed poſtea traditæ? hoc caſu nequidem cum prædictione dominum relevari putat idem Accurſius per *l. 5. C. de obl. & act.* quem & cæteri fere ſequuntur. *Bart. ibid. Bald. ſup. rubr. C. depoſ. Schneid. in §. ult. Inſt. de obl. quæ quaſ. ex del.* Recte tamen Angelus de Clavaſio in *ſumma ſua* in verbo *Nauta*, hanc ſententiam ſic temperat, niſi is qui hoſpitio excipitur, conſenſit hoſpiti dicenti ſe nolle teneri. *Gothofred. in not. marg. ad Schneid. d. loc.* Eſt vero hæc quæſtio facti magis, quam juris, & ideo ex circumſtantiis decidenda. *Duar. in h. t.* In Senatu Pariſienſi pro fama cauponis & cænacularij judicari ſolet, nempe ut facta traditione clavium liberetur, ſi aliunde nihil in eum dicatur ex dolo vel culpa, quæ admiſſa ſit. *Chopin. lib. 2. ad conſuet. Pariſ. tit. 8. & lib. 3. tit. 3.* apud Peckium hic nonnihil turbatum videtur.

(*c*) Cur exercitor non teneatur, ſi nautæ invicem ſibi damnum dederint, hæc potius ratio eſt, quod cum ipſi ultro & æqualiter operam ſuam promiſerint & addixerint exercitori, nullam ei culpam objicere queant.

(*a*) Græci

Sed ſi quis ſit nauta & mercator, debebit illi dari: Quod ſi quis ſit ex his quos vulgo ναυτεπιβάτας dicunt, & huic tenebitur, & hujus factum præſtat, cum ſit & nauta. Si ſervus nautæ damnum dederit, licet ſervus nauta non ſit, æquiſſimum erit in exercitorem actionem utilem dare.

Verſiculi iſtius caſus, apud noſtrates perquam frequentiſſimus eſt. Etenim qui negotiandi animo, & ſolius illius ergò in Hiſpanias, Franciam, Portogalliam, ſeu ulteriores Indiæ regiones proficiſci cupiunt: ne nauli nomine admodum, & ultrà quam opes eis ſuppetunt, graventur, nautarum albo aſcribi ſe faciunt, operaſque ſuas, conſentiente navis magiſtro, pro parte nauli impendunt. Iſtiuſmodi igitur hominibus (ſiquid damni acceperint) in factum contra exercitorem actio competit. Quam quidem (ut rectè Accurſius ait) non ut nautæ, ſed ut mercatores, conſequuntur. In actionibus itaque diſcernendis, qualitas potiſſimum attendenda eſt, non ea quæ nocet, ſed ſecundum quam actio conſiſtere poteſt. Baldus hic. & Romanus hic. & in l. 1. §. ulti. inf. ad Syllan.

Hac

VINNIVS.

(*a*) Græci ναυτεπιβάτας uno verbo vocant vectores, qui remum pro naulo aut parte nauli ſolvunt, id eſt, qui pro pretio vecturæ nautarum officio funguntur, quos ob id vectorum numero haberi placet. Quod autem dicitur de damno à ſervo nautæ, qui nauta non eſt, dato utilem in exercitorem actionem dari, de eo ſervo accipiendum, cujus opera etſi nauta in navi utitur non tamen utitur, ut nautæ, ut proinde directa quidem ex edicto actio hic deficiat; cæterum ex æquo & bono utilis detur. Ex prima autem parte edicti directa de recepto tenetur ob factum omnium, qui in navi ſunt *l. 1. par. ult. l. 2. ſup. eod.*

(*a*) Et

Hac autem actione ſuo nomine exercitor tenetur, culpæ ſcilicet ſuæ imputaturus qui tales adhibuerit: & ideo ſi deceſſerint, non relevabitur. Servorum autem ſuorum nomine noxali duntaxat tenetur. Nam cum alienos adhibet, explorare eum oportet cujus fidei, cujus innocentiæ ſint. In ſuis venia dignus eſt, ſi quales quales ad inſtruendam navim adhibuerit.

a *Meritò dominus ob delictum ſuorum conveniri poteſt, ſibique imputare debet, qui impuriſſimos homines adhibuit. Prius enim explorare debebat, cujus innocentiæ, & qualis fidei eſſent. Quod cum non fecerit, ſibi acceptum ferre debet.* cap. damnum. de reg. iur. in 6. *quod ex negligentia teneatur, cum culpa ſua damnum ſentiat. Diſtinguitur tamen, alienos an ſuos adhibeat.*
b *Si enim alienos, morte eorum non liberatur. Si ſuos, noxæ dedendo veniam meretur. In ſuis enim quaſi domeſtico malo venia dignus eſt, in alienis vero non, quorum factum in ſe, & quaſi fidejuſſor, qui pro principali debitore ſe conſtituit, recepiſſe videtur.* Accurſius hic.

Si

Vinnius.

(*a*) Et ideo quaſi ex maleficio hæc actio eſſe dicitur, quaſi delicti quædam ſpecies ſit, malorum hominum uti miniſterio. *par. ult. Inſt. de obl. quæ quaſ. ex del. l. 5. par. ult. inf. de obl. & act.*

(*b*) Utroque tamen caſu quaſi ex delicto tenetur, & in duplum: & omnino quidem, ſi alienos adhibuit; ſervi autem ſui nomine noxaliter duntaxat. ratio eſt in textu. Quod autem hæc in factum actio pœnalis ſit in duplum, jam ante docuit *Ulpian. in hac l. ult.* §. 1. *ſup.* & igitur

Si plures navim exerceant, unuſquiſque pro parte qua navim exercet, convenitur. Hæc judicia quamvis honoraria ſint, tamen perpetua ſunt. In hæredem

VINNIVS.

tur non tantum ob furtum factum; verum etiam ob damnum quodcunque datum; Videtur enim prætor publicam quoque hic ſpectaſſe utilitatem, dum proſpicit ſecuritati iter facientium. Alii tamen hoc reſtringunt ad caſum, ubi furtum factum eſt.

Cæterum poſtquam pœnæ pecuniariæ, quæ jure Romano privatis litigatoribus applicantur, moribus exoleverunt, privatiſque tantum relicta poteſtas ejus, quod ſibi abeſt judicio civili perſequendi, pœnas ob vindictam publicam ſolo perſequente fiſco judicio criminali, dicendum videtur actiones omnes nunc rei perſecutorias eſſe, & in ſimplum concipiendas: ac proinde etiam hanc in factum actionem non amplius in duplum, ſed in ſimplum duntaxat dari. *Ioan Imbert. enchirid. jur. ſcript. Baro ad tit. Inſt. de obl. quæ ex del. p. 2. comm. Gudelin. lib. 3. de jur. noviſſ. c. 13.* Sic hodie actione legis Aquiliæ ſolum eatenus utimur, ut damnum injuria datum perſequamur, non etiam quanti plurimi ſupra id res in eo anno aut in diebus triginta proximis fuit, & quando aliquid propter occaſionem liberorum, coniugis aut parentum adjudicatur, de quo *Grot. lib. 3. introd. c. 33. & 2. de jur. bell. c. 17. Tulden. ad tit. Inſt. de obl. quæ quaſ. ex del.* id potius ejus, qui agit, indemnis ſervandi, quam adverſarii puniendi cauſa fieri exiſtimandum eſt: ut & in actione injuriarum magis tuendi recuperandique honoris: quam ultionis; aut ſi ultionis, certe ejus magis publicæ, quam privatæ gratia, fiſci procuratore ſe liti tunc adjungere ſolito, multam, quam vocant honorariam, ſolennemque illam revocationem injuriæ & deprecationem irrogari. Excipienda autem eſt, multarum perſecutio, quæ ſpecialiter conſtitutionibus regionis retentæ aut introductæ ſunt: cujuſmodi illa, quæ in nonnullis locis ob non ſolutum cenſum directo domino debetur. *Imbert. Gudelin. ubi ſupra.*

redem tamen non dabuntur. Proinde etſi ſervus navim exercuit,& mortuus eſt,de peculio non dabitur actio in dominum,nec intra annum.Sed cum voluntate patris vel domini ſervus vel filius exercent navim, vel cauponam, vel ſtabulum, puto etiam hanc actionem in ſolidum eos pati debere: quaſi omnia quæ ibi contingunt, in ſolidum receperint.

SVMMÆ RERVM.

1 *Vlpiani reſponſa conciliata.*

2 *Contrarietas nulla in legibus.*

1 *Diſſidere iterum à ſe hic Vlpianus videtur,ut qui alio loco,in* l. 1. §.fin. inf.de exercito. actione. *ſi plures navim exerceant, cum quolibet eorum in ſolidum*
2 *agi poſſe reſpondit. Sed non eſt ulla inter has leges contrarietas, quemadmodum nullam eſſe tam magnam contrarietatem in omnibus Pandectarum legibus aſſeveranter dicere auſim,quæ non conciliari poſſit,& complacari. Sed induſtria aliquando opus eſt, ut infoſſa eruantur, erudeventur congeſta, ambigua diſſolvantur, & velut lumine obſcura illuſtrentur.* l. non poſſunt. l. non eſt novum.
a cum ſequen.ſup.de ll. *Quod igitur hic Vlpianus affirmat,*

VINNIVS.

(*a*) Eodem fere modo cum Gloſſa hoc cæteri quoque explicant,& noviſſime poſt alios *Paul. Buſius ad l. plane ſi ambo.24. inf. pro ſoc. Ant. Fab. in ration.* Ita autem loquuntur,quaſi cum plures non per ſe,ſed per alium navem exercent, ſinguli ob damnum à miniſtris datum, in ſolidum teneantur: quod tamen nuſquam traditum: ſed hoc tantum, ex contractu magiſtri ſingulos

mat, unumquemque pro parte conveniri poſſe, non aliter verum eſt, quam ſi ex quaſi maleficio, aut exercitio quod per ſe omnes exercuerunt, conveniantur. Neque enim invicem ſui magiſtri videntur. Sed ſi plures exerceant, unum autem de numero ſuo magiſtrum fecerint, hujus nomine in ſolidum poterunt conveniri: ne in plures adverſarios diſtrahatur, qui cum uno tantum contraxit, quod & Cajus & Paulus voluiſſe videntur. d. l. 2. 3. & 4. d. tit. *Poſtremo, quæ ad finem legis adduci poſſent, alio loco* b *in* tit. de exercit. act. *& inferius declarabimus.*

AD

VINNIVS.

gulos tenere in ſolidum addita hac ratione, ne in plures adverſarios diſtrahatur, qui cum uno contraxit. *l. 1. in fin. cum l. ſeq. inf. de exerc. act.* quæ ratio utique ceſſat, cum non ex contractu magiſtri, ſed ex delicto cujuſlibet miniſtri conveniuntur. ex eo vero, quod adverſus plures in eodem cænaculo habitantes actio de dejectis & effuſis in ſolidum datur. *l. 1. in fin. l. 3. inf. de his qui effud.* non magis recte colligas actionem ex hoc ſecundo capite dari in ſolidum adverſus ſingulos exercitores, cum per alium exercent, quam cum per ſe: quo caſu conſtat eos non niſi pro portionibus exercitionis conveniri poſſe *l. 4. de exerc. act.* quamvis ſecus ſit in pluribus tutoribus: qui omnes tenentur in ſolidum, niſi diviſa ſit eorum adminiſtratio à judice, vel teſtatore. *l. inter tutores. 36. inf. de adm. tut. l. 2. C. de div. tut.*

(*b*) Quædam tamen etiam illic præterit Peckius: quale eſt illud, quod Ulpian. hic ait, ſi ſervus navim exercuit, & mortuus eſt, de peculio in dominum actionem non dari, ne quidem intra annum. Unde nonnulli, inter quos & Ant. Faber, inferunt ex hac cauſa dari actionem de peculio adverſus dominum, ſi ſervus adhuc vivat. Quod autem dicitur ex delictis ſervorum de peculio in dominum non dari, id negant pertinere ad quaſi maleficia. Sed perſpicuus error eſt. Nam ex contractibus tantum & quaſi contractibus de peculio datur, ex cauſis pœnalibus nunquam. *l. 58. de reg. jur.* ex maleficio an quaſi ex maleficio deſcendant nihil refert. *l. 1. pr. & par. 7. l. 5. par. prætor ait. inf. de his qui effud. par.* ſen.

VINNIUS.

Pen. Inſt. de ob. quæ qua. ex del. Ulpianus dixerat actionem hanc in hæredem non dari, nimirum quia pœnalis eſt: ex quo infert, mortuo ſervo, qui navem exercuit, nec in dominum de peculio dari intra annum; nempe quia facilius in hæredem datur actio, quam in dominum aut patrem. *l. 5. de cond. furt.* præſertim vero hoc caſu, quo nec vivo ſervo in dominum de peculio competeret. Illud enim certum eſt, actionem omnem, quæ de peculio quacunque ex cauſa ſervo vivente in dominum datur, eandem & mortuo eo intra annum competere. *l. 1. & tot. tit. inf. quand. de pec. act. ann.* Hoc quoque prætereundum non erat, quamvis regulariter actiones prætoriæ pœnales intra annum dentur. *l. in honorariis. 35. inf. de obl. & act.* hæc tamen judicia, vid. tum de furto facto tum de damno à miniſtris exercitoris dato, quamvis honoraria ſint & pœnalia, tamen perpetua eſſe, ut eſt in textu. Videtur itaque prætor hac in re naturam actionum ordinariarum furti & damni injuriæ, quæ perpetuæ ſunt. *pr. Inſt. de perp. & temp. act.* ſecutus. Mirum in modum hic ſe torquent cum veteres tum recentiores interpretes.

(*a*) Su-

AD TIT. I. FF. XIV.

De *Exercitoria actione*, PETRI PECKII COMMENTARIUS,

CUM *Notis & Obſervationibus* ARNOLDI VINNII

RUBRICA.

CUM fieri nequeat, ut non in quibuſdam negotiis aliena opera utamur, præcipuè cum rebus noſtris ipſi ſupereſſe non poſſumus: l. 1. ſup. de procur. in fi. *operæ pretium mehercule fuit, obligationum modum conſtitui, ut quis ſcire poſſet, quatenus ipſe conveniri ab aliis, aut alios convenire, propter eorum contractum, quorum opera utitur, jure concederetur. Proinde Prætor Romanus, animadvertens exercitores, id eſt, ad quos fructus omnes & obventiones perveniunt, cum rebus ſuis præeſſe nequeant, magiſtros navi imponere, vel locandis navibus, vel vectoribus conducendis, vel mercibus emendis, vendendiſque, exercitoriam actionem introduxit, qua conveniri exercitor poterit, ut condemnetur ad dandum & ſolvendum quicquid ex contractu cum magiſtro navis inito,* *ſecun-*

ſecundum modum præpoſitionis, debetur. §. eadem ra-
a tione Inſtit. quod cum eo qui in alie. poteſt. *In hoc autem differt iſte titulus ab eo quem immediatè ante expoſuimus: quod in hoc ex ſolius magiſtri contractu exercitor teneatur: in illo verò, ex quaſi maleficio eorum, qui in navi ſunt, obligetur. Nam qui magiſtrum præponit, contrahi cum eo permittit.* l. 1. ſup. ut nau. caup. ſtabul. *Et ideo omnia facta magiſtri præſtare debet, qui eum præpoſuit: alioquin contrahentes deciperentur.* l. 1. §. magiſtrum. inf. eod. *Qui autem nautas habet in navi, non contrahi cum eis permittit, ſed dolo & culpa carere eos curare debet;* l. nauta. in fi. ſup. tit. naut. caupo. &c.
b *Porrò quod hîc à pleriſque qui Accurſij delirium ſecuti ſunt, & obſervarunt, diſputatum eſt, actio ne, an actionis potius adjectio exercitoria dicenda ſit, ad ipſas leges in-*

Notæ & Obſervationes.

ARNOLDI VINNII.

(*a*) SUperiore illo titulo actum eſt de duabus actionibus honorariis, quæ & ipſæ in exercitorem dantur, una in ſimplum ex contractu, ut reſtituat, quod vel ipſe, vel ii, quibus commiſit, ſalvum fore receperunt, in quod judicium factum omnium, qui in navi ſunt, venit: altera in duplum quaſi ex maleficio de damno in navi dato ab his, quorum opera in navi utitur. Ambæ ut inter ſe diverſæ ſunt, ita etiam diverſæ ab ea, quæ hic proponitur, & exercitoria appellatur; quippe qua ex ſolius magiſtri navis contractu exercitor tenetur, in ſolidum quidem, ſed ejus duntaxat negotii nomine, quod cum magiſtro geſtum eſt ejus rei cauſa, cui præpoſitus fuit. §. 2. *Inſt. quod cum eo qui in al. pot. l. 1. §. 7. & ſeqq. hoc tit.*

(*b*) Non delirant qui cum Accurſio ſtatuunt, actionem exercitoriam non eſſe actionem propriam & per ſe conſtantem, ſed potius actionis ex contractu ad-

inferius à nobis examinabitur, ad l. ſi tamen plures §. hæ actiones: inf. eod.

LEX I.

Vlpianvs Lib. xxviii.

Ad Edictum.

Vtilitatem hujus edicti patere, nemo eſt, qui ignoret. Nam cum interdum, ignari cujus ſint conditionis, vel quales,cum magiſtris propter navigandi neceſſitatem contrahamus, æquum fuit eum; qui magiſtrum navi impoſuit, teneri: ut tenetur, qui inſtitorem tabernæ, vel negotio præpoſuit: cum ſit major neceſſitas contrahendi cum magiſtro, quam inſtitore. Quippe res non patitur, ut de conditione quis inſtitoris diſpiciat, & ſic contrahat. In navis magiſtro non ita. Nam interdum locus, tempus non patitur plenius deliberandi conſilium.

SVMMÆ RERVM.

1 *Æquitas hujus edicti.*
2 *Argumentum à minori in Iure validum.*
3 *Ratiocinandi ſcientia Iureconſ. futuro utilis.*

Etſi

Vinnius.

adjectionem ſive qualitatem adjectitiam. Et ipſe Peckius in d. *l. ſi tamen* §. *hæ actiones. inf. eod.* fatetur, hanc diſputationem non eſſe inutilem: nihil tamen palam definit. Sed plura illic.

a *Et ſi ſecundum juris civilis rigorem, qui cum alio contrahit, vel eſt, vel eſſe debet, non ignarus conditionis ejus.* l. qui cum alio. inf. de reg. jur. *qua ratione qui filioſa. mutuum credidit, obſtante Senatusconſulto repetere non poteſt.* l. penul. inf. ad Maced. *quod primum & ante omnia de conditione ejus inveſtigare poſſet:*
b *Prætor tamen ex æquitate ſua, eos qui cum magiſtro navis contrahunt, à regula excipiendos eſſe exiſtimavit. Nam (inquit) interdum nec locus, nec tempus patitur plenius deliberandi conſilium. Significans hanc eſſe maximam differentiam, per quam diſcernimus æquitatem à ſummo jure, quod æquitas ſemper in circumſtantiis facti verſatur, & à qua in judicando judicem recedere minimè*

VINNIUS.

(*a*) Iure civili nemo ex contractu alterius obligatur, ne is quidem qui contrahentem in poteſtate habet. §. *actiones.* 10. *Inſt. de act.* Nam etſi jus poteſtatis facit, ut ſervus domino, filius patri obligationem & actionem acquirant: non efficit tamen ex contrario, ut pater aut dominus ex contractu filii aut ſervi obligentur, atque alteri actio adverſus eos acquiratur. Cæterum hunc juris rigorem quibuſdam in caſibus prætor ex æquitate relaxavit, introductis certis actionibus aut potius actionum qualitatibus, quibus dominus aut pater ex contractibus ſervi aut filii conveniri poſſunt; cujuſmodi ſunt actio quod juſſu, exercitoria, inſtitoria, tributoria, de peculio, & de in rem verſo.

(*b*) Actiones quod juſſu, exercitoria, & inſtitoria eadem æquitatis ratione introductæ ſunt, nimirum quia voluntate domini negotium geſtum, ac proinde cum eo ipſo quodammodo contractum intelligitur. *l. 1. pr. inf. quod juſſ. l. ſi inſtitorem, 29. ſup. de reb. cred. par. ult. Inſt. quod cum eo qui in al. pot.* cui in exercitoria etiam hoc accedit, quod interdum locus & tempus non patitur, ut de conditione magiſtri navis, qui cum contrahimus, diſpiciamus. *l. 1. pr. hoc tit.*

(*c*) Clau-

nime oportet, ut recte interdum apelletur bona fides, naturalis juſtitia, verum jus, germana juſtitia, ſimplicitas legum, æqua lanx, humanum jus, benignites, gubernativa ſapientia, arbitratus boni viri, religio, remiſſio anguſti juris: Tales autem circumſtantias, quæ in jure variant omnia, ut æquitas inde colligatur, Claudius Saturninus tradit ſeptem: ut ſunt, cauſa, quare aliquid factum ſit. Perſona, quis, & cum quo fecerit. Locus, c *ubi factum ſit. Tempus, quando factum ſit. Quantitas, magnum ne an exile ſit. Qualitas, quomodo factum ſit Eventus, an metu, vi, errore, dolo, culpa, caſu fortuito factum ſit.* Io. Oldendorp. in tracta. de jure & æquit. *Huc reſpexerunt ſemper Iuriſconſulti. Hinc Paulus* in l. Pomp. ſup. de negot. geſt. *pro qualitate perſonarum (inquit) & actio formatur, & condemnatio moderatur. Hinc Vlpianus* in l. nonnunquam autem. ſup. de judic. *Hoc autem (ait) æſtimare oportet eum, qui jus dicit pro conditione cauſæ, vel perſonæ, vel temporis, & ita ordinem edictorum & compendium moderari. Ne igitur cum magiſtro contrahentes decipiantur, quibus perquirendi tempus non ſuppetit, a communi regula omnibus modis exemptos eſſe oportuit, ne perquam facillime ex præcipitatione, quæ ad errorem facillimam viam commonſtrat, innocenter detrimentum accipiant. Ar-*

VINNIUS.

(c) Claudius Saturninus in *l. aut facta.* 16. *inf. de pœn.* eleganter ſcribit, in factis, dictis, ſcriptis & conſiliis conſideranda eſſe cauſam, perſonam, locum, tempus, qualitatem, quantitatem & eventum. eaque ſingula mox explicat. Verum iſtorum omnium conſideratio præcipue in delictis locum habet, pœnaſque vel auget vel minuit. Quintil. *lib.* 6. *Inſt. orat. c.* 1. *Atrocitas creſcit ex his, quid factum ſit, à quo, in quem, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo: quæ omnia infinitos anfractus habent.*

d *Argumentatur autem Ulp. à minori, quod argumentum*
2 *in Iure noſtro validiſſimum eſt, hoc modo. Si is qui inſtitorem negotio ſeu tabernæ præpoſuit, ex contractu ejus obligetur, cum tamen res patiatur ut de conditione quis inſtitori diſpiciat: quanto magis hoc in caſu, exercitor obligari debet, cum ea perquirendi facultas, tempore ſæpè & loco, contrahentibus adimatur, majorque ſit neceſſitas*
3 *cum magiſtro quam cum inſtitore contrahendi. Ratioci-*
e *nandi itaque ſcientiam, qualem hic in Ulpiano videtis, amplectimini, ingenui adoleſcentes, & ab illorum perſuaſionibus quam longiſſime recedite, qui in Ireconſ. nullam ratiocinandi experientiam requirunt. Qui enim verum à falſo, apparentia à veris, lepram à lepra (ut vulgo dicitur*

VINNIUS.

(*d*) Pro diverſa quantitatis conſideratione & reſpectu poſſumus à minori & κατασκευάζειν, argumentari affirmando, & ἀνασκευάζειν, argumentari negando. Exemplum κατασκευῆς à minori eſt, quod ex Ulpiano hic profert Peckius. Tale quoque eſt ejuſdem Ulpiani in *l. 5. §. ult. ſup. ad leg. Aquil.* Si magiſter, qui in diſciplina ſervum diſcipulum eluſcavit, lege Aquilia tenetur, multo magis eadem lege tenebitur, ſi occiderit. item Papiniani in *l. 5. inf. de ſerv. exp.* Cui pomœrio civitatis interdictum eſt, ei etiam urbe interdictum videtur. atque in hujuſmodi locum habet illud Ciceronis in *Topic. quod in re minore valet, valeat in majore.* Exemplum ἀνασκευῆς eſt in *l. 4. ſup. de ſenat. l. 7. §. ult. inf. de interd. & rel.* Qui non eſt dignus ordine inferiore, multo minus dignus eſt ſuperiore. Sic recte argumentor, Qui non poteſt abſolvere, non poteſt condemnare. *l. nemo. 37. inf. de reg. jur.* Si Dei providentia ne paſſeres quidem deſerit, multo minus deſeret homines. *Matth. 6. 26.* Sed hæc tractatio dialecticorum propria eſt.

(e) Bene diſſerendi ſcientiam futuro juriſconſulto perutilem & neceſſariam eſſe nemo inficiari poteſt: multa enim in jure noſtro occurrunt: quæ explicari aut percipi nequeunt, niſi ab eo, qui præceptis dialectices probe

tur) diſcernere nequit, is legibus noſtris addictus, olei & ſomni jacturam facit. Cum enim Iuriſconſulto, id quod propoſuit, argumentis confirmandum ſit, argumenta tenere qui poterit, ſi non locos ratiocinandi, in quibus argumenta non aliter latent, atque in conchis gemmæ, probè perſpectos habet? Hinc eſt, quod plerique Iuris interpretes, tam confuſanea & tumultuaria gloſſemata, pulcherrimis Pandectarum libris intulerunt. Omitto nunc hos, qui ſe Logicos appellantes, circa ſolam verborum contentionem verſantur, ſed eum ratiocinandi modum vobis comparetis velim, quem paſſim & ubique tam ab ipſo Iuſtiniano, quam à vetuſtioribus noſtris Ireconſultis obſervatum videmus.

Magiſtrum navis accipere debemus, cui totius navis cura mandata eſt. Si cum quolibet nautarum ſit contractum, non datur actio in exercitorem: quanquam ex delicto cujuſvis eorum, qui navis navigandæ cauſa in nave ſunt, detur actio in exercitorem. Alia enim eſt

Vinnius.

probe ſit imbutus: cujuſmodi ſunt diſputationes de genere & ſpecie, de toto & partibus, de disjunctionis natura, de conjunctionis vi & ambiguitate, de ſophiſmate, de ſorite, & id genus alia. item rerum illæ deſcriptiones, diviſiones, quibus nihil crebrius obvium. Quis breves illas regulas, atque ex eo jure, quod in ſingulis obtinet in univerſum periculoſe conceptas definitiones ſatis caute cavebit, ut ne ſubvertantur, niſi multum ſit in re logica & diſſerendi ſubtilitate verſatus? Merito igitur Peckius ſtudioſis juris commendat artem ratiocinandi.

(a) Om-

eſt contrahendi cauſa, alia delinquendi: ſiquidem qui magiſtrum præponit, contrahi cum eo permittit. Qui nautas adhibet, non contrahi cum eis permittit; ſed culpa & dolo carere eos curare debet. Magiſtri autem imponuntur locandis navibus, vel mercibus aut vectoribus conducendis, armamentiſve emendis. Sed & ſi mercibus emendis vel vendendis fuerit præpoſitus, etiam hoc nomine obligat exercitorem.

SVMMÆ RERVM.

1 *Vlp. utitur ſynecdoche hîc, & quare.*
2 *Sacra ancora quæ ſit.*
3 *Vlp. reſponſa conciliata hîc & in l. 1. ſup. naut. caup. &c.*
4 *Argumentum à contractibus ad delicta quando procedat.*
5 *Armamenta quæ ſint.*

a Totius navis cura. *Alii legunt*, cui totius navis ancora mandata eſt. *Priorem lectionem Haloan-*
1 *der ſequitur, & melior eſſe videtur. Porro ſi quis poſteriorem retinere velit: fatendum erit Vlpian. per ſynecdochen magiſtri definitionem tradidiſſe, ut quod de ancora dicitur, de tota nave intelligatur. Rationem autem hujus eſſe*

VINNIUS.

(a) Omnino legendum eſt, *totius navis cura*, non *anchora*. Nuſquam enim anchora pro gubernatione uſurpatum reperies. Et hoc munus ad clavum pertinet: videreque eſt paſſim apud ſcriptores claſſicos, temonem, clavum, gubernaculum regiminis loco per tranſlationem poni. Igitur magiſter navis eſt, cujus fidei totius navis cura commiſſa eſt: quem ob id Græci πιστικὸν τὰ

eſſe exiſtimo, quod cum diverſi nautæ, diverſos labores in nave ſuſtineant, aliique alia officia obeant: ancoræ tamen ejiciendæ cura ſoli magiſtro, imminente tempeſtate, utpote in re nautica magis verſato, attribuitur. Vertitur enim in clavo & ancora totius navis ſalus, & ſine his, vix eſt ut periculum evadere quis poſſit. Et hæc de ſacra ancora potiſſimum intelligi debent. Duplicem enim ancoram ut plurimum benè inſtitutæ naves habent, quarum 2
maximam ac validiſſimam, ancoram ſacram vocant, eamque tum demum mittunt, cum extremo laborant diſcrimine. Hinc Lucianus in Drapetis, ἔδοξεν οὖν σκοπουμένους τὴν ὑστάτην ἄγκυραν. ἣν ἱερὰν οἱ ναυτιλλόμενοι φασι, καθιέναι, *id eſt,* Viſum eſt igitur re perpenſa extremam ancoram, quam nautæ ſacram nominant, dimittere. vide Eraſ. in adag. Sacram ancoram ſolvere. *Altera vero, etiam ſereno cœlo, & ubi ob receſſum maris fluctuumque; dimiſſo velo quieſcendum eſt; utuntur.*

Cum

VINNIUS.

τῦ πλοίυ appellant: eſtque exercitoris ſive naucleri velut inſtitor. Ideo autem dixit Ulpianus *totius navis*, quia regendæ navis curam nemo pro parte ſuſcipit aut credit, nec ſi plures magiſtri navis facti præponantur: nam & eo caſu ſinguli in ſolidum præpoſiti intelliguntur; niſi diviſis officiis præpoſiti ſint. §. *ſi plures. inf.* ſed raro accidit, ut unius navis plures magiſtri fiant. Porro ad magiſtrum ſpectat mercium omnium impoſitarum ratio & cura, quas ob id ex inventario ſuſcipit, ne qua fraus fiat: quod inſtrumentum noſtrates *een Zee-brief*, aut vocabulo nautico *charte-partye* vocant; Galli *lettres de charte-partie*, aut *de gargayſon* & *de cognoyſſement.* Tenenturque naucleri hujuſmodi inſtrumentum legitime confectum penes ſe habere ſub pœna arbitrariæ correctionis, aut ſi bellum ſit, *van gehouden te weſen van goeden prijſe*, quos jure capere liceat. *Placit. Philip. II. van toeruſt. van ſchep. art. 20.* adde *Ant. Mornac. ad hunc loc. Welwod. in ſuo abridgement of all ſealawes. c. The fraughting of ſhips.*

(b) Per-

Cum quolibet. *Qui enim nautas habet, non contrahi cum quolibet permittit: ſed culpa & dolo carere eos curare debet, quanquam ſi ipſe alicui ex nautis committi juſſit, ſine dubio debet obligari.* l. 1. §. 2. ſup. naut. cau-
3 po. ſtabul. *Quod itaque alio loco ab Vlpiano reſponſum eſt, exercitorem nautarum factum præſtare debere* ibid.
b §. ult. *non aliò pertinet, quam quod damno ab his dato, ex quaſi maleficio conveniri poſſit. Etenim (ut Cajus in* l. ex maleficiis. inf. de act. & oblig. *ait) aliquatenus culpæ reus eſt, quod opera malorum hominum utatur.*

Alia enim eſt. &c. *Quod tamen eadem delicti & contractus cauſa ſit, multis argumentis probari poſſe videtur. Quemadmodum enim civitas ex mutuo obligatur.* l. civitas. ſup. ſi cer. peta. *ita etiam ex delicto.* l. metum. §. animadvertendum. ſup. quod met. cau. *Quemadmodum in loco ubi contractum eſt, ratione contractus.* l. hæres abſens. ſup. de judic. *ita & in loco ubi crimen admiſſum eſt, delicti ratione quis forum ſortitur.* Authent. qua in provincia. C. ubi de cri. agi oport. *Quemad-*

VINNIUS.

(*b*) Perperam hic citatur à Peckio *l. 9. ult. ſup. naut. caup. ſtab.* nam quod illuc ait Iuriſconſultus exercitorem præſtare factum nautarum, ad primum illius edicti caput pertinet; ex quo tenentur exercitores de recepto, ut quod cujuſque ſalvum fore receperint, reſtituant. atque hoc caſu non nautarum ſolum, ſed etiam vectorum factum præſtare debet. *d. l. 1. §. ult.* Quamobrem exiſtimo eſſe ἁμάρτημα μνημονικὸν & d. *l. 1. §. ult.* citatam pro *l. ult. pr. eod.* ubi demum agitur de actione, quæ quaſi ex maleficio eſt, & in exercitorem datur ex delicto omnium nautarum ſuorum: eamque ipſam etiam hic intelligit. Vlpianus, cum ait ex delicto cujuſvis eorum, qui navis navigandæ cauſa in nave ſunt, actionem in exercitorem dari. Græci *in Baſil.* περὶ ναυτικῶν ἐνοχῶν &c. *lib.* 53. ἀπὸ τῶν συναλλαγμάτων τῶν ναυτῶν ὁ ναύκλη-

ρος

admodum in decidendis litigantium controverſiis, is qui juriſdictioni præeſt, conſuetudines loci in quo contractum eſt, obſervare debet. l. ſi fundus. inf. de evic. *ita & in delictorum punitione, ejus loci conſuetudinem, in quo peccatum eſt, ſequi tenetur.* Doct. in l. cunctos. C. de ſumma trinit. *quæ tamen omnia etſi vera ſint, Vlp. tamen hoc præſens reſponſum evertere non poſſunt. Etenim quemadmodum ex identitate rationis idem jus metimur.* l. illud. inf. ad l. aquil. l. à Titio. inf. de verb. ob. *ita quoque & è contrario, data rationis diſparitate, diver-*
ſum jus conſtituamus neceſſum eſt. Igitur ubi inter con- 4
tractus & delicta eadem ratio non eſt, ibi argumentum c
à contractibus ad delicta, & è contrario, locum habere non poteſt. Dn. Præſes in loco à contract. ad delic. Salic. in l. unic. C. ubi de poſſeſſ. agat. *Quæ autem diverſitatis ſit ratio hoc loco inter utrumque, optimè declarat Vlpian, & ſuperius à nobis relata eſt.*

Vel locand. navib. *Varia ſunt diverſorum hominum ſtudia. Alius conducendis tantum vectoribus, alius ob naulum mercibus transferendis, alius ex longinquis regionibus*

VINNIUS.

ρος οὐκ ἐνάγεται. ἀπὸ δὲ τῶν ἁμαρτημάτων αὐτῶν ἐνάγεται. προνοεῖν γάρ ὀφείλει τοῦ χηρεύειν αὐτοὺς δόλου καὶ ῥαθυμίας, ἤτοι κακίας. I. Ex contractibus nautarum exercitor non tenetur; ex delictis autem ipſorum tenetur. Curare enim debet, ut dolo & culpa, hoc eſt, malitia careant. Iate *Iuan de hevia p. 2. de la Curia Filipica. lib. 3. c. 4. n. 19.*

(c) Nimirum quod interdum à contractu ad delictum, & ex contrario à delicto ad contractum procedat argumentatio, id non fit vi alicujus rationis internæ ſive à natura harum rerum petitæ, quaſi contractus & delictum paria ſint; ſed totum hoc pendet ab ea, quæ in utroque eſt, ſi qua eſt, paritatis ratione. Et igitur non procedit; ubi diſpar eſt utriuſque ratio, ut plerumque eſt: cum vix ſit, ut contractus commune quid habeat cum delicto.

(d) Arma-

bus aromatibus adducendis, intentus eſt. Qui tamen omnes cum rebus ſuis ipſi ſupereſſe non poſſint, magiſtrum navi præficiunt. Quod cum Domitium Vlp. excelſum virum, & verticem legum, minimè lateret, ſubmovendæ, dubietatis gratia, varias præponendi formulas enumeravit.

5 Armamentis. *Armamenta navis dicuntur navium*
d *inſtrumenta, ut funes, vela, conti, remi, arbor, & quicquid ad reficiendam inſtruendamque navem pertinet.* Columella lib. 4.

Cujus autem conditionis ſit magiſter ille, nihil intereſt, utrum liber, an ſervus: & utrum exercitoris, an alienus. Sed nec cujus ætatis ſit, intererit, ſibi imputaturo, qui præpoſuit.

C*um enim de damno tantum exercitoris agatur, non item eorum qui cum magiſtro contrahunt, mirum non*

VINNIUS.

(*d*) Armamenta navis ſunt τὰ τῆς νεὼς σκεύη, navis inſtrumenta, arma, apparatus navis, ἐξαρτία & ἐξάρτησις Græcis: unde Italorum *eſſarcia* & Hiſpanorum *xarcia* ut opinor. Scapha nec pars navis eſt, nec inſtrumentum, ὃ συνείθισται εἰς τὴν τοῦ πλοίου ἐξάρτησιν. ſed ipſa per ſe navicula eſt, mediocritate tantum, non genere à navi diſtincta. Inſtrumentum autem cujuſque rei neceſſe eſt alterius generis eſſe, atque ea quæque ſit. Quamobrem ſi navis cum inſtrumento empta ſit aut legata, ſcapha non debebitur. *l. ſcaph* 44. *inf. de evict. l. ult. inf. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* Harmenop. *lib.* 2. *tit.* 11. Vnde recta videtur Baldi ſententia, qui in *l. cum proponas, C. de naut. fœn.* ſcribit, publicata ſeu proſcripta navi ſcapham, tanquam ſeparatum quid, non intelligi proſcriptam, quod & Stracha *tract. de nav. p.* 2. *n.* 12. probat, eo quod & alias in pœnis mitius & anguſtius procedimus.

(*d*) Con-

non eſt, quod parvi referat, liber an ſervus, proprius an a *alienus, pupillus an major præſiciatur. Obligant enim omnes hi eum qui præpoſuit exercitoria actione, quoniam ſibi imputare poteſt qui eorum opera utitur.* l. ſed etſi quis. §. parvi. inf. de inſt. act. *Sic etſi minor procura-* b *torio nomine circumſcriptus ſit, imputari debet hoc domino, qui tali negotia ſua commiſit.* l. cum mandato. ſup. de minor. *Etenim quodcumque ejuſmodi perſonæ gerunt, voluntate domini gerere intelligendi ſunt.* l. etenim. eod. tit. *Sic & Paulus lib.* 18. *ad edictum;* Qui juraſſe dicitur; nihil refert, cujus ſexus ætatiſve ſit: Omni enim modo cuſtodiri debet jusjurandum adverſus eum, qui contentus eo, dum deferret, fuit. l. qui juraſſe. ſup. de jurejur. *Significans quod unuſquiſque in ſui præjudicium inhabilem approbare poſſit. Prudentis igitur viri eſt, Cicerone teſte* 1. Offic. *quid in quaque re ſibi expedientiſſimum ſit conſiderare, & illis me*

Vinnius.

(*a*) Conditio perſonæ magiſtri non debuit impedire humanitatem prætoris. Nam ſive ſervus ſive homo liber adminiſtrationi alicui præponatur, ſemper is, qui eum præponit, eo animo eſſe intelligitur, ut velit in ea adminiſtratione factum præpoſiti præſtare, ne contrahentes decipiantur; utpote qui præponentis magis, quam præpoſiti fidem ſequuntur. Eſtque hoc æquiſſimum, ut quorum ex contractu commoda publice percipimus, eorum quoque in eadem cauſa factum agnoſcamus. §. 2. *ſup. eod.* & *l.* 7. §. 1. *l.* 1. *inf. de inſtit. act.* quanquam ſummo jure hæ cauſæ ad actionem adverſus alium, cum quo revera contractum non eſt, acquirendam non ſufficiunt,

(*b*) Huc etiam facit *l.* 3. §. *ult. ſup. de minorib. l. quamvis.* 40. §. *ult. cum.* 2 *ll. ſeqq. inf. ad ſenat. Trebell.* & convenit *l. ſed & ſi.* §. 1. *inf. de inſtit. act.* quippe non tam factum præpoſiti obligat exercitorem, quam electio & propoſitio ipſius exercitoris, cui ſuccurreretur, non præpoſito, ſi ob id minus exercitoria teneretur, quod v. c. impuberem præpoſuiſſet.

(*a*) Du-

me hercule, negotia noſtra concredere debemus, quorum adhuc debile judicium non eſt. Licet enim de Thob. ſcriptum ſit, quod cum eſſet minor omnibus in tribu Neptalim, nihil tamen puerile geſſerit in opere : Thob. I. a. *communiter tamen pueri puerilia tractant, ut merito à Iuſtiniano reſponſum ſit, ſecundum naturam non congruere, ut is qui ſuis rebus ſupereſſe non poteſt, ad aliena negotia adſumatur. Vnde & apud Platonem Socrates, callidorum hominum perſuaſionibus, imbecillem adhuc ætatem facillimè capi aſtruit in* Theæteto. col. 10. cir. med.

Magiſtrum autem accipimus non ſolum quem exercitor præpoſuit, ſed & eum, quem magiſter, & hoc conſultus Iulianus in ignorante exercitore reſpondit. Cæterum ſi ſcit, & paſſus eſt eum in nave magiſterio fungi, ipſe eum impoſuiſſe videtur. Quæ ſententia mihi videtur probabilis. Omnia enim facta magiſtri debet præſtare, qui eum præpoſuit: alioquin contrahentes deciperentur. Et facilius hoc in magiſtro, quam inſtitore admittendum propter utilitatem. Quid tamen ſi ſic magiſtrum præpoſuit, ne alium ei liceret præponere? an adhuc Iuliani ſententiam admittamus, videndum eſt. Finge enim nominatim eum prohibuiſſe ne Titio magiſtro utaris. Dicendum tamen erit eo uſque producendam utilitatem navigantium. Navem accipere debemus,

mus, ſive marinam, ſive in aliquo ſtagno naviget, ſive ſchedia ſit.

SVMMÆ RERVM.

1 *Procurator an ſubſtituere poſſit.*
2 *Tacens an habeatur pro conſentiente.*
3 *Præpoſitio quomodo probetur.*
4 *Dominus an teneatur de delicto familiæ.*
5 *Obligari invitus nemo poteſt.*
6 *Magiſter an ſubſtituere aliquem poſſit.*
7 *Naves ab uſu nomen ceperunt.*
8 *Schedia navis quæ ſit.*

Quem magiſter. *Illud hîc ſane mirandum eſt, quod is quem magiſter præpoſuit, obliget exercitorem. Videtur enim (ut Bald. ait) induſtria electa perſonæ, quo caſu haud parum exercitoris quis proponatur, intereſſe videri poteſt. Ingenii enim & naturæ, & induſtriæ longa inter artifices eſt differentia.* l. inter artifices. inf. de ſolut. *Quid igitur, ſi is quem magiſter præpoſuit, non æquè agendis rebus idoneus ſit Sanè, quod perſonæ induſtria electa videatur, negari non poteſt? Quamob-* 2
rem ego non aliter Vlpiani reſponſum intelligo, quam ſi paris

VINNIVS.

(*a*) Dubitandum non eſt, quin exercitor obligetur ex contractu ejus, quem magiſter ſubſtituit, etiam tunc cum minus idoneus ſubſtitutus eſt: nam, ut eſt in textu, omnia facta magiſtri præſtate debet is, qui eum præpoſuit. Cæterum ſi quid damni ob hanc cauſam patiatur exercitor, habebit eo nomine cum primo magiſtro actionem ex locato aut mandati. *hac l.* 1. §. *ſed ex contractu.* 18. *inf. Fab. in ration.* Et hoc quoque Peckium ſentire exiſtimo, quamvis ita loquatur, ut videatur negare eo caſu exercitorem ex contractu ſubmagiſtri obligari,

 (*b*) Quid

paris induſtriæ, aut ſagaciorem hominem magiſter præpoſuerit, quod & Bal. ſentit. Cæterum quod ſcientia exercitoris, & conſenſus hoc caſu minimè attendatur, magis
b *mirum videri poſſet: ſed hoc ideo receptum eſt, ne contra-*
1 *hentes deciperentur. Qui igitur ad negotia utiliter procurator datus eſt, ſubſtituendi quoque poteſtatem accepiſſe videtur: ea tamen moderatione, ut æque petitum ſubſtituat.* l. ſi procuratorem. §. 3. inf. manda.

c Si ſcit & paſſus eſt. *Qui enim tacet cum contradicere poteſt*

V I N N I V S.

(*b*) Quid ergo ſi procuratorem non æque peritum ſubſtituerit? tenebitur, nimirum domino hoc nomine actione mandati. *d. l. ſi procuratorem. §. 3. inf. mand.* Illud obiter hîc nota, poſſe procuratorem ad negotia ſuo loco alium procuratorem ſubſtituere; at procuratorem ad judicia datum non poſſe alium procuratorem ad agendum ſubſtituere, niſi poſt litem conteſtatam, *d. l. ſi procuratorem. §. 3. l. 8. l. neque tutores. 11. in fin. C. de procur. l. ſi quis. 28. ſup. de neg. geſt.*

(*c*) Sunt caſus, in quibus lex manifeſtum diſſenſum requirit: ſunt, in quibus conſenſum & voluntatem expreſſam. In illis, qui tacet, non patitur modo, ſed etiam velle intelligitur. *l. 1. §. 3. inf. de tribut. act. l. qui patitur. 18. inf. mand. l. 5. C. de nupt. & hoc text.* In his contra nolle cenſetur, & pro invito habetur, qui aperte non conſentit. *l. 8. §. 1. ſup. de procur. l. 5. ſup. de ſerv. præd. urb. Pet. Fab. in l. 4. inf. de reg. jur.* Si ab exercitore præpoſitus magiſter alium navi præpoſuerit, idque ſciens exercitor paſſus ſit, eum magiſterio in nave fungi, perinde habetur ac ſi ipſe eum præpoſuiſſet, ac proinde ex hujus quoque ſubmagiſtri contractu tenebitur exercitoria in ſolidum, ut hîc. Quod ſi ſervus aut filiusfamilias ſciente tantum domino aut patre navem exercentes magiſtrum impoſuerint, nomine ejus, quod cum magiſtro contractum erit, dominus & pater non in ſolidum exercitoria convenientur, ſed tributoria duntaxat; niſi etiam expreſſa eorum intervenerit voluntas: ut vero teneantur inſtitoria, ne voluntas quidem ſola ſufficit, ſed requiritur expreſſa præpoſitio. *§. ſi. is qui. 19. & ſeq. inf.* ubi hæc fuſius explicamus.

(*a*) Putat

poteſt, in ſui præjudicium conſentire videtur. Sic ſi loca- 2
tor colonum, finito conductionis tempore, in conductione
remanere patiatur, eo anno quo tenuit, abſque cauſa le-
gibus comprehenſa, l. æde. C. locat. *expellere colonum*
non poteſt, & ita Vlp. lib. 33. ad edictum ait. l. item. §.
fin. inf. d. tit. *Sic ſi patre ſciente in decurionem filius*
aſſumptus eſt, in ſui præjudicium conſentire pater cenſe-
bitur: l. honores. inf. de decurion. *& proinde quicquid*
in Repub. filius geſſit, pater ut fidejuſſor præſtabit. l. 2.
inf. de mu. & hon. *Sic denique & filia, quæ præſens*
& tacens patrem de dote experiri patitur, conſentire vi-
detur, & poſtmodum contradicere non poteſt. l. 2. §. vo-
luntatem. inf. ſolut. mat. *Dicet aliquis, cum exerci-*
toris prohibitio magiſtri præpoſitionem, ut Vlp. ait. mi-
nimè impediat, & ignorans obligetur: quid opus eſt hoc d
loco obſecro de patientia, ſcientiaque ejus ſupervacaneè
aliquid comminiſci? Vt ſcilicet cum ipſe eum impoſuiſſe
videatur, ex præpoſiti facto actiones adverſus exercito-
rem inſtituantur. Sed & quod contradictione præpoſitio-
nem impedire non poſſit, indiſtinctè verum non eſt, ſed tunc
ſolum, cum magiſtrum ipſum in officio adhuc permanere
patitur. Igitur ſi evocaverit mandatum exercitor, præ-
poſitio à magiſtro facta corruere debet. Clarum eſt ergo 3
hic, præpoſitionem alicujus magiſtri vel inſtitoris factam,
non ſolum expreſſa domini voce, ſed etiam ex ſcientia &
patientia illius metiri poſſe. Vnde in eo quod dicitur, nun-
quam

V I N N I V S.

(*d*) Putat Coſtalius hanc Iuriſconſ. tractationem non alio pertinere, quam ut oſtendat, cum quæritur, quomodo probetur magiſtri præpoſitio, eam rem metiendam eſſe non ſolum ex voce domini expreſſa, ſed etiam ex ſcientia & patientia illius; quod etiam in inſtitore obtineat. *l. ult. inf. quod cum eo &c.* ſed fallitur. vide *lit. præc.* & quæ notamus *inf. ad §. ſi is qui. 19. & ſeq.*

(*e*) Et

4 *quam dominum de facto familiæ appellari & teneri, niſi circa id negotium familia deliquerit, cui ipſe præpoſitus eſt, præpoſitio ſatis adimplebitur, ſi probetur, non quidem nominatim à domino quem præpoſitum, ſed illum patiente & ſciente domino geſſiſſe* l. 1. pr. & §. 3. inf. de tribut.
e *quod & Coſtalius noviſſime hic tradidit.*

Omnia enim facta &c. *Quid enim intereſt, per ſe exercitor, an per eum quem ipſe ſubſtituit, contractum ineat?* arg. l. 1. §. dejeciſſe. inf. de vi. & vi arm. *Quemadmodum igitur ex ſuo contractu obligatur, ita & eum contractum qui à magiſtro factus eſt, ſuſtinere debet. Qui enim aliquem præponit, is clara & aperta voce dicere videtur*, Hunc ego præpoſui qui volet, cum eo contrahat. Theoph. §. 1. Inſti. Quod cum eo, qui in alie. poteſt. &c.

Ne alium liceret præponere. *Prohibitio itaque exercitoris hoc caſu nihil operabitur, ſed etiam contra prohibitionem & involuntarius obligabitur. Cæterum, ſi generalem contractuum obligationumque naturam conſideremus, ſecundum quam invitus nemo contrahere tenetur,*
5 l. invitus. C. de contrahen. emp. *ſed conſenſus pro forma requiritur.* l. conſenſu. inf. de act. & ob. *an ne dura admodum & nimii rigoris Vlpian. hæc deciſio videbitur? Extat quoque Iuſtiniani Imp ad Ioannem præfectum*

VINNIUS.

(e) Et idem Coſtalius in *l. 1. ſup. naut. caup. ſtab.* ubi ad quæſtionem hanc, an aliquis ex facto familiæ ſuæ teneatur, reſpondet, non alias eum teneri, quam ſi vel familiam præfecerit ei muneri, cui ipſe præpoſitus erat, vel niſi qua ejus culpa redargui poſſit, quod probant textus in *d. l. 1. §. 3. & l. ult. pr. ſup. naut. caup. ſtabul. l. ſi vendita. 11. inf. de peric. & comm. rei vend. l. videamus. 11. pr. inf. locat. l. 1. pr. & §. familiæ. ubi & Bart. inf. de publican. DD. in c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpoliat. Afflict. deciſ.* 82.

(f) Iure

ctum Prætorio reſponſum, l. fi. C. de negot. geſt. *quo manifeſte definit, quod ſi nolente & ſpecialiter prohibente domino, alicui rei quis ſe immiſcuerit, etiam de rebus poſt denunciationis tempora rectè geſtis, nullam adverſus dominum actionem concedi. Sed & cum Vlp. ipſe præpoſitionem certam legem contrahentibus dare adfirmet.* in §. igitur, inf. ea. l. *nulla ratione contra prohibitionem obligari poſſe dominus videtur. Movet quidem hæc argumenta Albericus Roſates hic. ſed inſoluta oppoſitione ſiccatis labiis & tanquam amelem angulum, ut in proverbio eſt, pertranſit. Comenſis quoque argumenti difficultatem profitetur*, in §. ſi plures. inf. ea l. *ſed delicatorum palato ſatisfacere non poteſt. Ego ſanè Iuſtiniani reſponſum cum hac noſtra lege conciliari ſic poſſe exiſtimo, ut dicamus, quod illud reſponſum generaliter quidem verum ſit, & pro regula traditum. Quod autem hic dicitur, ſpeciali jure ob* f *navi-*

V i n n i v s.

(*f*) Iure ſingulari in exercitoria receptum, ut poſſit magiſter ſubſtituere etiam contra voluntatem & prohibitionem domini: idque neceſſitatis cauſa admiſſum eſt, propterea, quod non debent decipi, qui cum magiſtro navis, quiſquis ille ſit, contrahunt ignari conditionis ejus, de qua ut inquiratur, ſæpe nec locus nec tempus patitur, ut *hîc, & ſup. in pr. h. l. fac. l. un. inf. furt. adv. naut.* Itaque quod dicitur formam præpoſitionis diligenter ſervandam eſſe à præpoſito. §. *igitur.* 12. *inf. hac l.* tranſimus, ſi forma illa captioſa eſt. qua eadem ratione Baldus in *rubr. C. h. t. col.* 2. & Bartolus in *l. in cauſa.* 27. *ſup. de procur.* valere negant hujuſmodi conſtitutionem procuratoris, ut non niſi de iis teneatur dominus, quæ bene & utiliter procurator geſſerit: quoniam ſcilicet talis conſtitutio captioſa foret. Valeret autem præpoſitio ſub hac forma, ne alter gerat ſine alterius conſilio. §. *ſed & ſi.* 14. *inf. hac. l.* ſi modo ille, cujus conſilium exquiri debet, particeps eſſe poſſit officii mandati: alias & hæc forma contemni poterit. *l. illa autem.* §. *Iulianus.* alias incipit, *quidam decedens. inf. de adminiſtr. tut.*

navigantium utilitatem recepto. Solutio igitur facilis eſt, & ex ipſis Iureconſultorum fontibus prolata. Cum enim interdum locus & tempus non patitur plenius deliberandi conſilium, ut ne de ejus quidem perſona qui præpoſitum ſe aſſerit, inquirere poſſimus, multo verò minus utrum conſentiente exercitore præfectus ſit, vel non conſtituere magiſtrum, vel conſtituto ſubſtituendi poteſtatem concedere debet, & non niſi in totum revocato magiſtro, quicquam operari ejus prohibitio poterit. Vt igitur multa ſunt in jure, ex amicitia, odio, affinitate, maxima excellentiâ, conſtituta, quibus à generalibus regulis receſſum eſt, ita & hic ex negotij qualitate: ut ſi neceſſitas ſuadeat, vel periculum ſit in mora, vel abſurdum aliquid conſequatur, reſve ad eum caſum deveniat, quem maximè author abominetur. Alciat. ad Rubric. tit. de verb. ſignifi. *Porrò quod Vlp. ait, præpoſitionem certam legem contrahentibus dare: ad ea tantum referendum exiſtimo, quæ utriuſque contrahentium voluntate in contractum deduci, & modum præpoſitionis conſtringere poſſunt, ut ſcilicet ſolum vel vecturas exigat, vel armamentis emendis, vel* g *vendendis mercibus, magiſter præponatur. Quibus reſtrictionibus limitata & in anguſtum reiecta præpoſitione, modum egreſſus, non obligat exercitorem. Porrò quod per magiſtrum ſubſtitui alius non poſſit, (ut dictum eſt) contrahentium voluntate fieri non poteſt: cum non de privata ſolum eorum utilitate, ſed de publico primariè commodo*

VINNIUS.

(g) Nimirum quia non ex omni cauſa ex contractu magiſtri obligatur exercitor; ſed ex eo duntaxat negotio, quod geſtum eſt ejus rei gratia, cui apparet magiſtrum præpoſitum eſſe; quod examinare atque ex lege & forma præpoſitioni data æſtimare debent, qui cùm præpoſitis officio alicui contrahunt. §. *igitur præpoſitio.* 12. *inf. h. l.* 1. *l. ſed ſi pupillus.* §. *conditio. inf. de inſtit. act.*

(*h*) Et

modo agatur, quod omnibus aliis anteferri debet, & privatorum pactis mutari non poteſt. l. Ius publicum. ſup. de pact *Verùm aliud fortaſſe dicendum erit, ſi ad perpetuam perſonæ ſuæ præſentiam aſtringere ſe, eamque ob cauſam ſubſtituendi poteſtatem rejicere velit: quo caſu conventio ſuſtineri poſſe videtur, eâ tamen moderatione, ut vel febribus, vel alio morbo, vel caſu legitimè impedito magiſtro, vel navis minimè exerceatur, ne contrahentes cum his qui præpoſiti non ſunt, decipiantur: vel ſubstituendi poteſtas, ne publica utilitas detrimen-* 6
tum accipiat, minimè impediri poſſit.

Navem autem. *Ab uſu naves varias appellationes acceperunt: & fluviatiles quibus per fluvios merces circumferimus, aut ipſi circumvehimur, hoc eſt, quibus ſuper fluviis ipſis utimur, commodi noſtri cauſa, quemadmodum etiam marinæ & maritimæ à Iureconſulto dictæ. Onerariæ item, quibus ad onera huc atque illuc geſtanda, tam ſuper ipſo mari, quam ſuper fluminibus utimur. Harum autem nonnullæ à rebus quas geſtant, nomina mutuantur: unde palearum navem dixit Cicero primo de finibus, qua vehitur venditurque palea. Sic & frumentariam Cæſar tertio de bello civili;* Nocturno itinere non intermiſſo, comitatu equitum triginta, ad mare pervenit, navemque frumentariam conſcendit. *Sic & carbonariæ, farinariæ, lutariæ, aquariæ, vinariæ naves dicuntur. Aliæ à miniſterio aut officio, ut bellicæ, aliæ à forma, ut longæ, tectæ, conſtratæ, nomen accipiunt, ut latiſſimè ex Bayſio percipere poſſumus.*

Synedria. *Navis erat genus quæ ſpatiandi gratia pararetur, & in qua ſedilia fabricata erant. Budæus verò hic,* ſchedia, *legendum exiſtimat. Dicitur autem ſchedia latine ratis, id eſt, navigium temerè factum & incondi-*

tum, ut trabes connexæ & ſine fabrica compactæ, quæ h *navigii vicem præbent. Feſtus, Schedia, inquit, genus navigii inconditum, id eſt, trabibus tantum inter ſe nexis factum: unde mala poëmata ſchedia appellantur. Schedios dicitur à Græcis extemporaneum, id eſt, quicquid inelaboratum, quicquid temerè factum eſt, nec ſatis confectum quod* ἀπεσχεδιασμένον *dicitur. Adſtipulatur autem huic ſententiæ & Alc.* lib. 2. prætermiſſor. ad explic. l. ligni. §. lignorum. inf. de legat. 3. *Ita enim ait:* σχέδια naviculæ ſunt è trabibus inconditæ in quibus ligna vehuntur.

Non autem omni ex cauſa Prætor dat in exercitorem actionem, ſed ejus rei nomine, cujus ibi præpoſitus fuit, id eſt, ſi in eam rem præpoſitus ſit: utputa ſi ad onus vehendum locatum ſit, aut aliquas res emerit utiles naviganti, vel ſi quid reficiendæ navis cauſa contractum, vel impenſum eſt, vel ſi quid nautæ operarum nomine petent. Quid ſi mutuam pecuniam ſumpſerit, an ejus rei nomine videatur geſtum? Et Pegaſus exiſtimat, ſi ad uſum ejus rei, in quam

VINNIVS. præ-

(*h*) Et quin cum Budæo ita legendum ſit, nemo nunc dubitat. *Synopſ. Attaliat. tit.* 48. πλοῖον ἐστὶ καὶ τὸ θαλάσσιον, καὶ τὸ ποτάμιον, καὶ τὸ ἐνυδρεργαστίῳ, καὶ ἡ σχεδία. σχεδιῶν meminit *Diod. Sic. l.* 5. *biblioth.* & 10. *Thucyd. lib.* 6. *Polyb. lib.* 3. Eſt autem σχεδία auctore Suida, ἡ ἐκ τῶν παρατυχόντων πεποιημένη ναῦς, ratis tumultuariæ ac ſubitariæ operæ. Ponitur & pro ponte tumultuario, eodem auctore. συνεδρεία autem pro genere navis poſitum nuſquam reperi. Varias navium appellationes & varia genera habes apud *Gell. lib.* 10. *c.* 25. *Bayf. de re naval.*

(*a*) Igi-

præpoſitus eſt, fuerit mutuatus, dandam actionem, quam ſententiam puto veram. Quid enim ſi ad armandam, ſive inſtruendam navem, vel nautas exhibendos, mutuatus eſt? Vnde quærit Ofilius, ſi ad reficiendam navem mutuatus, nummos in ſuos uſus convertit, an in exercitorem detur actio? Et ait, ſi hac lege accepit, quaſi in navem impenſurus, mox mutavit voluntatem, teneri exercitorem, imputaturum ſibi cur talem præpoſuerit. Quod ſi ab initio conſilium cœperit fraudandi creditoris, & hoc ſpecialiter non expreſſerit, quod ad navis cauſam accipiat, contra eſſe, quam diſtinctionem Pedius probat. Sed & ſi in pretiis rerum emptarum fefellit magiſter, exercitoris erit damnum, non creditoris. Sed & ſi ab alio mutuatus, liberavit eum qui in navis refectionem crediderat, puto etiam huic dandam actionem, quaſi in navem crediderit.

SVMMÆ RERVM.

1 *Mandati fines diligenter cuſtodiendi.*
2 *Famulo cum carnibus emptis fugiente, an dominus teneatur.*
3 *Voluntatis mutatio quomodo probetur.*
4 *Civitati mutuum dans, quid probet.*
5 *Mutuum dans in navis uſum, cæteris creditoribus præfertur, & quare.*

Quod

Quod non omni ex cauſa Prætor in exercitorem actionem dat, ſed ejus rei nomine cujus ibi præpoſitus eſt magiſter tantum, mirum fortaſſe alicui videbitur, qui ad priorem atque præcipuam exercitoriæ actionis rationem reſpicere volet. Interdum enim ignari cujus ſint conditionis, & ad quid præpoſiti, cum magiſtris ipſis propter navigandi neceſſitatem contrahimus, ubi tamen, & quando ſæpius nec tempus nec locus admittit plenius deliberandi conſilium. Quapropter & præcipuè cum contrahentes (ut author eſt Domitius Vlp. in l. ſed & ſi pupillus. §. item. inf. de inſtit. act.) decipi non debeant: an non obſecro æquum eſt, omnia magiſtri facta exercitorem præſtare
1 debere ? l. diligenter. inf. mand. Non ignoro profectò mandati fines diligenter cuſtodiendos eſſe, & ſi procurator ad unam ſpeciem datus, officium ſuum egreſſus ſit, nullum domino præjudicium generari. l. ſi procurator. C. de procur. Neque etiam me latet, præpoſitionem certam legem contrahentibus dare: verum ab æquitate Prætoris oculos deflectere non poſſum, qui loci temporiſque inquirendi rationem perpendit. Igitur, ſi æquitas hoc loco eadem verſetur, cur ante omnia eadem conſtitutio obtinere non debeat, non video. §. igitur. inf. ea. l. Extat quoque Iulij Pauli reſponſum, l. fi. quod cum eo. huic traditioni (ut videtur) planè & ex directo contrarium, quo manifeſtiſſimum evadit, & contra præpoſitionis legem, dominum teneri. Sed & cum Vlp. hic ait, exercitorem nautas dolo culpaque carere debere præſtare, mirum utique non immerito videtur, cur de dolo eo caſu non teneatur, quo in aliam cauſam periculo contrahentium officium exercent ? Sanè in hac re æquitatem utrinque inſpicio, ſed in ipſam rem penitius paululum intuenti, maior ſe animo noſtro infundit, quæ pro exercitore militat æquitas. Ne-

mo

mo enim eſt (niſi me mea ſallat opinio) tam præcipitis conſilii, qui ſi cum aliquo contrahere velit, ignoret in quam rem præpoſitus ſit, quo cum agendum eſt. Etenim ob eam ipſam rem cum eo contrahit; quamvis interdum accidat, ut tempus pleniſſimum deliberandi ſpatium minime admittat. Si igitur ex aliquo rogitet, ad quid præpoſitus ſit Titius: facile, mehercule, percipiet num merces emere, vectores trajicere, vel naves locare conſueverit. Quibus utcunque & ex vulgari hominum opinione perſpectis, ſi in aliam cauſam non oſtenſo mandato, præfectum ſe magiſter aſtruere velit: fraus utique & dolus (qui ex conjecturis probari ſolet l. dolum. C. de dolo. *) præſumitur, ſibique acceptum ferre poteſt, qui mendaci fidem adhibuit. Exemplo res manifeſtior evadit. Quid ſi Ziricæam venero in Angliam deinde abiturus. Conſpiciens vero navem in portu ſtationibus quidem adhuc detentam, ſed navigationi paratam. Quis dubitat obſecro quin antequam ingrediar, inquiram quo curſum intendat? quo deſtinavit iter? & in quam rem vulgi opinione magiſter præpoſitus videatur? Si quis igitur reſpondeat in Hollandiam abire navem ſolitam, alioque iter tendere non poſſe: Stultiſſimus ne ero omnium ſi magiſtro in Angliam ſe iturum promittenti fidem adhibuero? Profectò cum Vlp. dicit improbum eſſe genus hominum nautas, merito mihi imputari poterit, qui impuriſſimi hominis verbis fidem dedi. Quam ſit igitur iniquum contra præpoſitionis legem præponentem obligari, tanquam in ſpeculo manifeſtè conſpicitis. Quid enim ſi magiſter ſuo nomine mutuum contrahat? Quid ſi incautè mercetur, qui vectoribus tantum* a

VINNIUS.

(*a*) Igitur caute creditores agere debent; recteque fecerint, ſi & ipſum genus commiſſionis vel officii expendant, conditionemque perſonæ quoque ejus, cum quo contrahunt, examinent,

conducendis præfectus eſt? Quid ſi perdat, profundat & diſſipet omnia? Igitur præpoſitio dat certã legem contrahentibus, cujus limites egredi non licet. Porrò quamvis nulla contra exercitorem actione contrahentes juvari poſſint: cum ipſo tamen magiſtro experiri non prohibentur, qui dolo contrahentem circumvenit. Quam parum autem quod à Iulio Paulo reſponſum eſt, huic ſententiæ offendiculum exhibeat, ex ipſa eâdem lege haud difficulter colligi poteſt, quæ ait, ea ratione contra dominum prolatam ſententiam eſſe, quod dominus id facere ſolitus
2 *erat. Rectè itaque Alberi. in* d. l. fi. *conſequi ex eo exiſtimat, quod ſi ſub fide carnes emere is dominus ſolitus ſit, qui ad recipiendas carnes famulum præpoſuit: ſervitore etiam cum carnibus aufugiente, tenebitur: quia ſcilicet ſub fide emere conſuevit.*

Muta-

V i n n i u s.

minent. *l. qui cum alio.* 19. *& ibi Decius, de reg. jur. Coſtal. ad l. cuicunq. §. ſed & cum fullo. inf. de inſtit. act.* Utique enim iniquum eſſet, obligari præponentem ex contractu præpoſiti ejus rei nomine, in quam præpoſitus non eſt. Si cum villico alicujus contractum eſſet nemo diceret in dominum dandam actionem: quia villicus propter fructu percipiendos, non propter quæſtum præponitur. *l. ſi cum villico.* 16. *inf. de inſtit. act.* Plane ad ea quoque præpoſitio extenditur, quæ ſæpe incidenter & per conſequentiam rei principaliter commiſſæ veniunt. Unde ſi verbi gratia navis reficienda aut inſtruenda ſit, & magiſter in eam rem pecuniam mutuetur, actio in exercitorem dabitur. *hoc text. & l. ult. inf. eod.* quia & hoc non permiſſum modo, verum etiam magiſtro commiſſum in conſequentiam intelligitur. *arg. l. 2. ſup. de juriſd. l. ad rem mobilem.* 56. *l. ad legatum.* 62. *ſup. de procur. Ant. Fab. in rational.* Secundum ſtatuta veterum civitatum Hanzaticarum non licet magiſtro navis ſumpto fœnore nautico carinam obligare, *Zijn ſchip met bodemerye belaſten,* eo loco ubi degunt exercitores. In regione autem peregrina id facere etiam ſine mandato poteſt, ſi hoc exigat navis & mer-

cium

Mutavit voluntatem. *At quî probabitur ſubitanea hæc mentis mutatio? Plerique* Bal. & Alberic. hic. *crediderunt ad jusjurandum confugiendum eſſe, & ab eo exigendum, qui mutandæ voluntatis arbitrium habuit. Etenim quamvis ſecundum communes regulas, mutare conſilium non liceat in alterius detrimentum :* cap. mutare. de reg. jur. lib. 6. & ibi. dixi. *tenebitur tamen hoc caſu exercitor, ſibique imputare poterit qui talem præpoſuit. Non eſt igitur tunc relatæ juris regulæ locus, cum is contra quem variatio proponitur, de culpa aliquatenus redargui poteſt.* l. ſi ſterilis. §. fi. inf. de act. empti. *ut meri-* 3

to,

Vinnius.

cium conſervatio, & neque fide exercitorum pecuniam ſibi collybo parare queat, *gelt op wiſſel op Zijn reders krijgen*, nec bona habeat in navi, quibus venditis periculum averti poſſit, minore cum detrimento exercitorum, quam per bodemeriam. *art. ult. naut. leg. vet. civit. Hanſat.* ſed junge omnino *art. 19. ordinant. op de aſſeurant.* & *art. 12. plac. van ſchipp. en coopluyd.* item *art. 35. 41. 69. 70. leg. naut. Wisb.* Et hoc caſu, quod mirum eſt, *gaet den jongſten bodemerie-brief voor andere gelijcke brieven*, noviſſimum pecuniæ nauticæ inſtrumentum præfertur aliis ſimilibus inſtrumentis, ſi concurrant plures, qui inſtrumenta nautici fœnoris diverſi temporis habeant. quoniam per illam poſtremam pecuniam factum eſt, ut navis ex portu abierit. Quod ſi diverſi creditores pecuniam nauticam dederint non nautæ, ſed mercatori ſub obligatione mercium, quibus navem oneravit, inter eos nullum jus eſt prælationis ratione temporis; ſed omnes pares habentur & ſimul concurrunt. ita Amſtelod. in camera fœnoris nautici ſervatur. Aliud inſtrumentum eſt, quod apud nos appellatur *den byl-brief*, nempe inſtrumentum pecuniæ creditæ in navem extruendam & inſtruendam : *ende ſulcken brief gaet voor bodemerie-brief*, quod eſt inſtrumentum fœnoris nautici. Unde fit, ut creditores, qui pecuniam dant *op bodemerye*, ſæpe incidant in damnum, *te weten alſſer een byl-brief is*, quod creditorem tempore pecuniæ creditæ latebat.

(*b*) Si

to, ſuo jumento ſibi malum accerſere (quod in adagio eſt) dici poſſit, ad quod in Heroidum epiſtolis alluſit Ovidius;

Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires.
Heu patior telis vulnera facta meis.

Sufficiet itaque ad mutui repetitionem, prima hæc mentis intentio, quodque bona fide in navis refectionem utilitatemve creditum eſt, ut tunc tandem communi regulæ locus ſit, quod in creditoris detrimentum, cui juſtè aliquid imputari nequit, animum mutare magiſter non poterit. Rectè igitur ab Africano reſponſum eſt, in l. fi. inf. eo. *non oportere creditorem ad hoc aſtringi, ut ipſe reficiendæ navis curam ſuſcipiat, & negotium domini gerat. Quod* b *certè futurum eſt, ſi neceſſe habeat probare, in refectionem pecu-*

VINNIUS.

(*b*) Si adminiſtrator civitatis cum ſpeciale mandatum non haberet, pecuniam mutuam nomine civitatis ſumpſerit, obligatur civitas mutui datione, ſi ad utilitatem ejus pecunia verſa ſit. *l. civitas.* 27. *ſup. de reb. cred.* & licet ad fundandam actionem exercitoriam aut inſtitoriam ſatis ſit creditorem docere pecunia in eam rem, in quam credita eſt, opus fuiſſe. *l. ult. inf. hoc tit.* tamen in civitate ſingulari jure receptum ut hoc non ſufficiat, ſed creditor teneatur probare pecuniam in rem civitatis verſam eſſe *d. l. civitas.* idemque obtinet in pecunia credita adminiſtratori rerum eccleſiæ. *auth. hoc jus porrectum. C. de SS. eccleſ. Nov. de alien, & emphyt.* 120. *c.* 6. *in fin. Zaſ. Coſtal. Buſ. poſt Bart. & alios in d. l. civitas. Cujac. in l. ult. hoc. tit. tract. ad Afric.* 8. & in perſpicuo errore verſantur, qui ſecus ſentiunt, ut *Decius in d. l. civitas. Pet. Chyn. in d. l. ult.* Diverſa enim ſunt, probare opus eſſe pecunia ad rem aliquam, quod ſatis eſt in aliis negotiis. *d. l. ult.* & probare pecuniam re ipſa in rem civitatis eſſe verſam, quod in ſpecie *d. l. civitas.* creditori probandum eſt, *d. Nov.* 126. *c.* 6. *diff. Duar. c.* 2. *in h. t.* Admittendæ tamen hîc fortaſſis quædam præſumptiones & conjecturæ cum Peckio hîc, & Zaſio in *d. l. civitas. n.* 11. Quod ſi civitas quæſtuariam artem exerceat; ceſſare privilegium, & locum eſſe *l. ult.* 5. *h. t. poſt Bald.*

pecuniam erogatam eſſe. Qua ratione & eum qui civitati 4
mutuum credit, aliud nihil probare debere quamplurimis in l, civitas. ſup. ſi cert. pet. *placuit, quam quod contractus tempore pecunia egeret civitas. Quorum ſententia in privatis debitoribus certa eſt, ſed in privilegiatis, qualis eſt civitas, contra eſſe cum nonnullis Loriotus exiſtimavit.* ibi, & eſt gl. in §. ſi verò quis. in auth. de alienat. & emphyt. *niſi contrariis præſumptionibus aliud perſuadeatur, ut ſi adminiſtrator probatæ fidei ſit, ſi de modica ſumma agatur, ſi civitatis neceſſitas poſt mutuum ſtatim fuerit ſublata, vel ſi alia ſimilis neceſſitatis præſumptio haberi poſſit. Nihil his obſtat quod Vlp. ait,* in. l. ſed Iulianus. §. proinde. inf. ad Macedo. *poſtremam mutuum accipientis intentionem conſiderandam eſſe. Loquitur enim cũ filiusfamilias ſuo nomine mutuum accipiens, mutato propoſito idem in rem patris vertit. Vnde cum Pomponio teſte, in* l. Iure naturæ. inf. de reg. jur. l. 3. §. ex furtiva. inf. de pecul. *jure naturæ æquum ſit, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem, optimè profectò atque æquiſſimè à conſultis reſponſum eſt, ultra Macedoniani Senatuſconſ. conſtitutionem, pœnas non evagari, ſed quod de in rem verſo actio competat. Cæterum maiorem his difficultatem ſequentibus verbis ingerit Vlp. dum ait. in* l. 3. §. ſed ſi ſervum. inf. de in d
rem

Vinnius.

Bald. in rubr. C. eod. & alios in d. l. civitas. tradit Coſtal.

(c) Cum quæritur, an pecunia in rem patris verſa ſit, non conſilium filii de vertenda in rem patris pecunia, ſed eventum ſpectandum eſſe dictat ipſa ratio.

(d) In editionibus, quibus nunc vulgo utimur, eſt §. 9. *l.* 3. *de in rem verſ.* qui incipit, *Sed ſi ſic accepit.* Nihil autem admodum difficultatis hic locus habet, parvoque negotio cum aliis conciliari poteſt. Intereſt enim qua actione creditor experiatur: ſi exercitoria aut inſtitoria, ſufficit

rem verſ. *Si ſervus ſic accepit, quaſi in rem domini verteret, nec vertit, & decepit creditorem, non videtur verſum, nec tenetur dominus, ne credulitas creditoris domino obeſſet, vel calliditas ſervi noceret. Cæterum communis opinio Doctorum eſt, qui antinomiam hanc placare conantur, quod in eo caſu quem Ulp. depingit, ad mutuum recipiendum mandatum ſervus nullum habuerit, ut merito mirari deſinas, ſi ex mutuo dominum obligare non poſſit.* Bar. Fulgo. Alberi. hic, & idem Alber. in d. l. §. ſed Iulianus. *An ne igitur ulla in creditore diligentia requiritur? Ita, mehercule, dicendum eſt. Nam ſi ab initio conſilium cœperit fraudandi magiſter, & hoc ſpecialiter non expreſſerit, quod ad navis cauſam accipiat, in exercitorem actio non dabitur. Africani igitur præcepta creditorem obſervare oportet, quæ hæc ſunt.*
e *Quod ſciat navem in ea cauſa eſſe, ut refici debeat quod credat*

VINNIUS.

ficit doceri pecuniam creditam eſſe v. c. in neceſſariam navis refectionem aut mercis comparationem. *l. ult. inf. hoc tit.* ſi vero actione de in rem verſo, quæ & ſola competit quibuſdam caſibus *l. 1. §. 1. l. 14. l. 19. in fin. inf. de in rem verſ.* Et cum exercitoria inſtitoriaque elective concurrit. *par. cæterum. Inſt. quod cum eo* &c. talis probatio non ſufficit: nam qui intendit pecuniam in rem domini verſam eſſe, utique etiam probare debet revera verſam eſſe, & ſibi imputare debet, quod alia actione, qua facilius ſuum conſequi potuiſſet, expertus non ſit. *d. par. cæterum.* Illud autem, quo movetur Iuriſconſultus in *d. l. 3. par. ſed ſi ſic accepit.* nempe ne credulitas creditoris domino obſit, vel calliditas ſervi noceat, exercitoria aut inſtitoria agenti & contendenti ſe ex voluntate domini utique tacita, pecuniam credidiſſe, objici non poteſt: ac ne omnibus quidem agentibus de in rem verſo; ſed iis duntaxat, qui ſine voluntate domini crediderunt, ſolam ſervorum fidem ſecuti.

(e) Ad hoc tamen creditor non adſtringitur, ut ipſe curam reficiendæ navis ſuſcipiat, probetve pecuniam in refectionem erogatam eſſe *l. ult. inf. hoc tit.* Quod

eredat in eam cauſam contrahi, *& quod exprimat refectionis gratia mutuum ſe credere. Etenim aliqualem diligentiam adhibere debet*, *ne merito culpa ei imponi poſſit*, Fulgo. hic in fi.

Sed & ſi in pretiis &c. *Sed & hoc loco diligentiam* f
in creditore requiro, nec alias eum excuſari crediderim, quam ſi juſta credulitate defendere ſe potuerit. Quid enim ſi in ea cauſa navis ſit, ut velo novo indigeat, quod ad ſummam æſtimationem relatum, *viginti Carolinis comparari poſſit? Quid ſi eam in rem à creditore centum mutuo petat magiſter? Excuſari utique hoc caſu non poterit creditor*, *qui non parvo labore*, *ſed ex ipſo naturali judicio facillimè ſcire poterat*, *tantum æris eam in rem minimè expendi. Sibi igitur, qui plus quam ei rei ſufficeret*, *mutuum credidit*, *temeritatem ſuam acceptam ferre poteſt.* arg. l. qui hominem. inf. de ſolu.

Sed & ſi ab alio &c. *Succedet igitur in ejus locum qui ad reficiendam navem mutuum dedit*, *poſterior creditor. Quo fit, ut quemadmodum ipſa navis in cujus re-* g
fectionem

VINNIUS.

Quod ſi magiſter ſpeciale mandatum habeat de pecuniis mutuo ſumendis, tum creditor ne ad illa quidem adſtringitur, quæ exigit Africanus in *d. l. ult.*

(*f*) Sic cum Peckio verba juriſconſulti temperanda eſſe conſtat ex *d. l. ult. hoc tit.* Adde & hoc, exercitoris damnum non eſſe, niſi in eo loco credita ſit pecunia, ubi id, propter quod creditur, comparari poteſt. *d. l. ult. par.* 1. *Ant. Faber in rational.* verba hæc, *ſi in pretiis fefellit magiſter*, ſic interpretatur, ſi ſe ipſum fefellit, id eſt, à venditore deceptus eſt. ſed repugnat uſus verbi *fallo*, quod Latinis non ſignificat decipior; ἀπαλάομαι, ſed decipio, fraudo, ἀπαλάω. Græci in Baſil. εἰ δὲ καὶ εἰς τὰ τιμήματα ἀπατηθῇ.

(g) Opinio hæc fere communis eſt, etiam eum, qui in navem armandam aut reficiendam cre-

5 *fectionem creditum eſt, priori creditori tacitè obligata fuit, ita & huic quoque qui ut creditori ſolvatur, pecuniam dedit, quo nomine & cæteris creditoribus præferri debebit*

VINNIUS.

credidit, jus tacitæ hypothecæ habere: *arg. l.* 1. *inf. in quib. cauſ. pign. tac. l.* 5. *l.* 6. *inf. qui pot. in pign. nov.* 97. *c.* 3. Sed an ea opinio juri civili Romanorum conſentanea ſit, valde dubito: omnes enim tacitæ hypothecæ nominatim legibus conſtitutæ ſunt: nulla autem lex hujus hypothecæ meminit. Datum quidem eſt pecuniam credentibus ad navem inſtruendam vel reficiendam perſonale privilegium exigendi; quo hoc conſequuntur, ut aliis creditoribus chirographariis, tale privilegium non habentibus præferantur. *l. qui in navem.* 26. *l. quod quis.* 34. *de reb. auct. jud. poſſ.* ſed ex ea non recte inferas etiam hypothecam iis datam eſſe. Nam idem privilegium etiam ei datur, qui in rem emendam credidit; quem tamen conſtat jus hypothecæ citra pactionem expreſſam non habere. *l. quamvis.* 17. *C. de pign. l.* 7. *C. qui pot. in pign. Nov.* 136. *c.* 3. Nec obſtat *d. l.* 1. *in quib. ca. pig. tac.* quoniam non procedit argumentum à credito in reſtitutionem collapſarum ædium, in quo publici decoris contemplatio verſatur, ad creditum in refectionem navis. Quod ſi is, qui rei alicujus emendæ, conſervandæ, navis inſtruendæ aut reficiendæ cauſa pecuniam credit, ſimul expreſſe paciſcatur, ut ea res ſibi pignori ſit obligata, tunc & hypothecam habet & huic hypothecæ adjunctũ eſt privilegium, ut prę̃feratur etiam iis creditoribus quibus prius eadem res obligata. *l.* 5. *inf. qui pot. in pign. l.* 7. *C. eod. Nov.* 97. *c.* 3. quo quidem capite diverſæ hypothecæ privilegiatæ confuſim referuntur tum expreſſæ, tum tacitæ: cæterum nihil definitur aut ſtatuitur de hypotheca tacita, ſed ſolum ex hypotheſi hypothecæ conſtitutæ diſputatur de jure prælationis: quemadmodum nec ratio, quam juriſconſultus affert *l.* 6. *pr. inf. qui pot. in pign.* quod pecunia credentis in conſervationem rei ſalvam facit totius pignoris cauſam, concludit pro hypotheca, ſed pro jure prælationis præſuppoſita hypotheca conventione conſtituta. quod & Covar. 2. *var. reſol.* 7. *n.* 3. animadvertit. Sed hæc diſputatio non eſt hujus loci. In eam iterum incido *tit. ſeq. in par. ſi quis ex vectorib. lit.* I.

(*h*) Peckius

debebit. l. 1. inf. in quib. cau. pig. vel hypo. tac. contrah. *Quod enim cæteris creditoribus præferantur, quorum pecunia navis refecta eſt, ſummam rationem habet, quoniam neceſſarii ſumptus partem rei faciunt. Si igitur in navem tuam quæ valebat decem aureis, neceſſario quinque impendi: jam habes navem quindecim aureorum, cujus tertia pars quodammodo mea eſt, & quod ad te pertinet, navis tua decem tantum aureorum eſt, cum quod plus eſt, mihi debeatur, in primiſque ſit de ejus æſtimatione deducendum, nec hoc fraudi eſt prioribus creditoribus, quibus relinquitur facultas perſequendi pignoris, uſque ad eam ſummam quam valebat navis, priuſquam aliquem ſumptum feciſſem, qui & hanc unam mihi gratiam debent, quod niſi ſuppeditaſſem illos ſumptus, tota ferè navis periiſſet, quod & clariſſimus ille Connanus, puriſſimus Iuriſprudentiæ theſaurus, ſuo loco annotavit*. lib. 4. commen. cap. 17. *Porrò ut in prioris creditoris locum poſterior ſuccedere poſſit, quod pecunia credita ad priorem* h i

Vinnius.

(*h*) Peckius ex Connano ſuperiora deſcripſit: ſed ambo in eo errant, quod hæc duo confundunt, pecuniam credere in neceſſariam refectionem rei, & neceſſarias impenſas in rem facere. Neceſſariæ impenſæ quodammodo rei partem conſtituunt, & jus in re tribuunt, ſed ipſi impendenti ſeu facienti. *l. plane. 32. ſup. de her. pet. l. 5. Inf. de impenſ. in rem dot.* non ei, cujus pecunia factæ ſunt, etiamſi in eam cauſam crediderit.

(*i*) Sic enim hic locus intelligendus eſt, ut in hoc ipſum credita ſit pecunia, ut ad eum, qui in navem reficiendam crediderat, perveniret. neq; enim in cauſam navis credidiſſe dici poteſt, qui neque de navi, neque de eo, qui navis reficiendæ cauſa credidit, dimittendo quicquam dixit: niſi ponas pecuniam prius numeratam magiſtro, ac mox à magiſtro fuiſſe numeratam ei, qui in cauſam navis crediderat: ut dici ſolet de iis creditoribus, quorum

rem creditorem perveniat, quod in eam rem detur, quodque expreſſa de ſuccedendo conventio intercedat, requiritur. Salic. Raphael. Bal. & alii in l. 1. C. de his qui in pri. cre. lo. ſucce. *Quod ſi ea omnia ad unguem uſque obſervata fuerint, non ſolum tacitè pignus contrahetur: ſed & pretio non ſoluto, ſecundum legum obſervationem, navem ipſam vendere pòteſt.* Gloſſa in l. interdum. inf. qui pot. in pig. hab. k

Igitur præpoſitio certam legem dat contrahentibus. Quare ſi eum præpoſuit navi ad hoc ſolum, ut vecturas exigat, non ut locet, quod fortè ipſe locaverat, non tenebitur exercitor ſi magiſter locavit. Vel ſi ad locandum tantum, non ad exigendum, idem erit dicendum. Aut ſi ad hoc ut vectoribus locet, non ut mercibus navem præſtet, vel contrà, modum egreſſus, non obligabit exercitorem. Sed & ſi ut certis mercibus eam locet, præpoſitus eſt: puta legumini, cannabi, ille marmoribus, vel alii materiæ locavit: dicendum erit exercitorem non teneri. Quædam enim naves onerariæ, quædam (ut ipſi dicunt) ἐπιβάτιδες ſunt. Et ple-

VINNIUS.

rum pecunia ad creditores privilegiarios pervenit, ut in eorum locum & privilegium ſuccedant. *l. ſi ventri. 24. parag. ult. inf. de reb. auct. jud. poſſ. Fab. in rational.*

(k) Nimirum Gloſſa etiam tacitam hypothecam reficienti tribuit, cum tamen ut ſupra oſtendimus, hypothecam non habeat citra expreſſam conventionem.

(a) Quod

pleroſque mandare ſcio, ne vectores recipiant: & ſic, ut certa regione,& certo mari negotientur:ut ecce ſunt naves,quæ Brunduſium à Caſſopa,vel à Dyrrachio vectores trajiciunt, ad onera inhabiles. Item quædam capaces fluminum, ad mare non ſufficientes.

SVMMÆ RERVM.

1 *Procurator ad unum negotium datus ultra id dominum non obligat.*
2 *Legumen vnde dictum, & quare caſtis non conveniat.*
3 *Canabi quid.*
4 *Naves onerariæ quæ.*
5 *Bruduſium.*
6 *Dyrrachium ubi ſit.*

Certam legem. *Vt igitur in aliam cauſam quam præpoſitus eſt, exercitorem obligare magiſter non poteſt: ita quoque ſi eandem excipias, ab exercitore debitorem liberare prohibetur. Vnde, ſi quis ex alia cauſa magiſtro ſolverit, liberationem minime acquiret.* l. qui hominem. §.ſi nullo.inf.de ſolut. *ſi non & domini quoque ratihabitio poſtmodum ſubſequatur. Etenim ſi ſolutionem magiſtro factam, ratam habere exercitor noluerit: à magiſtro qui furtum admiſit, vel furti actione, vel condictione, repeti pecunia poterit.* l. ſi procuratori falſo. ſup. de condi. cau. dat. *Plane, ſi non ignorans præpoſitionis exceſſum, magiſtrum non prohibuerit exercitor, ſine dubio obligabitur.* Iaſon. in l. ſi quis. §. ſi procur. ſup. quod quiſque jur. *Mandati igitur & præpoſitionis leges ſtrictiſſimè obſervan-*

a *dæ ſunt: quæ ſi aliquatenus poſtpoſitæ fuerint, dominus*
1 *non obligabitur.* l. diligenter. inf. mandati. *Rectè itaque*
Antonius Impe. Si procurator (*inquit*) ad unam ſpeciem conſtitutus, officium mandati egreſſus eſt, nullum domino præjudicium facere poterit. l. ſi procurator. C. de procur. *Sed & quod præter commiſſionis formam fit, ipſo jure nullum eſſe communiter tenetur.* l. item eorum. §. ſed ſi ita. ſup. quod cujuſque univerſit.

Legumini. *Dictum eſt legumen, quod manu legatur.*
2 *Inde Varro lib.* 1. *de re ruſt. Hoc enim quoque legumen, ut cætera quæ evelluntur à terra, non ſubſecantur, ut fruges, quæ quod ita leguntur, legumina dicta. Unde Virg.* 1. *Georg.*

Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen.

De legumine quoque pulchrè his verbis in problemat. inquirit Plutarchus. Cur moris eſt, ut qui caſtimoniam colunt, leguminibus abſtineant? An quemadmodum Pythagorici fabas, ob eas quæ vulgo dicuntur cauſas abominabantur, quaſi Lethes & erebi cognomines? An quod ad concœnationes, & manes provocandos leguminibus maximè utuntur? An illud magis, quod ad ſanctitatem ac caſtimoniam pura ac tenuia corpora habere oportet? Sunt autem legumina maximè ventoſa, & ea gignunt quæ quum ſuperflua ſint, multæ purgationis indigent? An quòd quum ventoſiſſima ſint legumina, ad res venereas maximè incitent? Cana-

VINNIUS.

(*a*) Quod vero Vlpianus ſupra *par. magiſtrum.* ſcribit. etiamſi exercitor magiſtrum ea lege præpoſuerit, ne alium ipſe præponeret, atque adeo nominatim prohibuerit, ne Titio magiſtro uteretur; tamen ſi Titium præpoſuerit, perinde teneri exercitorem ex facto Titii, atque ex contractu primi magiſtri, id in exercitoria jure ſingulari receptum eſt ob rationem illic allatam.

(*b*) Ha-

Canabi. *Alii legunt.* Canapæ. *Budæus nobiſcum* 3
Canabi *legit. Eſt autem canabis eodem autore, herba ex cujus cortice funes torquentur, & telis texendis accommodata, à lino tenuitate differens & candore*

Naves onerariæ. *Dictæ ſunt naves onerariæ ab oneri-* 4
bus ſuſtinendis, quod plerumque ad id ſolum ſerventur, ut merces & onera transvehant. Emphatæ verò, ſeu potius (ut legit Budæus) epibatæ eæ ſunt quæ trajiciendis b
vectoribus aptæ ſunt, & latinis vectoriæ naves appellantur, Hinc Cæſar. Qua in re (*inquit*) admodum fuit militum virtus laudanda, qui vectoriis gravibuſque navigiis, non intermiſſo remigandi labore, longarum navium curſum adæquarunt. *ita Bayſius quoque ſentit. ἐπιβαίνω enim Græcè, Latinus conſcendo navem ſignificat.*

Brunduſium. *Civitas hæc à Plinio tertia Italiæ parte* 5
ponitur, à Græcis condita, portu nobilis, ut Calepinus ſcribit, ex qua tranſitus eſt in Græciam: ſic dicta quod Meſapiorum lingua Brunduſium cervi caput dicatur. Sic enim eſt civitas cum portu capiti cervino perſimilis, cum cornua, & caput, & linguam habere videatur. Ex hac Pacuvius Poëta ortum habuit.

Dyrrachium. *Civitas eſt hæc in Epiro, quæ prius Epi-* 6
damnus dicebatur à rege Epidamno. Sed Romani eo Coloniam deducentes. Dyrrachium dixerunt, quod (ut Plinius teſtatur) inauſpicatum Epidamni nomen, tanquam à damno vocitatum arbitrarentur. Si

VINNIUS.

(*b*) Haloander legit ἐπιβάδες. Budæus mavult ἐμβαταὶ aut potius ἐπιβαταὶ. Bayſius de re navali, ἐπιβατίδες. Sed rectius legitur in Florent. ἐπιβατηγοὶ. ἀπὸ τοῦ ἄγειν τοὺς ἐπιβάτας, quod vectoribus & adſcenſoribus ferendis ſunt paratæ. quod & Antonio Auguſtino. *lib. 4. emend. c.* 16. probatur. Sic naves onerariæ Græcis dicuntur φορτηγοὶ φορταγωγοί.

Si plures ſint magiſtri non diviſis officiis, quodcunque cum uno geſtum erit, obligabit exercitorem. Si diviſis, ut alter locando, alter exigendo, pro cujuſque officio obligabitur exercitor. Sed ſi ſic præpoſuit (ut plerumque faciunt) ne alter ſine altero quid gerat, qui contraxit cum uno, ſibi imputabit.

SVMMÆ RERVM.

1 *Ignorantia ſuiipſius omnium malorum maximum.*
2 *Tutoris unius autoritas pluribus datis, quando ſufficiat.*
3 *Magiſter navis quomodo à procuratore differat.*
4 *Nova ratio, reiectis aliorum opinionibus.*
5 *Navigandi utilitas quæ.*
6 *Ratio iſtius §.*
7 *Contrarietas apparens eſt in omni ſcientia.*
8 *Conſilium mulierum fragile.*
9 *Conſilium malum non eſt ſequendum.*
10 *Mandatum interpretatur ſecundum jura.*

Præſentem §. *ad longum, & prolixè ſatis examinavit hic cum nonnullis Bartolus. Nos quæ ad interpretationem legis facere exiſtimamus, & non plura hac in re trademus. Sunt enim qui leges faciles ſæpenumero ideo obſcurant, ſive quod non omnium facilis ſit & expedita interpretatio, ſive quod veritatis profundior inquiſitio*

ſtio negligatur. Quo fit, ut peſtilentes ejuſmodi tenebrio- a
nes ſanctiſſimam illam philoſophiæ veſtem dilacerantes,
paſſim ſeſe oſtentationis gratia circumferant. Rectè igi- 1
tur Plato de legib. dialogo. 5. *omnium malorum maxi-*
mum aſſerit ſuiipſius ignorantiam, cujus quidem, cum
facile ſibi in omnibus ignoſcant, remedium nullum exco-
gitant. Et ex hoc delicto accidit ut ignorantiam ſuam, ſa-
pientiam eſſe exiſtiment, & cum nihil ſciant, omnia ta-
men ſcire ſe opinentur. Nos iſtis omnibus etiam magna
interdum exclamatione ſua profitentibus, minimè ſub-
ſcribimus, ſed ipſam veritatem quam textuum nobis do-
ctrina aperit, ſequimur.

Obligat. exercitorem. *Sic & tutores ſi plures ordi-* 2
nati fuerint, ſive in teſtamento paterno, ſive ex lege vo-
cati, ſive à Iudice, ſive ex inquiſitione, ſive ſimpliciter
dati: unius autoritas ſufficiet ubi nondum adminiſtratio
diviſa eſt, vel pro regionibus vel pro ſubſtantiæ partibus.
Ibi enim neceſſe eſt ſingulos pro partibus ſuis vel regioni- b
bus,

Vinnius.

(*a*) Bartolus & poſt eum Caſtrenſis & cæteri multa hîc tractant, de pluribus tutoribus, curatoribus, procuratoribus & geſtoribus, aliiſque hujuſmodi perſonis ad idem negotium ſimul conſtitutis, an in ſolidum ſinguli aliquid gerere poſſint, an non niſi omnes ſimul: de quo parcius Peckius, ne ab inſtituto longius aberraret. Poſſunt tamen inſpici hi loci, *l. ult. C. de auct. præſt. l. conſilio. 7 par. ult. inf. de cur. furioſ. l. 3. inf. de cur. bon. dand. l. ſi mandat. 59. par. Paulus reſpondit. 3. & l. ſeq. par. 2. inf. mand. l. pluribus. 32. ſup. de procur. c. ſi duo. eod. in 6. l. cum alieui. 26. in fin. ſup. de neg. geſt.*

(*b*) Iure veteri unius ex pluribus tutoribus auctoritas non ſufficiebat, niſi aut teſtamento aut ex inquiſitione dati fuerant. *d. l. ult. C. de auct. præſt. Ulpian. tit. 11. par. 25.* ubi pro *qui tunc dati ſunt*, conſtat legendum eſſe cum Cujacio, *qui teſtamento dati ſunt.*

(*c*) De

c *bus, authoritatem pupillo præſtare.* l. fi.C.de autor.tut. *Cæterum cur in procuratore ita receptum ſit, ut abſque expreſſa conventione in ſolidum dari non videatur, admodum ſe torquent interpretes,* in cap. ſi duo. de procur. li 6. l. pluribus. ſup. de procur. *& aliis aliud opinantibus, accidit ut in centum opinionum myriades quæſtio deducta, multo quam ante incertior evadat. Bartholus enim inter primarios legum Antiſtites præſidens, eam diverſitatis rationem adſignat, quod magiſtri certæ negotiationi*
3 *præponantur. Unde, cum plena quodammodo in eos efficaciſſime adminiſtratio transferatur, quicquid adminiſtrationis nomine geſtum fuit, ad officii præceptum referri debet, ut directè dominus obligari poſſit. In procuratore verò ideo aliud conſtitutum arbitratur, quod jus aliquod tam plenariè in eum transmiſſum non ſit, ſed cum ſemper domini nomine contrahere debeat.* l. eum. qui ſup. de conſt. pecu. *ordinarius adminiſtrator non videtur, atque dominum directè obligare non poteſt. Qua ratione cum magi-*

VINNIUS.

(*c*) De pluribus procuratoribus conſtitutis breviter ſic habe. Si duo procuratores ſimul, id eſt, eodem tempore in ſolidum dati ſint. melior. eſt conditio litem occupantis. *l. pluribus* 32. *ſup. de procur. c. ſi duo. eod. in* 6. Si diverſis temporibus, poſteriore conſtituto prior revocatus intelligitur. *l. ſi quis.* 31. *in fin. eod.* quod tamen tempera ex *l. ante litem.* 16. *eod.* Si plures ſimpliciter ſimul dati, ſinguli in ſolidum conſtituti non intelliguntur; *arg. d. l.* 32. ubi *Gloſſ. Bart. & Bald.* ſed ſi conſtituti, ut nemo ſeorſum ſine conſilio aliorum gerat. *d. c. ſi duo.* Enimvero ſi quis, cum v. c. duos procuratores conſtitueret, adjecerit & utrumque eorum, uterque in ſolidum procurator erit, propter illa verba, *& utrumque eorum.* quod uſus ſervat. *Mynſing. cent.* 1. *obſ.* 47. hunc *par. ſi plures.* ſolenniter Bartolus repetiit, & multa bona hic tractavit judicio Pauli Caſtrenſis, quem tamen & ipſum adire ne graveris Conveniunt, quæ traduntur *p.* 2. *Cur. Philip. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 21.

(*d*) Puto

magiſtrorum poteſtas ordinariæ : procuratorum verò delegatæ pluribus juriſdictioni perquam ſit ſimillima, l. 1. ſup. de off. procònſ,l. duo ex tribus.inf. de re judic. *accidit, quod hi in partes, illi verò in ſolidum conſtituti cenſeanter. Quam Bartholi opinionem quamvis pro communi quamplurimi ſequantur.* §.quod ſi ab initio. ſup. eo. *Fulgoſius tamen non probat. Etenim (inquit) quod ſemper officii nomine contrahat magiſter, perpetuo verum non eſt, ut nec illud quoque quod directo exercitor obligetur. Exercitoria ſane quæ à Prætore Romano introducta eſt, utique obligatur. Porrò diſſentientibus tam acriter iis qui inter cæteros præcipui videntur : cur procuratores dati in ſolidum poteſtatem non habeant : alia ratione haud difficulter perſpici poſſe exiſtimamus. Etenim non* 4
improbabiliter dici poſſe videtur, eum qui ſimpliciter procuratores duos conſtituit, idcirco in ſolidum eorum quemlibet conſtituere non voluiſſe, quod alter alterius conſilio uteretur. cap. cum. in veteri. de elec. cap. cum olim. de arbit. *In magiſtris profecto publica utilitas aliud* d
exigebat, ne altero abſente, ſine quo alter efficere quicquam non poſſet, navigandi commoditas impediretur, 5
quam non exilem ſane & modicam, ſed multo maximam eſſe Chryſoſto. commonſtrat. in Sermo. de comp. cord. lib. 2. *Quid vero (inquit) maris uſum, & navigandi utilitatem loquar? per quam omnem penè orbem, qui*

VINNIUS. *lon-*

(*d*) Puto dici poſſe ſimplicius cum Ant. Fabro, regendæ navis curam per ſe individuam eſſe, ut & cætera fere facta, quorum effectus dividi nequit. *l. 2. par. item ſi. 5. l. ſtipulationes. 72. l. in executione. 15. par. 2. inf. de verb. oblig.* q o in factorum genere ſi quod negotium gerendum pluribus commiſſum ſit, ſingulis in ſolidum commiſſum cenſeri: niſi vel diviſis officiis præpoſiti ſint, vel expreſſe cautum, ne unus ſine alio quid gerat, ut infra *par ſeq.*

(*e*) Quan-

longis à ſemetipſo dirimitur ſpatiis, non ſolum ſibi invicem notum, ſed ſocium quodammodo, & communicabilem facit, ut unuſquiſque ſi quid apud ſe gignitur, hoc etiam ad proximos ſuos procul poſitos deferat: & cum unuſquiſque parvum apud ſe poſſideat terræ ceſpitem, per iſtud mercandi miniſterium, quaſi totius mundi, per omnia dominus efficitur, & univerſæ terræ fructibus utitur. Et quid plura dicam? Vniverſus orbis efficitur tanquam una menſa omnibus, nullo prohibente ſumere quod ubique eſt, ſed parva ſunt hæc in muneribus Dei. Sed & Theodoretus Cyrenſis Epiſcopus vir ſingularis & multiplici rerum cognitione ſpectabilis, Per mare, inquit, longinquas peregrinationes facimus, & ea quibus indigemus, à nobis invicem petimus, ſimulque aliis, quæ ipſis neceſſaria ſunt, rependimus. Nec enim aliquam terræ partem ſummus ille rerum adminiſtrator cultoribus ſuis omnia ſimul ad uſum victumque neceſſaria proferre paſſus eſt, ne nullius ope indigens copia mutuæ amicitiæ noceret. Injuriis enim gaudet rerum ſaturitas, & turbarum parens eſt. Inde in medium telluris mare prominet, quod in plurimos ſinus diviſum ingentis alicujus civitatis forum repreſentat, omnem neceſſariorum copiam exhibens. Quia autem profectiones quæ per terram fiunt, plenæ laborum ſunt, quin non modo laborioſum, verum etiam impoſſibile erat, ut per has omnis copia ſarciretur, maris dorſum extendit Deus, quod tam magnarum quàm parvarum navium capax eſt, quæ multam neceſſariarum rerum copiam indigis hominibus advehunt. Nam unius navis onera vix aliquot millibus jumentorum vehi poſſe videmus. Quoniam verò equis & mulis ad currum hunc, navem ſcilicet, opus erat, eos autem non ferebat fluida aquarum ſubſtantia, hoc quoque incommodum navis gubernator ſapienter admo-

admodum ſarcivit, manuum nimirum miniſterio uſus, Nam temonis loco malum erexit, cui vela inſtar jugi appendit, & immiſſis ventorum flatibus ceu equis aut mulis uſus eſt, quos ſimul tanquam equos zeuglis dirigere conſuevit. Porrò cum navi habenis quoque opus eſſet, clavi vel gubernacula has imitantur, quibus arreptis gubernator, inſtar aurigæ alicujus, puppi tanquam currus circumferentiæ inſidens, navem facili motu hinc inde transfert. Nec ſecundis modo ventis ſpirantibus navim ſcienter regere, ſed & turbulentas ventorum procellas ceu equos effrenes, freno cohibere novit. Porrò (ut unde digreſſi ſumus, revertamur) ſi diviſis officiis, cum aliquo contrahatur, ultra præpoſitionem exercitor non obligabitur, & cum ſuum quiſque per ſe negotium gerit, quod extraneum adminiculum non requirit, publica utilitas minimè impedietur.

Sed ſi ſic &c. *Vlp. lib.* 29 *ad edictum, Æquiſſimum* e *(inquit) erit id obſervari, in quo præpoſitus eſt.* l. ſed & ſi pupillus. §. conditio. inf. de inſtitor. act. *Vnde ſi coram Titio juſſit adire teſtator, ſi arbitrio Lucii Titii, rectè juſſiſſe exiſtimandus eſt, & ſine Titii voluntate, aditio nulla cenſebitur:* l. ſi quis mihi bona. §. ſi coram. inf. de acq. hæred. *Sed & ſi certa lege, vel ſub pignore, vel ad certam rem cum magiſtro contrahi voluit, omnibus*

VINNIUS. *modis*

(e) Quandoquidem præpoſitio certam legem dat contrahentibus, conſequens omnino eſt, ut conditiones præpoſitionis omnes ſervari debeant, Iam vero cum duobus præpoſitis officiis non diviſis hæc lex præpoſitioni dicta eſt, ne alter ſine altero quid gerat, imputare ſibi debet, qui cum altero ſolo contra legem præpoſitionis contraxit. Ex hoc autem intelligimus de eo hîc agi, qui legem præpoſitionis non ignoravit, aut cui hoc ſaltem imputari poſſit, quod non diligentius inquiſiverit, quibus legibus & conditionibus præpoſitio facta ſit. *l. ſed ſi pup. 11. par. conditio. 5. inf. de inſt. act.*

(f) In

6 *modis voluntas obſervanda eſt*. d. §. conditio. *Plane cur hæc ita à Prætore conſtituta ſint, quod qui cum uno contraxit, contra exercitorem actionem non habeat, nihil mirari convenit. Etenim cum conſenſu fiant obligationes*, l. conſenſu. inf. de act. & ob. *qui omnino quidem in quolibet contractu neceſſarius eſt, verus*, l. 1. §. adeò autem. ſup. de pact. *aut ſaltem à lege præſumptus*. Inſtit. de lit. oblig. *obligari exercitor non poteſt, qui cum altero ſolo contrahi prohibuit. Cum igitur ambo ſimul non item diviſi, exercitoris perſonam referant: qui cum altero tantum contrahit, cum exercitore ne juris quidem fictione*
7 *egiſſe videbitur. Porrò cum nulla ſit tam perſpecta ſcientia, ne in divinis quidem rebus, in qua non in cortice pugnantia appareant: movebit fortaſſe aliquem quod. lib. 5. reſponſorum Papinianus ait*. l. quidam decedens §. 1.
f inf. de adm. tuto. Si (*inquit*) pater tutelam filiorum conſilio matris geri mandavit, & eo nomine tutores liberavit: non idcirco minus officium tutorum integrum

VINNIUS.

(*f*) In editionibus, quibus hodie fere utimur, eſt *l. ita autem. 5. par. Papinianus. 8. inf. de admt. ut.* Non pugnat autem hic locus cum eo, quod modo dictum eſt, quando duo alicui officio ſic prepoſiti ſunt, ut ne alter ſine altero quicquam agat, eum qui cum uno contraxit, non obligare præponentem. Nam etſi duobus tutelæ adminiſtratio data ſit cum mandato, ne alter ſine alterius conſilio gerat, irritum eſt, quod alter ſine alterius conſilio geſſit. *l. Titium. 47. pr. d. t.* Cæterum hoc tunc locum habet, cum uterque particeps eſt adminiſtrationis. *d. l. Titium.* Si vero uni ſoli commiſſa ſit adminiſtratio cum hac adjectione, ut nihil gerat ſine conſilio alterius, non cogitur alter conſilium illius, qui adminiſtrationis aut officii particeps non eſt, ſequi. quanquam ſequi poteſt, & recte facit, ſi conſilium adjecti admittat. & ita intelligenda eſt *d. l. ita autem. 5. §. Papin. de adm. tut.* quod & Bartolus monuit in *d. l. Tit. eod.* add. *Paul. Caſtr. ad hunc loc. n. 6. 7. 8.*

(g) Imo

grum erit, ſed viris bonis convenit ſalubre conſilium matris admittere: tametſi neque liberatio tutoris, neque voluntas patris, aut interceſſio matris, tutoris officium infringat. Quinimò licet interdum hanc patris contemnere voluntatem. *Hæc ille. Hæccine eſt inter leges magna contrarietas? Hic adjecti conſilium, ibi verò minimè ſequi tenetur. Sanè quod in legibus contrarietas non ſit, ſi rerum, perſonarum, negotiorum qualitatem, conditionum differentias conſtituamus, non uno loco diximus, quod & hic evenire conſpicuum eſt, Volunt utique adjecti conſilium ſequi Iureconſulti, ſed ejus tantum, qui officii, cui adjungitur, particeps eſſe poteſt. Igitur cum jure veteri ad tutelæ officium quod publicum eſt,* l. 2. inf. de reg. jur. *admitti mater non poterat: conſilium ejus ſpreta etiam teſtatoris voluntate, neceſſario requiri non debuit. Sed & quamvis fides uxoris & induſtria à marito approbata videatur: falli profectò potuit, & rectè Pompo. ait* l. nemo. inf. de leg. 1. *neminem efficere poſſe quominus in teſtamento ſuo legum diſpoſitioni locus relinquatur. Quid enim ſi conſilii imbecillitate ſeducta, tutoribus rem pupilli ſtudioſe procurantibus, impedimentum præſtet? De Chiorum quidem ac Tyrrhenorum mulieribus quarum prudentiſſimo conſilio maritos defenſos & à morte liberatos ſcribit Plutarchus* de claris mulieribus. cap. 3. & cap. 8. *aliud fortè dicendum eſſet: ſed hæ aves in omnem regionem non devolant. Rectè igitur lib. xv. Digeſtorum Celſus,* Ad ea potius debet adaptari jus, quo & frequentur & facile,

g — 8

V I N N I V S.

(g) Imo etſi adjectus officii particeps eſſe poteſt, tamen niſi & ipſe ſimul ſit particeps, non tenetur conſilium ejus ſequi is, cui ſoli adminiſtratio conceſſa, niſi de honeſtate, ut Bartolus in & per *d. l. Titium.*

cile, quam ad ea quæ perrarò eveniunt. *Quod enim ſemel tantum, aut iterum extitit, id legumlatores prætereunt.* *Sed cum noviſſimo Iuſtiniani Imp. beneficio*, in auth. de hæred. ab inteſt. §. ex his. col. 9. *matri & aviæ ſecundum ordinem tutelam ſubire, etiam ante agnatos permiſſum ſit, ſi inter geſta nuptiis aliis, & auxilio Senatuſconſulti Vellejani renunciaverint, ſolis teſtamentariis præcedentibus eas, legitimis & dativis poſthabitis: an hoc caſu conſilium earum à teſtatore adjectum, neceſſario requiri debeat, multis diverſa ſentientibus, omnino expeditum non eſt. Etenim cum officii tutelæ participes eſſe poſſint, ànne ſuperior ratio eradicabitur? Ful-*
h *goſius contra* in l. Titium. inf. de adm. tutor. *quem hac in re non ſequi malim. Nam ſi eam de his fiduciam concipiat Iuſtinianus, quod filiorum nepotumve tutelam rectè adminiſtrabunt: quin & de conſilio ſolo id dicere liceat, quod minoris eſt præjudicii, non video. Cæterum ſi malè omnino conſulant, à conſilio recedere*, d. l. 2. *aut ſi conſulere noluerint; rem conceptam perficere tutores poterunt.* l. fi. C. de jur. emphyt. d. cap. cum. olim. *Illud profectò quod hic traditur, à conſilio recedendum non eſſe, perpetuo verum non eſt, ſed ſi malè conſulere videatur, ad exercitorem magiſter rem totam deferre tenetur. Sed nec in aliis cauſis adjecti conſilium indiſtin-*
9 *ctè ſequi tenemur. Quid enim ſi iniquum conſulat? Quid*

VINNIUS.

(*h*) Ego Fulgoſium ſequi malim. Neque enim quod mater ex conſtitutione Iuſtiniani particeps facta eſt officii tutelæ, hoc eſt, tutelam liberorum gerere poteſt, id ad hoc ſufficit, ut qui tutores filiis teſtamento patris dati ſunt cum mandato, ut conſilio matris gerant, conſilium matris ſequi cogantur; niſi & matri quoque ejuſdem tutelæ adminiſtratio data ſit, ut ex ſpecie propoſita & deciſa in *d. l. Titium.* perſpicuum eſt.

(*a*) Le-

Quid ſi exęcrabili invidia, quo (ut ille ait) majus tormentum Siculi non habuere Tyranni, in proximi perniciem rapiatur? Quid ſi pupillo expreſſe mandatum ſit, ut conſilium ſequatur? Quid ſi Princeps legum imperito mandet, ut non niſi tali conſulto judicet? Et conjecturis ſane multa judicem definire oportet, & is qui jurisdictioni præeſt, quid ad quamlibet rei deciſionem ſpectare poſſit, ex æquitate decernere debet. vide Clavaſ. in ſua ſumma, in verb. conſilium. *Recte igitur Bonifacius Octavus, ſecundum jura mandatum interpretationem recipere, definivit.* cap. 1. de teſtament. lib. 6. *Exa-* 10
minari equidem hic poſſe non me latet, quid de ultimarum voluntatum executoribus dicendum ſit, ſi ad alienum conſilium remittantur: ſed inſtituti noſtri non eſt, hæc omnia uno loco congerere, & cum præſentis negotii argumentum non ſit, alio vos remittimus. ad Bar. hic. Bal. in rub. C. eo. & alios in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle.

Exercitorem autem eum dicimus, ad quem obventiones & reditus omnes perveniunt, ſive is dominus navis ſit, ſive à domino navem per averſionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum.

SVMMÆ RERVM

1 *Obventio quid ſit.*
2 *Reditus proprie quid ſit.*
3 *Fructus appellatione quid veniat.*
4 *Navis prædio æquiparatur.*
5 *Averſione conducere, quid ſit.*

Exercitorem hoc loco deſcribit Vlpianus ad quem obventiones, & reditus omnes perveniunt: in qua re veteres illi, propter fatale quoddam ſeculi malum, uno aut altero excepto, quid inter obventiones & reditus intereſt, non ſatis perſpexerunt, cum utrumque tamen à fru-
a *ctibus in jure diſtinguatur; Vlp.* An pecuniam pupillus habet, vel in numerato, vel in nominibus quæ conveniri poſſunt, vel in fructibus conditis, vel etiam
1 in reditum ſpe, atque obventionum. *Eſt igitur inter hæc differentia, quod obventionum nomine omnis proventus contineatur, & pro generali quadam utilitatis deſignatione accipiuntur.* Card. Zabar. clement. unic.
b de exceſſ. præl. *Et quamvis fructus & reditus nomina,*

V I N N I V S.

(*a*) Leguntur hæc apud Vlpianum *l. magis puto. 5. par. non paſsim. 9. inf. de reb. eor. qui ſub. tut.* ubi, ſicut & alibi, & in hoc textu, duo hæc, reditus & obventiones conjunguntur; & bis idem, ut opinor, dicitur κατὰ τοῦ αὐτοῦ, rei magis explicandæ gratia, ut fieri aſſolet. *l. 1. par. ſed ſciendum. 7. inf. de ædil. edict.*

(*b*) Reditus dicitur, quicquid ex re aliqua obvenit & redit. Plinius *lib. 17. c. 1. Majore ſingularum reditu, quam erat apud antiquos prædiorum.* Ovid. *2. de Pont.*

At reditus jam quiſque ſuos amat, & ſibi quid ſit
Vtile, ſollicitis computat articulis.

Reditus prædii eſt proventus, qui quotannis redit, *l. pen. inf. de uſufr. leg. l. ſi reditus. 10. inf. de inſtr. leg. l. Titia. 48. inf. de ſolut,* Reditus prædii legatur, cum vindemia vel meſſes legantur *l. 6. ſup. uſufr. quem. cav.* Reditus pecuniæ uſura eſt. *l. Titius. 24. inf. de præſcr. verb.* Reditus navis eſt quotidianus navis quæſtus. *par. 2. Inſt. quod cum eo.* ὁ καθημερινὸς τῆς νεὼς πόρος. Quid legatum reditus prædii à legato uſusfructus differat, docet Scævola *l. fundi. 38. inf. de uſufr. leg.* Obventionis quoque appellatione continetur omne commodum atque emolumentum, quod vel ex rei corpore provenit, vel induſtria hominis percipitur occaſione rei, puta mercedes penſioneſque prædiorum, uſuræ, vecturæ

na, ut & obventionis & reditus, hic, ut plurimum, eâdem 2
ſignificatione appellantur, tamen reditus vocabulum (ſi
Connano Comment. Iur. Civil. lib. 4. cap. 3. *credi-*
mus) proprium eſt in eo agro qui nummo locatur: Idem
in ædibus dici poteſt. Fructus autem in eo, qui natura- 3
libus emolumentis inſiſtit, Vnde non fruges tantum, quas
terra fert ſignificantur, ſed etiam fœtus pecorum, lana
ovium, & alia hujuſmodi, quæ fructus extraordinarii
dicuntur à Varrone. lib. 2. de re ruſt. cap. 1. *Mer-*
cedes habitationum naturaliter ex re non proveniunt, in-
de (ut dixi) reditus potius quam fructuum appellatione
veniunt: quamvis ut pulchrè Duarenus ait in l. divor- c
tio. §. de penſionibus. inf. ſolut. matrimo. *civiles fru-*
ctus vulgo non ineptè appellari ſolent: Vnde ſicut fructus
rei dotalis in contributionem deducuntur. Eſt igitur hoc
loco reditus nomen non propriè ſumptum, ſed generali-
ter, largè, ſicut & obventionis, quod & Alc. ad l. fru-
gem.

V I N N I V S.

vecturæ jumentorum, naulum navium. *l. 7. par. 1. ſup. de uſufr. l. uſuræ. 34. inf. de uſur. l. 5. par. non paſſim. inf. de reb. eor. &c.*

(c) Noſtri cum generalius loquuntur, appellatione fructus omnem reditum omnemque obventionem complectuntur. Hinc nata fructuum diviſio in civiles & naturales. Civiles dicuntur, qui non ex corpore rei naſcuntur, ſed extrinſecus per occaſionem rei percipiuntur, ut puta uſuræ, mercedes, penſiones, reditus annui &c. unde nec proprie fructus ſunt. *l. uſuræ. 121. de verb. ſign. l. ſi navis. 62. ſup. de rei vind.* ſed in fructu numerantur, quia vicem fructuum obtinent. *l. videamus. 19. l. uſuræ. 34. inf. de uſur.* Naturales fructus ſunt, quos natura ex re ipſa producit. eorumque duplex item poteſt eſſe conſideratio: aut enim natura ſola & ſponte magis, quam diligentia hominum proveniunt, ut poma, lignum, fœnum: aut natura quidem adjutrice, cæterum facto magis & induſtria humana, ut ſegetes, legumina. quorum illi naturales in ſpecie, hi induſtriales vulgo appellantur. Sed hæc non ſunt hujus loci.

gem. inf. de verb. ſignif. *annotavit. Porrò ſi ad pretium ex locatione navis acceptum reditum tantummodo*
4 *reſtringere velimus, propriiſſima erit locutio, quod à Conſultis prædio omnino navis æquiparetur*, Iaſon. in l. plerique. nu. 9. ſup. de in jus vocan. *idque non male (mea ſententia) dicendum eſt, ne ſuperfluum quid in textu adjectum habeamus.*

5 Per averſionem. *Hæſitatum à pleriſque eſt, quid ſit per averſionem conducere. Accur. quem & poſteriores nonnulli ſequuntur, averſionem eſſe periculi à ſe repulſio-*
d *nem & in locatorem rejectionem arbitratur. Sed cum antiqui Codices fere omnes,* adverſionem *ſcriptum habeant, aliam textus noſtri interpretationem exhibere opor-*

VINNIUS.

(*d*) Conſtat fere nunc inter doctos legendum eſſe *per averſionem*, ut & *αὐτὸ γεγραφον* P. F. habere refert teſtis oculatus Ant. Auguſtin. 3. *emend.* 6. Averſione autem ſive per averſionem vendere locutio eſt à Iuriſconſultis uſurpari ſolita, cum res plures *ἀθρόως*, ſimul atque acervatim uno pretio venduntur: cui opponitur, non uno pretio venire, ſed v. c. in ſingula jugera fundi, in ſingula gregis capita, in ſingulas amphoras vini pretio conſtituto. *l. quod ſæpe. 35. par. in his. 5. & par. ſeq. l. qui officii. 62. par. 2. inf. de contr. empt. l. 4. par. 1. & 2. inf. de per. & comm. rei vend.* Sic averſione opus locari dicitur, cum totum uno pretio, non in ſingulas operas, aut in pedes ſingulos menſuraſve locatum eſt. *l. & hæc. 35. pr. & l. ſeq. l. ea lege. 51. par. ult. l. inſulam. 58. inf. locat. l. ult. par. ult. inf. tit. ſeq.* Græci interpretantur *ἐν ὁμάδι*, in univerſo, & *ἐν κότῳ πραθῆναι*, in alea vendi, *lib. 17. & 53. Baſilic.* Galli dicunt *en gros, en bloc.* noſtrates *by den hoop ſonder mate.* Plutarc. in Iſocrat. *ἀθρόα τὰ φορτία πεπρᾶσθαι*, cui opponitur *κοτυλίζειν*, *vendre en detail.* Ratio nominis, quod quaſi averſi quodammodo negotium contrahamus, re omni neque perſpecta neque explorata bene. *Cujac. 8. obſ. 15. Anton. Auguſtin. 3. emendat. 6.*

(*a*) Cur

*oportet. Alciatus igitur in perpetuum hic per adverſionem navem locari exiſtimat,*cap. 28. lib. 6. parerg. *ut ſi nautæ locetur eo pretio, quod deinde ex peritorum renunciatione æquum videbitur, ut quanto veterior erit navis, minus ſolvatur: & rurſus, quo anno carior fuerit ejus uſus* li. 7. cap. 11. *& majus naulum, carius locata cenſeatur. Cæterum Franciſcus Connanus, quem ſemper cum reverentia refero, tunc putat per adverſionem navem conductam cenſeri, quando conductoris periculo conducta eſt, niſi vis major, aut vetuſtas, aut id denique exceptum fuerit, quod peremptioni navis cauſam attulit. Itaque navis per adverſionem conductor appellatur exercitor, & domino æquiparatur, & propterea plerumque perpetuæ erant hæ locationes, quod & ſuo loco inferius* ad l. fi. inf. ad l. Rhod. de jactu. *favente Deo Opt. Max. annotabimus.*

Parvi autem refert, qui exercet, maſculus ſit an mulier, paterfamiliâs an filiusfamiliâs, vel ſervus. Pupillus autem ſi navem exerceat, exigemus tutoris autoritatem.

SVMMÆ RERVM.

1 *Mulier quando ex contractu ſuo obligetur.*
2 *Mulier olim ſine tutore nihil poterat.*
3 *Pupillus cur tutore egeat.*
4 *Iuſtiniani uxor prudens mulier.*
5 *Mulieres nonnullæ viris prudentiores.*
6 *Adultus an abſque curatore exercere poſſit.*

F*iliusfamilias & ſervus utrum exercitoris officium ſubire poſſint, & qualiter, paulo inferius declarabimus. Sed in muliere maior dubitandi apparet ratio, quæ cum ad aliorum contractus obligatoriè efficaciter non accedat,* l. 1. inf. ad Vellei. *ex propria perſona minus obligari poſſe videtur, & cum civilia officia adempta ſint fœminis,* l. 2. inf. de reg. Iur. *& pleraque ipſo jure non valeant: ita multo magis adimendum videbatur id officium, ex quo incautæ & fragiles rei familiaris jacturam accipere poſſent. Sane, quod favore mulierum conſtitutum eſt, ad læſionem earum inventum eſſe non debet.* l. quod. favore. C. de legib. *Non igitur ſemper quæ cum mulieribus aguntur jure invalida cenſentur, ſed ad bonum & æquum redigenda ſunt, ne magno incommodo afficiantur, & nemine cum his contrahente, quodammodo commercio eis interdicatur,* l. ſi mulier. inf. ad Velleian. *quod & libro* 1. *Sententiarum de minoribus à Paulo reſponſum eſt.* l. quod ſi minor. §. non ſemper. ſup. de
1 minor. *In rem igitur propriam obligatis, ut his Velleia-*
a *num non ſuffragatur, & quod earum proprium eſt, non comprehenditur ſenatuſconſulto, adeo, ut quemadmodum reſpondit Cajus, aliquando licet alienam obligationem ſuſcipiat mulier, non adjuvatur hoc Senatuſconſulto:* l. aliquando. inf. ad S C. Vellei. *quod tunc accidit, cum*

V I N N I V S.

(*a*) Cur non minus mulieres, navem ant tabernam exercentes, ex contractibus eorum, quos præpoſuerunt, teneri placeat, quam viros, ut *hoc textu, & l. 7. par. 1. inf. de inſt. act. l. 4. C. eod.* nec juvari Senatusconſulto Velleiano, hæc ratio eſt, quod in obligationibus principalibus cum viris comparantur. nec ſunt illi contractus alieni, ſed ipſius mulieris. *Baſilic. 53.* ὐδὲ γὰρ ἀλλότρια εἰσὶ ταῦτα συναλλάγματα, ἀλλ᾽ αὐτῆς τῆς γυναικὸς.

(*b*) Mori-

cum prima facie quidem alienam, revera autem ſuam obligationem ſuſcipiat. Sed & Africanus l. tutor. inf. eod. tit. denique (*inquit*) ſi ponamus mulierem in emptione hæreditatis eo nomine damnum pati quod debitores hæreditarii ſolvendo non ſint, nulla, puto, dubitatio erit, quin Senatusconſulto locus non ſit. *Ratio autem eſt, quod non eo propoſito emit hæreditatem, ut pro debitorum hæreditariorum obligatione opponeret ſe creditoribus: ſed quod eam ſibi lucro futuram putaret. Plane tacito quodam uſu receptum videmus, quod non minor iis in re ſua, quam viris data aut certe permiſſa libertas ſit, ſi aliud impedimento non fuerit.* Franc. Conna. libr. 6. cap. 8. *Quid enim ſi minor ſit? Quid item ſi prodiga? Quid ſi furore correpta? Quod ſi uxor? Nam* b *uſu moribuſque receptum eſt, ut viri poteſtati omnino ſubjiciatur, nec ullum negotium abſque conſenſu & authoritate mariti ſui contrahere poſſit, quod & olim quoque apud Romanos obſervatum fuiſſe ex Cicerone colligimus* in oratione pro Murena, & pro Flacco. *Quanto rectius Cato pro lege Oppia, ut eſt apud Livium, frænos impotenti naturæ, & indomito animali dandos eſſe cenſet, quum majores nullam ne privatam quidem rem agere fœminas ſine tutore voluiſſent, ſed in paren-* 2 *tum*

VINNIUS.

(*b*) Moribus harum regionum mulieres nuptæ res ſuas obligandi aut alienandi poteſtatem non habent, ac ne ex contractu quidem ſine conſenſu maritorum inito obligantur, niſi quatenus ea obligatio ſpectat victum & cultum familiæ, exceptis palam negotiantibus, quæ inſtitorum jure utuntur; atque in negotiatione, quam exercent, ſeque viroſque ſuos obligandi poteſtatem habent. *Ioan. à Sande Lib. 2. tit 4. defin. 3. & 4. Grot. 1. introduct. c. 5.* non idcirco tamen minus in interceſſionibus beneficio Senatuſconſulti utuntur. *Neoſtad. obſ. rer. jud.* 18.

tum eas fratrumque & virorum eſſe poteſtate. Quæ tamen tutela liberabantur trium liberorum matres, ut in Numa oſtendit Plutarchus, cum ſcribit Veſtalibus virginibus licuiſſe teſtamentum facere, & cætera ſine curatore gerere omnia, quemadmodum & trium liberorum matribus. Sed an ea conſuetudo de qua diximus, juri conſentanea ſit, eleganter explicat Duarenus, in trac. ſol. matr. ſub cap. de nup. *quem videte.*

Pupillus autem. *Cum pupillus deliberate & propenſo animi judicio nihil agat, æquiſſimum mehercule fuit, ne*
3 *per ſe exercere navem poſſet, prævidere, ſed tutoris autoritas neceſſaria eſt, quam & fide, & judicio, & prudentia denique conſtare oportet. Neque enim temere aut paſſim ac ſine delectu, ad pupilli exercere navem cupientis vota interponi autoritas debet: ſed tum demum, cum in rem pupilli creditur eſſe neceſſaria. Recte igitur apud Platonem Athenienſis hoſpes* de legi. Dial. 11. *Qui fœminam maremve tutatur, non minus orphanos quam ſi genuiſſet eos, diligat, neque res illorum pejus quam ſuas gubernet, imo etiam affectu animi melius. Sed cum debile admodum & infirmum ſit muliebris animi conſilium etiam ſi adulta ſit, cur non & hic quoque curatoris autoritatem exigimus? Cur ad exercitoris officium indiſtincte ab Vlpian. admittitur? An ne, quia iniquum eſſet perpe-*
c *tuo curatorem jugo mulieris conſtringi, cum certum minoribus ſpatium præſcriptum ſit? An potius, quod æquale omnino cum minoribus muliebris animi judicium non ſit? Sane, cum Pauli teſtimonio in* l. regula. poſt princ. inf. de jur. & fac. ignor. *manifeſtum evadat, tolerabiliorem*

VINNIUS.

(c) Peckius hic æquo prolixior eſt, & nonnulla miſcet, quæ parum ad rem faciunt, &, ut vulgo dici ſolet, magis ad pompam, quam ad pugnam.

(d) Cur

liorem eſſe in minoribus, quam in fœminis juris ignoran-
tiam, diverſitatis ratio difficilis non eſt, ut facile colli-
gere liceat, quod ſit aliquis mulieribus, etſi non firmus in
explicandis rebus delectus. Sed & Conſtantinus Imp.
l. quamvis. C. d. tit. Quamvis (*inquit*) in lucro nec
fœminis jus ignorantibus, ſubveniri ſoleat: attamen
contra ætatem adhuc imperfectam locum hoc non
habere, retro Principum ſtatuta declarant. *Quid, quod*
multæ mulieres induſtria excellant? an ne quarundam
mulierum prudentiam inſigniter Divinus Propheta de-
ſcribit? Confidit. (*inquit*) in ea cor viri ſui. Conſide-
ravit agrum & emit eum: de fructu manuum ſuarum
plantavit vineam. Accinxit fortitudine lumbos ſuos,
& roboravit brachium ſuum. Guſtavit & vidit quo-
niam bona eſt negotiatio ejus: non extinguetur in
nocte lucerna ejus. *Quid, quod hic Iudith, imo & ipſam* 4
Iuſtiniani Imp. conjugem Theodoram, & ſexcentas alias
referre poſſem, quarum ſagacitate Reſpub. conſtitit.
Blondus lib 1. deca 1. *Hac autem (inquit Iuſtinianus)*
apud nos cogitantes & participem quoque conſilii ſumen-
tes eam quæ à Deo data eſt nobis reverendiſſimam con-
jugem, &c. Sed & prudentiſſimus ille Seneca: in lib. de
conſolat. ad Martiam cap. ult. O quam multarum
(*exclamat*) egregia opera in obſcuro jacent, & quan-
to ingeniorum certamine celebranda! *Quid igitur cu-* 5
ratore ſimilibus opus eſſet, quæ & ipſæ curatoribus pru-
dentiores extitere? Plane ſi (quod ſæpiſſime fieri poteſt)
inveniantur, quibus animi judicium ad exercendas na-
ves omnino non ſuppetit, boni judicis officium erit cura-
torem iſtis adhibere, cujus autoritate, cum utilitas exigit,
negotium peragatur, quod & in prodigis uſu venire vi-
demus. l. is cui. inf. de verb. ob. *At quod ante interdi-*

ctionem

ctionem factum eſt, viribus carere non debet. Porro quod de pupillis hoc loco conſtitutum eſt, an ad adultum quoque qui ſub curatore adhuc agit, extendi debeat, quæſtio d *eſt. Accurſius idem eſſe definit, & meo judicio recte. Etenim cum Diocletiani Maximinique Impp. teſtimonio,* l. ſi curatorem. C. de in inte. reſt. *non abſimilis ei habetur minor curatorem habens, cui à Prætore, curatore dato, bonis interdictum eſt: quem ab* Vlpian. lib. 36. ad edictum *pupillo comparari accepimus,* l. certi condict. §. quoniam. in fi. ſup. ſi cert. petat. *conſequens eſt & minorem quoque pupillo abſimilem non eſſe. Igitur ut abſque tutore navem exercere pupillus non poteſt, ita & curatoris*

VINNIUS.

(*d*) Cur pupillus non obligetur ex contractu ejus, quem magiſterio navis aut tabernæ ſine tutore præpoſuit, ratio eſt, quod pupillus nullo ex contractu ſine tutoris auctoritate obligari poteſt. *l. 9. inf. de auct. tut.* Quamobrem ſi nec minor viginti quinque annis curatorem habens, ſine illo ſuo curatore ex contractu jure civili obligetur, conſequens omnino eſt, ut nec obligetur ex cauſa præpoſitionis; ac proinde nec in integrum reſtitutio ei læſo ſit neceſſaria. Et communis interpp. uſuque forenſi recepta ſententia eſt, minorem ſine curatore ſuo contrahentem ipſo jure non obligari, eaque ſententia confirmatur expreſſo textu *d. l. 3. C. de in int. reſt. min.* In contrarium tamen ſcripta videtur *l. puberes. 101. inf. de verb. oblig.* Tentari poteſt cum doctiſſimo Timæo Fabro *anniverſ. diſp. 9.* id quod ſcriptum eſt in *d. l. puberes pauperes ſine curatoribus ſuis poſſunt ex ſtipulatu obligari*, hanc habere ſententiam, puberes contrahentes abſentibus curatoribus ſuis; puberes alibi verſantes ſine curatoribus ſuis ex ſtipulatu obligari poſſunt: non utique ſine illorum conſenſu, ſed præſentia: ut intelligamus hoc inter impuberes pubereſque intereſſe, quod tutor in ipſo negotio præſens eſſe & ſtatim auctor fieri debeat. *d. l. 9. § pen. inf. de auct. tut.* curatoris autem conſenſus etiam poſtea interveniens, atque ejus etiam, qui præſens non fuit, ſufficiat. *add. DD. in d. l. 101. & d. l. 3.*

(e) Agi-

ratoris autoritas minori quoque neceſſaria eſt. Porro cur abſque curatore navem exercere non poſſit minor, qui Vlpiano autore l. videamus. in fin. pr. ſup. de in lit. jur. *à jurejurando minime repelluntur, mirandum non eſt, cum præjudicium inde nullum accipiat. Nec enim alium ſenſum Vlpinani reſponſum habet, quam ſi in utilitatem ſuam juraverit.* Fulgo. Sal. Iaſon & alii ibi. *Igitur recte Iuſtiniano* Inſtit. §. 1. de auto. tut. l. verum §. ſciendum. ſup. de minor. *placuit, meliorem quidem conditionem licere eis facere etiam ſine tutoris curatoriſve autoritate, deteriorem vero non. Vnde in iis caſibus ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur, ut in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depoſitis, quibus & navis exercitium adjicere poſſumus, ipſi quidem qui cum his contrahunt obligantur, ſi autoritas non intervenerit, at hi invicem non obligantur, ſi locupletiores facti non ſint.* l. in pupillo. inf. de ſolut. *Etenim in his omnibus ſemper conſiderandum eſt, ut æqui bonique ſcopum ubique ſpectemus. Vnde ſi ex eo contractu facti ſint locupletiores, atque ætatis privilegio iniquum cupiant trahere compendium, ſintque de præda magis, quam de damno ſolliciti, doli mali exceptione ſubmovebuntur.* e

Eſt

Vinnius.

(e) Agitur in *d. l. videamus.* de jurejurando in litem, quod affectionis vocant. Hoc jusjurandum cum ſit comparatum ad ſublevandum actorem adverſus injuriam rei nolentis rem petitam exhibere aut reſtituere, recte defertur cuilibet domino, cui modo ſatis judicii ſit ad rem ex affectione æſtimandam, qualis eſt adoleſcens ſeu minor 25 annis. Sed & reus minor, quin & pupillus, delato ſibi jurejurando voluntario aut judiciali, recte jurant. *l. qui juraſſe. 26. pr. ſup. de jurejur.* nimirum quia per hoc jusjurandum ſe liberant ab obligatione ſine ſuo damno.

(a) Do-

Eſt autem nobis electio, utrum exercitorem, an magiſtrum convenire velimus. Sed ex contrario, exercenti navem, adverſus eos qui cum magiſtro contraxerunt, actio non pollicetur, quod non eodem auxilio indigebat: ſed aut ex locato cum magiſtro, ſi mercede operam ei exhibet, aut ſi gratuitam, mandati agere poteſt. Solent tamen præfecti propter miniſterium annonæ, item in provinciis præſides provinciarum extra ordinem eos juvare, ex contractu magiſtrorum.

SVMMÆ RERVM.

1 *Ratio iſtius* §.
2 *Gabrielis Mudæi laus.*
3 *Exercitor quomodo conveniatur.*
4 *Inſtitor hodie factor nominatur.*
5 *Mandatum gratuitum eſſe debet.*
6 *Annona privilegium nautis præſtat.*
7 *Extraordinarium judicium quod ſit.*

1 Electio eſt, &c. *Cur in exercitorem actio detur, cum ad magiſtrum tantum qui negotium exercuit, reſpexerint contrahentes, omnino mirandum non eſt, quod cum præpoſuerit navi magiſtrum, tacite obligare ſe voluiſſe videatur. Etſi igitur in obligationibus ex quibus actiones naſcantur, lex civilis utriuſque conſenſum requirat, tam ſcilicet ejus qui experitur, quam ejus qui convenitur judicio, ita ut nec alius alii obligationem acquirat, neque*

neque in obligationem alium inducat, etiam ſi alterius nomine contrahatur . l. Iulianus. §. ſi procurator. inf. de act. empt. *Hoc tamen tunc tantum verum eſt, ubi ex noſtro contractu originem trahunt , quæ gerimus.* l. quæcunque. inf. de act. & ob. Quæcunque enim gerimus, *inquit Paulus*, cum ex noſtro contractu originem trahunt, niſi ex noſtra perſona initium obligationis ſumant, inanem noſtrum actum efficiunt. Et ideo neque ſtipulari, neque emere , neque vendere, contrahere , ut alter ſuo nomine recte agat, poſſumus. *At ex alieno contractu naſcuntur aliquando adverſus alium actiones jure Prætorio, ex æquitate & evidente utilitate. Imo nonnunquam ſic , ut quis ſic acquirat actionem adverſus eum , cujus fidem non eſt ſecutus , quum ignoraret quod is eſſet, qui eum cum quo contraxit, præpoſuerat, ut hic, quod alio loco ab excellentiſſimo Iureconſulto D. Gabriele Mudæo, præceptore meo omnibus modis obſervando, (cujus doctiſſimæ in præcipuam Iuris partem annotationes , neſcio quo fato , adhuc ſupprimantur) eleganter eſt annotatum* ad rubr. C. hoc tit. *Hac igitur motum ratione Caſtrenſem exiſtimo, ut dativam actionem hanc, quæ in exercitorem datur, nuncuparet. Eſt enim dativa actio, in qua contra reum efficaciter partium contractus allegari non poteſt , vel quod ipſæ partes ad invicem non* a *con-* 2

V I N N I V S.

(*a*) Doctores vulgo quaſdam actiones appellant nativas, quaſdam dativas. Nativas ex hac nota æſtimant, ſi exſtat aliqua ſufficiens materia & cauſa actionis. Quia vero actiones exercitoria, inſtitoria, de peculio talem cauſam non habent, ideo eas magis dativas eſſe ajunt, quam nativas. Et alias etiam jure civili proditæ eſſent: prætor enim nihil addidit, ex quo nova oriatur obligatio. *vid. Schneid. in §. 2. Inſt. quod cum eo & c. n. 3. Caſtrenſ. in §. exercito-*

contraxerint, ſed à tertio agendi jus accipiant: vel quod contractus inter partes initus ad producendam actionem idoneus non ſit. Pulchre Zaſius, ſingul. reſponſo. lib. 2. cap. 5. *Sed qua actione contra exercitorem experiendum eſt? Sane, ſunt qui exiſtimant, eum qui exercitorem navis convenire vult, non alia actione experiri poſſe, ſi à magiſtro quid venditum fuerit, & nondum traditum, quam ea quæ alias emptori contra non tradentem venditorem jure conceditur. Sed & ſi magiſtro mutuo datum ſit, ex mutuo per illos ſecundum formam præpoſitionis contracto, certi condictione exercitoria conveniendum arbitrantur, ut non actio ex eo contractu competens, novam prorſus naturam induat: ſed ut propter occaſionem ex qua emerſit, tanquam ex accidenti, variari ejus cauſa videatur.*

3 b

Non eodem auxilio. *Cur ita? An ne quia deliberare potuit exercitor, quem rebus ſuis præficeret, & cujus innocentiæ ac fidei eſſet explorare?* l. fi. ſup. naut. caup. ſtabular. *Ita me hercule, exiſtimo, cum è contrario ideo Prætoris beneficium exierit, ut cum magiſtro ſolum contrahen-*

VINNIVS.

citorem. ſup. n. 2. ubi ait, actio exercitoria dativa eſt, quia non naſcitur ex contractu celebrato cum exercitore, ſed propter contractum magiſtri datur: illa, qua magiſter tenetur, dativa, quia naſcitur ex proprio ipſius contractu.

(*b*) Et recte exiſtimant; nam actiones exercitoria & inſtitoria non ſunt actiones propriæ & per ſe conſtantes, ſed tantum actionum ex contractu adjectiones, ut ſupra quoque notatum eſt. Hodie autem obliquæ iſtæ actiones ſeu potius actionum adjectiones uſum non habent, ſed directo ex contractibus inſtitorum noſtrorum aut alias præpoſitorum tenemur. Sed & jure Romanorum ei, qui exercitoria aut inſtitoria actione tenetur, directo quoque condici poteſt. *§. ult. Inſt. quod cum eo &c. l. ſi inſtitorem. 29. ſup. de reb. cred. l. ſi quis. 17. §. ult. inf. de inſtit. act.*

(*c*) Cum

trahentibus, quos magiſtrorum conditio aut temporis, aut loci importunitate latere poteſt, ſubveniretur. l. 1. ſup. eo. *Porro cum expreſſe hoc loco per Vlp. decidatur, vel* c *in exercitorem, vel in magiſtrum, actionem dari, facillime*

V i n n i u s.

(*c*) Cum quæritur; adverſus quos actio ex contractu præpoſiti detur, intereſt homo liber, an ſervus ſit, cum quo ut magiſtro navis contractum eſt. Nam ſervus, ex contractu civiliter non obligatur, neque judicio agi cum eo poteſt. *l.* 107. *de reg. jur. l.* 6. *C. de judic.* & ideo ſolus dominus hic conveniendus eſt actione exercitoria. Si liber ſit, uterque tenetur, & qui præpoſuit, & qui præpoſitus eſt, habetque créditor electionem, utrum cum magiſtro aut inſtitore directo agere, an cum iis, qui eos præpoſuerunt, exercitoria aut inſtitoria experiri velit. hoc noſtro §. & §. *pen. inf. eod.* Non obſtat *l. ult. inf. de inſtit. act.* ex qua quidam adſtruxerunt, inſtitores ipſos ex negotio inſtitorio nomine geſto non teneri, nec conveniri poſſe. Nam in ſpecie *d. l. ult.* non proponitur inſtitor, qui cum aliquo contraxit, aut ſe inſtitorio nomine obligavit; ſed qui tantum profeſſus eſt, eſſe penes menſam præponentis certam ſummam pecuniæ: ex cujuſmodi nuda ſcriptione ad fidem menſæ proteſtandam *om credijt vande tafel te onderhouden*, facta, mirum non eſt, ſi poſt mortem præponentis conveniri nequeat. *Coſtal. ad hunc §.* & plenius *Ant. Fab. in ration.* Idem tamen Coſtalius ibid. refert Curiam Pariſienſem ex opinione Bartoli aliquando cenſuiſſe, inſtitores non recte conveniri ex iis contractibus, quos nomine inſtitorio inierunt; ſed in dominos ſive præponentes actionem eſſe intentandam, niſi domini eos, qui ſe geſſerunt pro inſtitoribus, ſive ut nunc loquuntur, pro factoribus, pro inſtitoribus non haberent. quæ ſententia etiam in praxi recepta eſt teſte Chriſtin. *vol.* 3. *deciſ.* 33. *n.* 9. *adde Coren. obſ.* 26. *rer. à ſupr. ſenat. Holland.* Et ita quoque, ſi inſtitor nomen præponentis cautione complexus ſit, officioque illo defunctus, reſpondet *Vigel.* 1. *reſp.* 45. & ſequitur *Tulden. in Cod. h. t. n.* 2. Quo forte reſpiciens Angelus in *d. l. eandem. inf. de duob. reis.* dixit factores, licet mille literis ſcribant ſe debitores, non tamen propterea poſſe conveniri quod videntur ſcribere factorio nomine.

4 *me conſtare poteſt, falſam fuiſſe Angeli traditionem, qua inſtitores, ſeu quos noſtro idiomate factores dicimus, magiſtroſque, ex contractu obligari non poſſe, aſtruit in* l. eand. inf. de duob. reis, *Rectius igitur cum Socino* conſil. 54. 2. vol. *Caſtrenſis eos qui enumerati ſunt, quantumvis alienum officium exercentes, conveniri poſſe exiſtimat.*

5 Mandati agere poteſt. *Mandatum etenim gratuitum eſſe debet, quod ex amicitia atque officio originem trahit.* l. 1. inf. mand. *Quid autem officio magis contrarium eſt, quam merces & ſalarium? Quid minus honeſtum, atque amicitiam fœnerari, & pretio accepto elevare ultronei beneficii autoritatem?* Cic. in Lælio. Quintilia lib. 12. cap. 7. *Et ideo procurator ex mandato nihil petere poteſt. ne locatæ appareat: quod in re tam honeſta, turpe exiſtimari debet, & quaſi autoramentum ſervitutis. Porro ſi ei quid honoris gratia offeratur, id honeſte accipiet.* l. ſi remunerandi. inf. mand. *Recte igitur Iuſtinianus: Si mandatum gratuitum non ſit, in aliam formam negotii cadet.* §. fi. Inſt. d. tit.

6 Miniſterium annonæ. *Propter annonam, quæ ubique inprimis neceſſaria eſt, multa paſſim in jure nautis beneficia à Divis Romanorum Principibus conceſſa reperiuntur.* d

VINNIUS.

mine. Similia & Decius *conſ.* 510. Aliud eſt ſi expreſſum ſit in contractu contemplatione geſtoris pecuniam creditam eſſe. *Iohan. Fab. in l. 7. C. quod cum eo.* Sed et ſi iſta cautio à creditore omiſſa ſit, tamen hodie diſpenſatores potentiorum, puta Principum, Comitum &c. ipſos ſua pecunia luere, ac ſuo nomine, quicquid acceperint, teſtatur Ant. Mornac. ad *d. l. ult. inf. de inſtit. act.* vide tamen eundem ad *l. 7. C. quod cum eo &c. καὶ καὶ.*

(*d*) Nec tantum negotiatoribus & naviculariis propter favorem rei annonariæ, verum etiam navibus ipſis, quæ annonæ urbis

tur. Iuſtinianus enim Imp. nullam vim navicularios ſuſtinere ſpecies annonarias transferentes, voluit, nec concuſſiones perpeti: nec aliquod genus incommodi, ſed venientes ac remeantes, omni ſecuritate potiri, decem librarum auri mulcta proponenda, his qui eos inquietare tentaverint. l. 1. C. de navic. lib. 11.

Extra ordinem. *Quamvis igitur lege agere exercitor non poſſit, & via juris ordinariam actionem intendere extra ordinem tamen præſes cognoſcet, quod noſtri dicunt venire per requeſtam. Nam cum aliquid tanquam ex transverſo ſupervenit, ad quod actionis legitimæ poteſtas dirigi non poteſt, libellum ſupplicem offerunt judici, ut de eo ex æquitate ſtatuat.* Franc. Connanus lib. 7. commen. cap. 14. *Hinc extraordinarium* e 7

judi-

Vinnius.

urbis ſerviunt, quædam immunitates datæ ſunt. *l. 5. §. negotiatores. 3. & §. Divus Hadrianus. 5. inf. de jur. immun.* junct. *l. 5. de mun. & hon. l. 3. de vac. mun. tot. tit. C. de navicular. Welwod tit. 22. of priviledged ſhips.*

(e) Præfectus urbi, ad cujus curam pertinent omnia, quæ ad ſalutem & conſervationem urbis. *l. 1. per tot. ſup. de off. præf. urb.* aut alias præfectus annonæ, *l. ult. inf. quod cum eo.* ſolet extra ordinem juvare exercitorem propter miniſterium annonæ, non quidem data ei actione aliqua ſive civili ſive honoraria, ſed extraordinaria cognitione, ut fieri ſolet in cauſis favorabilioribus, quoties actio magis, quam æquitas deficit *l. 1. & tot. tit. de extraord. cogn. l. quod ſi minor. 24. §. ult. ſup. de minor.* Quod autem in urbe licuit præfecto, id ipſum etiam præſidi licere debuit in provincia. quippe qui magiſtratuum omnium, qui in urbe ſunt, vice ac partibus in provincia fungebatur. *l. ex omnibus. 10. & 2. ſeqq. ſup. de off. præſ. l. 7. §. ult. cum 2. ll. ſeqq. de offic. proconſ.* Plane qui magiſtrum in poteſtate habet, actionem ex contractu ejus ſibi quæſitam exercere poteſt. *l. 1. inf. de inſt. act. Schneid. ubi ſupra.*

 (f) Adde

judicium dicitur, quod officio judicis implorato conſtituitur, l. 1. inf. de var. & extraord. cognit. *quoties ex æquitate alicui ſuccurrendum eſt, quia remedium ordinarium deſit.* l. cum filiusfam. ſup. ſi cert. petat. *Sed quæ hic eſt æquitas? Sane ſi magiſter ſolvendo non fuerit.* l. 1. f C. de act. & ob. l. fi. C. quando fiſ. vel priv. *vel ſi abſens ſit, & periculum ſit in mora, quod cum magiſter cedere non poteſt, qui abſens eſt, debitor fortaſſis bonis exuatur. Quid contra, ſi abſente magiſtro bona dilapidet? Quid ſi ſuſpectus probari poſſit? Quid ſi magiſter ante ceſſionem rebus humanis exemptus ſit?* Caſtrenſ. ad l. 1. inf. de inſtitor. act.

Si is, qui navem exercuit, in aliena poteſtate erit, ejuſque voluntate navem exercuerit, quod cum magiſtro ejus geſtum erit, in eum, cujus in poteſtate erit, qui navem exercuit, judicium datur. Licet autem actio in eum detur, in cujus poteſtate eſt, qui navem exercet: tamen ita demum

VINNIUS.

(*f*) Adde *l. 4. inf. ut in poſſ. leg. l. 1. l. 2. inf. de inſtit. act. l. 5. l. 6. ſup. de dol. mal. l. de ætate. 11. §. ex cauſa. 8. ſup. de interrog. in jur. fac.* ubi Iureconſultus ait, quæ de novo poſtea emergunt, novo indigere auxilio. Itaque ſecundum Peckium etiam ex aliis cauſis, quam annonaria, dabitur exercitori in eum, qui cum magiſtro contraxit, extra ordinem actio, ſi modo aliter rem ſuam ſervare non poſſit: idque & Schneidewinus probat arg. *d. l. 1. in fin. junct. l. 2. de inſtit. act.* contendens in *§. ſolent plane. h. t.* proponi jus commune, quibus nos quoque lubentes aſſentimur. Nam quod in inſtitoria receptum eſt, id vel magis recipiendum in exercitoria propter utilitatem.

(*a*) Cum

mum datur, ſi voluntate ejus exerceat. Ideo autem ex voluntate in ſolidum tenetur, qui habet in poteſtate exercitorem, quia ad ſummam Reipub. navium exercitium pertinet. At inſtitorum non idem uſus eſt, ea propter in tributum duntaxat vocantur; qui contraxerunt cum eo, qui in merce peculiari ſciente domino negotiatur. Sed ſi ſciente duntaxat, non etiam volente domino, cum magiſtro contractum ſit: utrum quaſi in volentem dabimus actionem in ſolidum: an vero exemplo tributoriæ? In re igitur dubia melius eſt verbis edicti ſervire, & neque ſcientiam ſolam, & nudam patris dominive in navibus onerare, neque in peculiaribus mercibus voluntatem extendere ad ſolidi obligationem. Et ita videtur etiam Pomponius ſignificare, ſi ſit in aliena poteſtate, ſi quidem voluntate gerat, in ſolidum eum obligari: ſi minus, in peculium.

SVMMÆ RERVM.

1 *Ratio decidendi in hoc §.*
2 *Navigatio an Reipub. utilis.*
3 *Pater an emancipato filio teneatur.*
4 *Voluntas quomodo probanda.*
5 *Pater an ex quovis filii contractu teneatur.*
6 *Exercitoria actio in quo ab actione quod juſſu diſcrepat.*

7 *Tributum quid ſit.*
8 *Merx peculiaris quid ſit.*
9 *Maris navigatio utilis.*
10 *Verba legis quando inſpicienda.*
11 *Mens legis, anima legis.*

1 Iudicium datur. *Cur ita? An ne, quod is qui antecedens permittit, conſequentia quoque concedere videatur?* l. 1. §. 1. ſup. ſi uſusfruc. petat. *Etenim cum nec hi quidem, ut alii, rebus ſuis ſemper ſupereſſe poſſunt, qui exercere eos navem patitur, magiſtros quoque præ-*
a *ponendi authoritatem feciſſe cenſebitur. Vlpianus profecto, & navigandi utilitatem Reipub. accommodatiſſi-*
2 *mam pro ratione conſtituit. Maris autem navigatio, utrum civitatibus quæ bonis legibus utantur proſit, an ne obſit, pulchre in Politicis tradidit Ariſtoteles* cap. 6. lib. 7. *& quamvis abunde ſatis ea quæſtio ſuperius à nobis deciſa ſit, multi tamen ſunt qui ambigant. Nam peregrinorum & exterorum quorundam, qui in aliis legibus educati ſunt, adventum & communionem nocere ajunt*

VINNIUS.

(*a*) Cum filiifam. aut ſervi navem exercent ex voluntate eorum, quorum in poteſtate ſunt, ſere eſt, ut patres ipſi vel domini exercere videantur, eo quod ad patres vel dominos quotidianus navis quæſtus pertinet. §. *exercitorem. ſup. eod. par. 2. Inſt. quod cum eo.* & ideo iniquum non eſt eos quoque hoc caſu actione exercitoria in ſolidum teneri: præſertim cum hic accedat etiam utilitas reipub. Cæterum ſi non ex voluntate domini aut patris exerceant, licet his ſcientibus & patientibus, ultra peculium contrahendo aut præponendo eos obligare non poſſunt. *verſ. in re igitur dubia.* Itaque evidens hìc error Peckii eſt putantis ſcientiam & patientiam ſolam ſufficere: eundemque errorem etiam errat Schneidewinus *ubi ſup. n. 3. vid. lit. D. inf.*

(*b*) Sen-

ajunt & bonis legibus, & loci frequentia. Vſu enim maris fieri, ut mittendo & recipiendo, mercatorum multitudo exoriatur: quod præclara Reipubl. adminiſtrationi repugnet. Cæterum his argumentis facile is idem Philoſophus reſpondet. De copiis autem navalibus, haud dubium eſt, quin perutile ſit earum quandam vim & copiam obtinere. Neque enim ſibiipſis ſolum, ſed etiam finitimis auxilio ac præſidio & terrori eſſe omnes debent, ut terra, ſic mari. Sed ut ad patrem, dominumque, quo ex loco digreſſus ſum, revertar, conſtat eos in ſolidum teneri, ſi voluntate eorum filius ſervuſve exerceat.

Quod 3
an in emancipato etiam filio locum habeat, quæri ſolet: & magis eſt, ut non habeat, ſed de his tantum quæ geſta ſunt, obligari parentem exiſtimo. l. ſi filiusfa. inf. de tutel. & ration. diſtrahen. *Quanto pejus igitur Accur.* b *ſentit exiſtimans filium patris ſacris abſolutum in ſolidum conveniendum eſſe. Quin potius dicere oportet, noluiſſe leges plurimum gravare eum, qui cum arbitratu parentis contraxiſſet, ejuſque auxilio potuiſſet liberari obligatione, ſi in poteſtate manſiſſet, ut nunc ſui juris factus, in initiis domus conſtituendæ evertatur*

VINNIUS.

(*b*) Sententia tamen Accurſii certiſſima ratione juris nititur. Nam cum non minus filiusfam. quam pater in propoſito obligetur, & cum eo in poteſtate manente in ſolidum æque atque cum patre agi potuerit. *l. filiuſfa. 39. inf. de obl. & act. l. 44. inf. de pecul. l. 57. ſup. de judic.* junct. §. *eſt autem, ſup.* & *par. ſi tamen. 22. inf.* licet ſubtilitate juris per capitis deminutionem, quæ emancipato contingit, actio perimatur, à prætore tamen in eum reſtituitur, perinde quaſi capitis deminutio non interveniſſet. *l. 2. ſup. de cap. min.* quanquam hoc ita temperatum eſt alio prætoris edicto, ut certis caſibus emancipati tantum conveniantur, in quantum facere poſſunt. *l. 2. inf. quod cum eo &c. l. 2. C. eod.*

tatur omnibus fortunis, ne unquam Reipub. vel domui ſuæ profuturus ſit. Sed etſi nondum emancipato filio, ſed in poteſtate adhuc conſtituto rebus humanis pater eximatur, hæredes teneri credibilius eſt. arg. l. 1. C. de Decur. Iaſon in l. frater à fratre. ſup de condict. indeb.
c

4 Si voluntate. *Quo pacto de voluntate patris domini-*
d *ve potiſſimum conſtare poſſit, multi contraria, ne dicam abſurda opinantur. Illud conſtat, voluntatem in animo retentam, & quæ exterioribus indiciis ſuiipſius teſtimonium non exhibet, in foro contentioſo admittendam non eſſe. Igitur ſi expreſſa voluntas interceſſiſſe probari nequeat, ad conjecturas probabiles deveniendum erit.* Fulg. Bal. & Alb. hic. *Etenim cum teſte Seneca, hominum incertos animi motus diſcernere præter Deum nemo poſſit:*

VINNIVS.

(c) Non minus tamen adhuc tenebitur filius: quippe qui ab initio non minus quam pater obligatus fuit. Atque etiam in ſpecie *d. l. 1. C. de decur.* quanquam longe diverſa, filii bona prius excutiuntur, quam ad hæredes patris pervenitur.

(*d*) Hæc Peckii diſputatio fere ſupervacua eſt, quoniam ut pater aut dominus in ſolidum exercitoria teneantur, non ſufficit eos ſcire & pati filium aut ſervum navem exercere, ſed expreſſa eorum requiritur voluntas, ut patet ex textu. Quid quod de hoc ipſo dubitari poterat, propterea quod ad obligandum patrem vel dominum: actione inſtitoria ne hoc quidem ſufficit, quod filius aut ſervus eorum voluntate negotientur in merce peculiari, ſed requiritur, ut ei negotiationi præpoſiti ſint. *l. 1. & paſſ. inf. de inſtit. act.* alias dominum & patrem tributoria tantum actione obligant, qua in tributum pater & dominus vocetur cum iis, quibuſcum filius & ſervus contraxerunt. *inf. de trib. act.* Sed placuit facilius exercitoriam, quam inſtitoriam dari, quoniam major eſt reipub. utilitas in exercitione navium, quam in uſu inſtitorum. *hoc eod. text.* & *par. magiſtrum. ſup. Caſtrenſ. in par. ſi is qui. ſup. n. 2. 3. & 4. Duar. c. 2. de exerc. act.*

(*e*) Alias

ſit: & Accur. in l. 2. ſup. de interrog. act. 1. Paralipo. 28. *ut Philoſophorum & Theologorum potius ea cognitio ſit, non judicum, ad exteriora mentis indicia confugere oportet, quæ voluntatis argumentum facillime præſtabunt*. l. 1. §. divus. inf. ad l. Cornel. de Sicar. l. cum quis. ſup. ſi cert. petat. *Quid igitur, ſi obventiones omnes & reditus ad patrem dominumve recipientem deferantur? Quid, an ne pro expreſſa habebitur? Sane, ſi nec eo modo de voluntate conſtare poſſit, non in ſolidum, non probata per actorem voluntate, quod hic requirit Vlpianus, ſed de peculio tantum actio dabitur*. l. eum qui. inf. de prob. *Sed an igitur ex quovis contra-* f
ctu cum filiofamilias inito, in ſolidum adhibita autoritate patres teneantur? Quæſtio temperamentum recipit. Nam & involuntarii & inviti interdum in ſolidi obligationem incidunt. Adrianus enim Imp. Britaſio Pollioni e
Legato Lugdunenſi in hæc verba reſcripſit, l. ſi quis. §. 1. inf. de excuſat. tuto. Iſidorus Marcus quamvis filiusfamilias ſit, idoneus tutor eſſe videbitur. Pater autem ejus idcirco cavere non vult, ut filium ſuum tutela eximat, & in hoc artificio perſeveravit: exiſtimo te huic fraudi occurſurum, ut & ipſe & filius ad tutelam liberorum Clementis gerendam compellantur. *Ecce & invitus & in ſolidum hic obligabitur. Interdum ſane etſi conſenſum adhibeat, obligationis tamen vinculo minime aſtringitur, quod ex Iuſtiniani Cæſaris*

Vinnius.

(e) Alias eſt *l. ſpadonem*. 15. *par. ſi quis*. 13. & reſcriptum ſic incipit, *Si Claudius Macer* &c. Proponitur autem caſus ſpecialis: alioqui ſola ſcientia in tutela filii non obligat patrem in ſolidum, *l. ſi filius-famil*. 11. *inf. de tut. & rat. diſtr.* quanquam ſecus eſt in cauſis mere publicis. *l. 1. C. de decur. l. 1. C. de filiis-famil. lib.* 10.

Cæſaris ad Ioannem Prætorii Præfectum epiſtola conſta-
f *re poteſt.* l. cum non ſolum. §. neceſſitate. C. de bo. quæ lib. *Porro ſi neutrum facere cogantur patres, neque conſentire neque obligare ſe, ultra peculium minime te-*
6 *nentur.* l. Lucius. inf. de ad. tu. *Dicet aliquis, cum inter juſſum expreſſamque ſaltem parentum voluntatem parum admodum intereſſe videatur, cur non exercitoria relicta, quod juſſu actio conſtituta eſt? Communis reſolutio interpretum in eo conſiſtit, quod actio quod juſſu ex ſpeciali contractus expreſſione conſiſtat, quod hic neceſſarium non eſt in hac exercitoria actione, quæ generali præpoſitione contenta eſt. Sed cum hæc parum tuta ſit ſolutio, quod Vlp. reſponderit* l. 1. inf. quod juſſu. *juſſum accipiendum eſſe ſive ſpecialiter dominus parensve in uno contractu juſſerit ſive generaliter, alio confugiunt plerique, ut* Alberic. hic. *exiſtimantque in exercitoria tacitam ſufficere, in ea vero quod juſſu expreſſam voluntatem requiri. Plane cum nec in hanc ſententiam concederet Comenſis, non hic de filiorum ſervorumve, ſed de*
g *magiſtrorum ab his præpoſitorum contractibus mentionem,*

VINNIUS.

(*f*) In editionibus Gothofredi eſt in *fin. pr. in d. l. non ſolum. verſ. neceſſitate.* non eſt autem mirum in caſu illic propoſito patrem non obligari, quia per officium judicis patri imponitur neceſſitas filio conſentiendi.

(g) Nihi repudiata Comenſis & Alberici ſententia, prima & communis placet: Nam etſi interdum ut actio quod juſſu detur, generalior aliquanto voluntas ſufficiat, illa tamen & ipſa reſtringitur ad certam perſonam cui cum ſervo contrahere conceditur. puta cum hoc modo dominus conteſtatur, *Quod voles cum Sticho ſervo meo negotium gere periculo meo*, ut in *d. l. 1. par. 1. inf. quod juſſ.* Adde quod actio quod juſſu ex poteſtate naſcitur, exercitoria & inſtitoria ex negotiatione: unde etiam ſi liber homo magiſterio navis aut tabernæ præpoſitus ſit. præponens ex contractu eorum obligatur.

(*h*) Ap-

nem fieri aſtruit, quod in actione quod juſſu rationem non habet.

In tributum. *Intelligimus hic per tributum id quod inter creditores ſervi negotiantis, & dominum, cui idem ſervus debet, tribuitur, hoc eſt, diſtribuitur pro rata ejus, quod cuique debetur. In tributum igitur vocari, aliud hic eſt nihil, quam ad virilem partem admitti. Quod ut plenius intelligi poſſit, per exemplum, cujus maximam in docendo vim eſse, apud Platonem teſtatur Socrates in* lib. de regno. *arduumque eſſe abſque exemplis res magnas lucide oſtendere, indicabimus. Filiusfamilias in merce peculiari ſciente patienteque patre negotiatur, cui ego ad certum contracta conventione, magnam mercium quantitatem vendidi. Is & cum aliis in merce peculiari eadem ratione contractum iniit. Convenio patrem, ſummam filio creditam exigo. Sane quamvis regulariter in peculio receptum ſit, ut parentes, quod ſibi debetur inprimis deducere poſſint.* l. depoſiti. inf. de pec. l. ſi cum dotem. §. ult. inf. ſolut. matrimo. *hoc tamen in caſu communis regula locum non habet. In ſolidum igitur in medium delato & exhibito creditoribus peculio, nihil deducet pater, quo ſciente patienteque contractum eſt: ſed diviſio inter omnes creditores, quoad virilem portionem, id eſt, pro rata ejus quod ei à filio debetur, admittendus erit. Quæ hic in filio dicta ſunt, eadem & in ſervo locum habent.* 7

Merce peculiari. *Dicitur merx peculiaris, in qua dominus permittit ſervum ſuo proprio nomine negotiari. Dominica vero, in quo domini vice negotia gerit.* 8

Sciente domino. *Igitur cum circa navalem negotiationem, quam terreſtrem maior Reipublicæ utilitas conſiſtere videatur, ab æquitate profecto alienum non eſt,* 9

quod

quod ex magiſtri à filio ſervove præpoſiti contractu, in ſolidum patres, dominive conveniantur, quodque in aliis aliter receptum ſit, ut deductionis tantum prærogativa exuti, ultra peculii vires minime obligentur. Paul. Caſtren. hic verb. ſed contra.

10 In re dubia. *Rectiſſime ait Vlpianus in re dubia à*
h *verbis legis recedendum non eſſe. Nam ubi mens legis certa eſt, vel ex circumſtantiis colligi poteſt, procul dubio à verbis recedentes mentem legis amplectimur. Etenim eum qui pertinaciter à ſcripto recedere non vult, pernicioſe errare Celſus adoleſcens dicere conſuevit.* l. ſi
11 ſervum. inf. de verb. ob. *Illud utique fatendum eſt, mentem verborum radicem primamque ſubſtantiam eſſe: verba menti ſervire, & ſub jugo mentis, non ſecus quam mancipium premi. Non latuit hoc totius eloquentiæ fontem Tullium Ciceronem in ea oratione, quam pro Aulo Cecinna habuit.* Scriptum *(inquit)* ſequi calumniatoris eſt, boni autem judicis voluntatem ſcriptoris, & rationem defendere. *Quod igitur Quintilianus ait, omni-*

VINNIUS.

(*h*) Apparet ex verbis Ulpiani hoc edictum conceptum fuiſſe de patre & domino volente, non de ſciente ſimpliciter: cum contra illud de tributoria propoſitum ſit in quoquo modo ſcientem. Unde cum in re dubia verbis legis ſervire melius ſit, infert juriſconſultus, neque patris dominive nudam & ſolam ſcientiam eos in navibus obligare debere in ſolidum, ut actione exercitoria teneantur; ſed eam demum ſcientiam, quæ conjuncta ſit cum eorum voluntate: nec in peculiaribus mercibus voluntatem patris aut domini ad ſolidi obligationem extendi, ut teneantur inſtitoria. quippe ſcientis quidem appellatione etiam qui vult contineri poteſt; quia nemo dici poteſt velle, quod neſciat: at volentis nomine non poteſt ſignificari, qui nudam duntaxat ſcientiam habet ſine voluntate. *Duar. c. 2. in hunc tit. add. Caſtrenſ. in par. ſi is qui. ſup. n. 4. 5. & 6.*

(*i*) Non

omnibus Iureconſultis ſummum ſemper laborem fuiſſe circa obſervationem verborum , catenus verum eſt , ſi de mente legiſlatoris aliter conſtare non poſſit. l. non aliter. inf. de legat. 1. *Sed in quo hic verbis ſerviendum Vlpianus exiſtimat ? Sane , quia cum in minori culpa ſint parentes dominive quorum ſcientia ſolum cum magiſtro contractum eſt , quam ſi juvandis negotiis autoritatem feciſſent, à verbis edicti voluntatem requirentis, recedendum non eſt. Alioqui enim & ex ſola ſcientia in peculiaribus mercibus, ſolidi obligationem, lege repugnante, extendere deberemus. Sequitur igitur ex his , perpetuo in jure verum non eſſe , quod tacentes ſcienteſque conſentire videantur : de qua re latius alio loco à nobis dictum eſt,* in cap. qui tacet. de reg. jur. li. 6. i

In

Vinnius.

(*i*) Non debuit dicere *ex ſola ſcientia*, ſed *ex voluntate*, ut eſt in textu. Hoc enim ſignificat Iuriſconſultus, quamvis prætor in actione tributoria ſimpliciter mentionem faciat domini ſcientis, nec præciſe voluntatem exigat, ſed ſcientiam & patientiam. *l. 1. pr. & par. 3. inf. de trib. act.* tamen loqui eum de domino quoquo modo ſciente , ſive patiente tantum, ſive etiam volente : neque enim diſtinguere inter nudam ſcientiam & voluntatem , inter velle & non nolle. Summa huc redit , ſi filius aut ſervus negotientur patre & domino ignorantibus , tenetur pater & dominus de peculio *inf. de pecul.* ſi patre vel domino ſciente , tenebitur pater aut dominus tributoria. *inf. de trib. act.* & hoc text. Quod ſi contrahant patris & domini voluntate , ſi quidem juſſerit pater aut dominus certo genere contractus contrahi , tenebuntur pater & dominus quod juſſu. *inf. quod juſſu.* Sin autem certam ſpeciem non expreſſerint , in navali exercitione tenebuntur in ſolidum actione exercitoria , in reliquis non niſi tributoriæ locus erit. *Bart. Coſtal. Buſius , Ant. Fab. in ration. hîc, & ad d. l. 1. par. 3. inf. de trib act.*

(*a*) Etſi

In poteſtate autem accipimus utriuſque ſexus filios vel filias, ſervos, vel ſervas. Si tamen ſervus peculiaris volente filiofam. in cujus peculio erat, vel ſervo vicarius ejus navem exercuit, pater dominuſve, qui voluntatem non accommodavit, duntaxat de peculio tenebitur, ſed filius ipſe in ſolidum. Plane ſi voluntate domini, vel patris exerceant, in ſolidum tenebuntur: & præterea filius; ſi & ipſe voluntatem accommodaverit, in ſolidum erit obligatus. Quanquam autem ſi cum magiſtro ejus geſtum ſit duntaxat, pollicetur Prætor actionem: tamen (ut Iulianus quoque ſcripſit) etiam ſi cum ipſo exercitore ſit contractum, pater dominuſve in ſolidum tenebitur.

SVMMÆ RERVM.

1 *In poteſtate noſtra qui ſint.*
2 *Servus peculiaris quis ſit.*
3 *Servus vicarius quis.*
4 *Principum amici qui.*
5 *Ordinarii ſervi unde dicti.*
6 *Pater quare de peculio teneatur.*
7 *Filiusfamilias quomodo conveniatur.*

In poteſtate. *Iuſtinianus libro primo Inſtitutionum* tit. de his qui ſunt ſui vel alie jur. *perſonas ſumma diviſione in liberos homines, & ſervos diviſit: ſecunda diviſione in eas quæ ſui juris ſunt, & quæ alieni, perſonas:*

nas. Diſpiciamus itaque de iis, quæ in aliena poteſtate ſunt. In poteſtate igitur dominorum ſunt ſervi, in noſtra 1
vero liberi noſtri, quos ex juſtis nuptiis procreavimus. Dominorum ſane poteſtas jurisgentium eſt, non naturalis, quo omnes homines æquales reperiuntur. l. quod attinet. inf. de reg. jur. *Naturalem autem eſſe patri in liberos poteſtatem, tam ex lege Romana, quam ex Ariſtotele conſtat, quæ apud omnes gentes vim ſuam retinere debet.* l. in ſuis. inf. de lib. & poſthu. Gel. noct. Attic. lib. 5. cap. 19. *Porro cum permiſſa olim patri dominoque fuerit vitæ neciſque poteſtas, hodie tamen humaniore ratione utriuſque poteſtas conſtituta eſt. Patri itaque filium caſtigandi relicta facultas eſt, dum caſtigatio ipſa plus pietatis, quam acerbitatis habeat: dum etiam ira procul abſit, cum qua nihil recte fieri, nihilque conſiderate Cicero exiſtimavit in* Quæſt. Tuſcul. lib. 4. ad fi. *Sed & jus civile* l. jus civile. ſup. de juſt. & jur. *à jure gentium recedens domini imperio modum adhibuit: ut ex* §. ſed hoc tempore. Inſt. de his qui ſunt ſui vel alie. jur. *cuilibet perſpectum eſſe poterit. Divus enim Hadrianus ſervos à dominis occidi vetuit: ſed ſi qui deliquiſſent, Prætoris judicio pœna affici præcepit, ita ut Umbricam matronam, quod in ancillas ſupra modum ſæviret, in quinquennium relegaſſe ferant: quod magis ex re publica duceret, permulcendo tractandoque animos promereri, quam verbere.* Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 3. cap. 20. *Hodie ſane poteſtas utriuſque in acquiſitione, obſequio, atque aliis quibuſdam, quæ ſuo loco obſervari poſſunt, conſiſtit.* C. per quas perſo. l. 1. C. de parent. qui. fil. &. inf. tot. tit. de obſeq. *Et hæc quidem poteſtas privata eſt. Publicam ſane, de qua hoc loco nobis exponendum non eſt, habent*

Antiſti-

Antiſtites ſummi, Imperatores, Reges, Principes, & omnes ii denique qui autoritate publica Reipub, præficiuntur.

2 Servus peculiaris. *Erant peculiares ſervi, qui peculio filiorum annumerantur, ſimiliter ac reliquæ eorum res peculiares, de qua re ad longum diſputare noſtro ſeculo non convenit, cum divina lege eadem omnes conditione vivamus.* Inter eos enim (*inquit Paulus* ad Gal. 3.) qui

a in Chriſtum baptiſati ſunt, neque liber neque ſervus ſit. *Sed quia ſervorum tractatus plurium rerum expeditionem habet, & quæ de aliis dicenda ſunt, à ſervis magna ex parte ſumuntur, interdum obiter attigiſſe ſufficiet.*

3 Vicarius ejus. *Cum multis variiſque officiis res familiaris gubernetur, neceſſe fuit diverſitatem aliquam ſervorum conſtituere, non ut in omnes non eſſet æqualis dominorum poteſtas, ſed illorum quaſi honore quodam diſtinctus ordo & ſtatus.* Conna. lib. 2. cap. 2. *Servorum igitur quidam ordinarii, quidam vicarii appellabantur. Ordinarii, quibus peculium dominus conceſſerat, negotiarique permittebat.* l. ſi ſervus, inf. de pecul. *Vicarii vero,*

VINNIUS.

(*a*) Etſi in hiſce regionibus ſervos nullos habemus aut agnoſcimus, uti nec in pleriſque aliis orbis Chriſtiani partibus. *Connan. 2. comm. 1. Bodin. 1. de repub. 5. Gudelin. 1. de jur. noviſſ. 4.* tamen ſervum eſſe non adverſatur legi Divinæ aut doctrinæ Apoſtolorum. *Deut. c. 15. Exod. c. 21. Levit. c. 25. 1. ad Corinth. 7.* & abutitur Peckius loco Pauli ad *Galat. c. 3. circa ſin.* ubi Apoſtolus non tollit differentiam, quæ tunc temporis adhuc erat in ſtatu & conditione hominum, ſed pronuntiat Baptiſmum eſſe omnibus credentibus communem, quod ſit noſtræ in Chriſto liberationis pignus, tam ſervis, quam liberis &c. Idem Apoſtolus 1. *ad Epheſ. 6.* dominis imperat, *ne cum ſervis minaciter agant*, hoc argumento, *quod & ipſi dominum in cælis habeant, qui ad talia qualitatum diſcrimina non attendat.*

(*b*) Quæ-

ro, ſervi ſervorum erant ordinariorum quodammodo, quidamque quaſi ſubmagiſtri, vel ſubinſtitores. Accidit enim non raro, ut domini naturali quodam favore hunc magis ament quam illum, atque proinde ſic præferunt alium alii; ut hunc mediaſtinum, de quo ſuperius traditum eſt, hunc vero atriarium conſtituant, huic peculium concedunt, alterum eidem ſubiiciunt. Quod enim quidam 4
ex Philoſophis de amicis Principium dixit, eos ſimiles eſſe calculis ſupputatoriis; qui parum aut multum valent, prout ad ſuperiores aut inferiores lineas tabulæ nummulariæ transferantur: idem in ſervis dici poteſt, qui tanto ſunt meliore conditione, quanto magis propitium quiſque nactus eſt dominum. Sed & vicarii hi peculium, & in eo ſervos quoque habere poterant, qui peculiares & vicarii vicariorum dicti, in peculio primi & ordinarii ſervi continebantur. Si igitur ad poteſtatem domini reſpiciamus; ſubjectus ei eſt æqualiter ordinarius ſervus & vicarius, eſtque horum alter alteri conſervus. Sin ad rationem peculii, ordinarius vicarii dominus eſt. Exiſtimat autem Connanus d. loco. *inde ordinarios ſervos dictos eſſe, quod* 5
ordinem ſuum & locum tenebant in re familiari domini, non item vicarii, qui in peculio erant ordinariorum, ut ordinarium jus vocamus, ab eo differens quod extra ordinem datur. Vicariorum vero nulla erat certa deſtinataque miniſterii functio, ſed omnium etiam ordinariorum mandatis obſequi, & parere cogebantur.

De peculio. *Quamquam enim nihil contraxerunt do-* b
mini

VINNIUS.

(*b*) Quærendum potius eſt, cur non etiam hoc caſu, quando ſervus peculiaris volente filiofa. in cujus peculio eſt, navem exercuit, æque pater in ſolidum exercitoria teneatur, atque caſu ſuperiore, cum filius ipſe navem voluntate patris exercens magiſtrum ei navi præpoſuit, & quid cum magiſtro geſtum eſt Cæte-

rum

6 *mini vel parentes, ut ſummo jure civili ex contractu filiorum aut ſervi minime teneantur, multo minus ex facto eorum qui ab his præpoſiti ſunt.* C. ne fil. pro patre & è contra. *naturalis tamen æquitas exigit, dominos & parentes, ex contractibus & negotiis per ſervos aut filios geſtis, teneri. Etenim cum hi certam pecuniæ quantitatem peculii loco, & negotiationis ergo, iis quos in poteſtate ſua habent, concedant: videntur quoque & horum autoritate contraxiſſe, quod ea in conſequentiam venire cenſeantur,* l. qui peculii. inf. de pecul. *quod fuſius in* §. actionis. Inſtit. de acti. *exprimitur.*

6 In ſolidum. *Etenim, ut lib. xl. ad Edictum Ulp. ſcribit,*

bit,

VINNIUS.

rum in promptu reſponſio eſt, nempe ideo hoc caſu patrem non teneri exercitoria in ſolidum, ſed tantum de peculio, quia nulla voluntas patris interceſſit. Filius quidem familias ex ſuis contractibus, ac proinde etiam ex ſua præpoſitione, cum ſervum peculiarem exercendæ navi præficit, in ſolidum tenetur, pater vero non niſi de peculio. *l. ſi quis. 44. inf. de pecul.* Sed & nulla nominatim facta præpoſitione, ſi ſervus ille peculiaris ſciente ac volente filiofa. navem exerceat, perinde obligabitur filius in ſolidum, ac ſi ſervum expreſſe præpoſuiſſet. §. *licet autem. ſupr.* Patrem autem ea res obligare non poteſt, qui voluntatem ſuam non accommodavit: neque enim bona collectio eſt, filiusfa. voluit, ergo & pater. Itaque hoc caſu pater non exercitoria in ſolidum, ſed tantum de peculio teneri debet. Idemque eſt, ſi ſervus per vicarium ſuum quaſi magiſtrum navem exerceat: Hoc tantum intereſt, quod cum ipſo ſervo nulla ſit actio. *l. cum ſervo. 107. de reg. jur.*

(*c*) Hæc verba *in ſolidum* quater in hoc textu exprimuntur: & filius quidem in ſolidum obligari dicitur ſive non ex voluntate patris exercuit, ſive patre volente; pater autem priore caſu tantum de peculio, poſteriore etiam in ſolidum, ſive cum magiſtro filii contractum ſit, ſive cum ipſo filio exercitore.

(*d*) Cre-

bit, l. tam ex contractib. ſup. de judi. *tam ex contractibus quam ex delictis in filiumfamilias competit actio. Eadem igitur ratione ex magiſtri ſervive contractu conveniri poteſt. Si quis igitur cum filiofamilias contraxerit, duos habet debitores filium in ſolidum, & patrem duntaxat de peculio, quod & Domitius Vlpianus lib. xliii. ad edictum in* l. ſi quis. inf. de peculio, *ait. Ideoque ſi pater filio peculium ademerit, nihilominus (ut Iulius Paulus* l. ideoque d. tit. *teſtatur) creditores cum filio agere poſſunt. Sed quid ſi nihil habeat bonorum qui contraxit filiusfamilias inanis ne actio per inopiam conſtituetur ?* l. nam is. ſup. de dolo. *Quid ſi omnia patris ſunt ? Quæ, non ſequente executione, condemnationis utilitas ? Communi calculo receptum eſt, ad ceſſionis beneficium eo caſu deveniendum eſse. Cum enim inquit* d *Iuſtinianus*, l. penul. C. qui bo. ced. poſſunt. *& filiifamilias poſſint habere ſubſtantias, quæ patribus acquiri vetitæ ſunt: nec non peculium caſtrenſe, vel quod patre volente poſſident, quare ceſſio bonorum eis deneganda ſit: cum etſi nihil in ſuo cenſu habeant, tamen ne patiantur injuriam, debet bonorum ceſſio admitti ? Si enim & paterfamilias admittendus eſt, propter injuriarum timorem ad ceſſionis flebile veniens adjutorium: quare filiisfamilias utriuſque ſexus hoc jus denegamus ? cum apertiſſimi juris ſit, & inter patresfamilias & inter alieno juri ſubjectos, ſi quid poſtea eis pinguius acceſserit, hoc iterum uſque ad modum debiti poſse à creditoribus legitimo modo avelli. Hactenus ille. Plane ſi bonis cedere recuſaret, in carcerem detrudi poſse probabilius eſt.* Zaſius, Iaſon, & alii in §. actiones. Inſtit. de act. Si

VINNIUS.

(*d*) Credibile autem eſt patres plerumque, ut filiorum infamiæ occurrerent, eorum æs alienum diſſolviſſe.

c Si voluntate patris &c. *Ratio eſt, ne bona fide & voluntate parentum cum filiisfamil. contrahentes, decipiantur. Maledictus enim eſt inquit Hieremias*, c. 48. *qui facit opus fraudulenter. Is autem fraudulenter agit, qui voluntarie negotiari filium permittens debitum exolvere recuſat. Sane an peculii partes ſæpenumero occultentur, aliorum eſto judicium. Recte igitur ſcriptum eſt:* Non mentiemini, nec decipiet unuſquiſque proximum ſuum. *Levi.* 9.

Hæc actio ex perſona magiſtri in exercitorem dabitur: & ideo ſi cum altero eorum actum eſt, cum altero agi non poteſt. Sed ſi quid ſit ſolutum, ſi quidem à magiſtro, ipſo jure minuetur obligatio. Sed etſi ab exercitore, ſive ſuo nomine, id eſt, propter honorariam obligationem, ſive magiſtri nomine ſolverit, minuetur obligatio, quoniam & alius pro me ſolvendo, me liberat.

SVM-

V I N N I V S.

(c) Atqui hac ratione admiſſâ dicendum erit etiam ex filiifa. tabernam voluntate patris exercentis contractu patrem obligari in ſolidum inſtitoria: quod tamen negat Ulpianus, prætexens in exercitoribus navium publicam utilitatem, *par. licet autem. ſup. eod.* Nota ſunt, quæ hîc ex Scriptura ſacra à Peckio allegantur. Cæterum non poteſt dici, opus Domini fraudulenter facere, aut decipere proximum ſuum; cujus voluntate filius navem aut tabernam exercet, etiamſi neget ex contractu filii ultra peculium ſe obligari.

(a) Imo

Summæ rerum.

1 *Bis idem exigi non poteſt.*
2 *Actione una electa quando ad aliam redire licet.*
3 *Ipſo jure & ope exceptionis quid fieri, quomodo differant.*
4 *Solvi pro invito poteſt.*

Cajus conſultus, cujus reſponſum & Pontificio quoque jure probatur. cap. bona fides, extra. de reg. jur. lib. 6. Bona fides (*inquit*) non patitur, ut bis idem exigatur. l. bona fides. inf. d. tit. *Recte igitur Vlpianus, quod dictum eſt, in poteſtate noſtra eſſe, utrum exercitorem, an magiſtrum convenire velimus, interpretatur, quod ſi cum alterutro eorum actum ſit, cum altero agi non poteſt. An igitur electio creditori præjudicium pariet?* a l. 1. C. de furt. *Vtique non videtur. Quanquam enim*

Vinnius.

(*a*) Imo electio, contra quam putat Peckius, præjudicium parit creditori. 1. qui cum magiſtro contraxit, atque ita exercitorem quoque ſibi obligavit, ſi is cum alterutro eorum expertus fuerit, cum altero experiri amplius non poteſt, etſi nihil aut minus, quam ei debebatur, ſit conſequutus. Hoc enim eſt, quod in textu dicitur, *ſi cum alterutro eorum actum eſt, cum altero agi non poteſt.* Et ratio eſt, quia una atque eadem eſt cauſa & actionis civilis, quæ ex contractu in magiſtrum competit, & exercitoriæ, quæ in exercitorem ex hoc edicto: utraque enim ex perſona & facto magiſtri proficiſcitur. Itaque qui male elegit, ſibi hoc imputare debet, cum non habeat electionem plurium actionum, ut pluribus utatur, ſed alterutra earum, qua malit, ut in *l. cum filius. 76. par. variis. 8. inf. de legat. 2.* nec ideo prætor electionem introduxit, ut actori poteſtatem faceret variandi,

2 *enim in actionibus regulare ſit, ut una electa, ad aliam redire non liceat.* l. quod in hæredem. §. eligere. inf. de tribut. act. *in pluribus tamen debitoribus idem jure minime recipitur, quorum alter ſi eligatur & conveniatur, non ideo dici poteſt cæteros abſolvi: quin & perſtringi poterit, & ad ejus quod ab altero ſervari non potuerit, ſolutionem compelli.* l. ſi creditor. §. pe. inf. de peculio. *Igitur ſi cum alterutro iterum actum ſit, perceptione (ut Iulius Paulus teſtatur* l. perceptione. ſup. de his qui effud. vel deiec.*) non litis conteſtatione liberatio continget. Sane in pœnalibus, nec litis conteſtatio, nec perceptio ab uno in ſolidum facta, reliquos liberat, at ſua pœna quiſque obnoxius eſt.* l. item Mela. §. ſi plures.

VINNIUS.

riandi, ſed ut ne eluderetur. *fac. l. electio. 26. junct. l. ſi communis. 9. ſup. de noxal. act. l. ſi ex duobus. 32. in fin. pr. inf. de pecul.* quanquam in caſu illic propoſito propter ſingularem æquitatem contra rationem juris communis Ulpianus pronuntiat, non intentione, ſed perceptione liberationem contingere. ut & Iulian. *l. 37. par. 3. d. t.* Sic olim electione rei aut fidejuſſoris alter, & uno ex fidejuſſoribus electo cæteri liberabantur, quod ſublatum *l. ult. C. de fidejuſſ.* Similiter quando adverſus unam eandemque perſonam plures actiones ex eadem cauſa competunt, unius electione cæteræ conſumuntur. *l. 9. par. eligere. inf. de trib. act.* Cum autem plures actiones ex pluribus cauſis competunt, non litis ex una conteſtatio, ſed ſolutio cæteras quoque perimit. *l. item illa. 18. par. ult. ſup. de pec. conſt.* Cæterum certa de his regula tradi non poteſt. Nam ſi quid dejectum ſit ex plurium cœnaculo, hic omnes ex eadem cauſa in ſolidum tenentur: & tamen non litis cum uno conteſtatione, ſed perceptione cæteri liberantur. *l. 1. par. ult. cum 3. ll. ſeqq. ſup. de his qui effud. vel dejec.* nimirum quia ſumma hoc poſtulat æquitas, propter damnum, quod aliorum facto ignoranti actori datum eſt. *Ant. fab. ibi in ration.*

(b) Huc

res. ſup. ad l. Aquil. *quod & latius à nobis tractatur in* cap. nemo pluribus. de reg. jur. in 6.

Ipſo jure. *An ipſo jure, ſive per exceptionem libe-* 3
ratio contingat, eatenus intereſſe conſulti arbitrantur, ut priore caſu, vinculum quo ligatus eſt, omnino tollatur. Poſteriore vero, quamvis maneat ſubtili ratione vinculum: per exceptionem tamen perimitur, eliditurque omnis vis, atque poteſtas obligationis, ſi modo exceptio re ipſa, atque facto, ad excludendam actionem opponatur, hoc modo, Si non pactum de non petendo feceris, ſi b
dolo verſatus non ſis &c. *Quibus exceptionibus formulæ judicii inſertis (quod à Prætore olim dabatur litigaturis) non tollitur ipſo jure, id eſt, quantum ad exactam rationem juris attinet, obligatio: ut adhuc juſta ſit actio ſummo jure. Sed ex æquo & bono non condemnatur propter exceptionem:* §. 1. §. præterea. Inſtit. de excep. *quam ſi apud Prætorem, qui dabat judicia, reus initio conteſtatus non eſſet, condemnabatur: licet revera pactum factum fuerit de non petendo, quod, ut omnia*

Vinnius.

(*b*) Huc pertinet, quod Paulus in *l. qui ſervum. 34. par. 1. inf. de obl. & act.* ſcribit, eum, qui rem ſibi commodatam ſurripuerit, teneri quidem & commodati actione & condictione; ſed alteram actionem per alteram perimi aut ipſo jure, aut per exceptionem. Significat enim, cum quis ipſo jure liberatus eſt, poſſe eum tuto negare ſe debere: & quamvis exceptionem in judicio non proponat, abſolvi debere, ſi ex priſtina actione ſolviſſe ſe quandoque apud judicem doceat. Si vero per exceptionem actio tollatur, non debere reum negare ſe teneri; ſed cum hoc confeſſus fuerit, ejus quod præceſſerit, exceptionem opponere poſſe, per quam conſequatur idem, quod non teneatur: hoc vero inquit facere eſt tutius: quia ſcilicet dubitari poſſit, an eo modo prior actio ſublata ſit ipſo jure. *vid. Cujac. Buſ. Ant. Fab. in l. ſi unus. 27. par. 2. ſup. de pact.*

nia peritè ſolent, eleganter apud Baronem explicatur. §. 1. Inſtit. qnibus mod. toll. oblig. *Si quid igitur à magiſtro ſolutum ſit, ipſo jure minuitur obligatio. Sed ſi ab exercitore ſuo nomine, magiſtri obligatio ope exceptionis tantum.* l. Modeſt. inf. de ſolut. Alb. hic.

Me

VINNIUS.

(c) Majorem fidem hic Peckius Alberico habet, quam Ulpiano. Nam Vlpianus ait etiam eo caſu liberationem contingere, cum exercitor ſolvit ſuo nomine propter honorariam obligationem, & quidem eodem modo, quo contingeret liberatio, ſi magiſtri nomine ſolviſſet, id eſt, ipſo jure, ſicut alio quovis pro nobis ſolvente liberamur. Eſt enim exercitor ſimilis fidejuſſori, & obligatio exercitoria recte comparatur cum fidejuſſoria. uude Galli dicunt, *le maiſtre eſt reſpondant de ſon commis.* Ut igitur fidejuſſor etiamſi ſuo nomine ſolvat, & propter obligationem fidejuſſoriam, non modo ſe ipſum, verum etiam debitorem principalem ipſo jure liberat, & debitorem quidem primum, ſe vero non niſi per conſequentias. *Inſt. quib. mod. toll. obl. l. 19. ſup. de dol. mal.* ita & exercitor etiam ſuo nomine & propter obligationem honorariam ſolvendo, non ſe ſolum ipſo jure liberat, ſed etiam magiſtrum. Etenim ſolutio facta à fidejuſſore, quamvis ſuo nomine, neceſſario intelligi debet etiam facta nomine rei principalis; utpote cujus obligationem fidejuſſor in ſe ſuſcipit, dum quod ille debet, fide ſua eſſe jubet. Et conſimiliter exercitor ſuo nomine ſolvere non poteſt, quin ſimul ſolvat nomine magiſtri, pro quo & ipſe eſt obligatus. Mandati vero alia ratio eſt: hoc enim nihil commune habet cum contractu creditoris, qui verbi cauſa meo mandatu pecuniam credidit Titio. Itaque niſi ego expreſſe nomine Titii ſolvero, non liberabitur Titius ipſo jure: quoniam meo nomine ex cauſa mandati ſolviſſe intelligor: & ideo creditor adhuc actiones ſuas adverſus debitorem præſtare & poteſt & debet. *l. 28. inf. mand.* quod ſecus eſt, ſi ſolutio facta ſit à fidejuſſore, & in ſolvendo de cedendis actionibus nihil cautum. *l. 36. l. 39. inf. de fidejuſſ. l. Modeſtinus. 76. inf. de ſolut. Ant. Fab. Cod. ſuo forenſ. de fidejuſſ. defin. 17.*

(d) Si

Me liberat. *Juſtinianus Imp.* d. §. 1. *ejus (inquit) quod debetur ſolutione, omnis tollitur obligatio. Nec intereſt quis ſolvat, utrum ipſe qui debet, an alius pro eo. Liberatur enim & alio ſolvente, ſive ſciente, ſive ignorante debitore, vel invito eo ſolutio fiat. Naturalis enim ſimul & civilis ratio ſuadet, alienam conditionem meliorem quidem etiam ignorantis & inviti facere nos poſſe: ſed (ut Cajus ait) deteriorem facere non licet.* l. ſolvendo. ſup. de neg. geſt.

Si plures navem exerceant, cum quolibet eorum in ſolidum agi poteſt.

LEX II.

Gajus Lib. ix.

Ad Edictum Provinciale.

Ne in plures adverſarios diſtrahatur, qui cum uno contraxit.

LEX III.

Ulpianus Lib. xxix.

Ad Edictum.

Nec quicquam facere, quotam quiſque portionem in nave habeat, eumque qui præſtiterit, ſocietatis judicio à cæteris conſecuturum.

LEX IV.

Ulpianus Lib. XXIX.

Ad Edictum.

Si tamen plures per ſe navem exerceant, proportionibus exercitionis conveniuntur. Neque enim invicem ſui magiſtri videntur. Sed ſi plures exerceant, unum autem de numero ſuo magiſtrum fecerint, hujus nomine in ſolidum poterunt conveniri. Sed & ſi ſervus plurimum navem exerceat voluntate eorum, idem placuit quod in pluribus exercitoribus. Plane ſi unus ex communi voluntate exercuit, in ſolidum ille tenebitur. Et ideo puto in iſto & in ſuperiore caſu in ſolidum omnes teneri.

SUMMÆ RERUM.

1 *Vaſallus an omnibus domini hæredibus jurare debeat.*
2 *Communis opinio periculoſa.*
3 *Socius quatenus per ſocium obligetur.*
4 *Ratio §. expoſita.*
5 *Argumentum à parte ad totum validum eſt.*

Frequenti quidem & quotidiano uſu, apud noſtrates præcipue, receptum videmus, etiam eos qui inter cæteros præcipui ditiſſimique habentur, pro portionibus tantum, ne amiſſa nave ingens vulnus ſoli recipiant, exercendi

ercendi officium ſuſcipere. Pariter itaque his, & unanimi conſenſu magiſtrum præficiunt, quo cum ſi contractum fuerit, ne in plures adverſarios (ut Cajus ait) a diſtringatur, qui cum uno contraxit, non pro portionibus tantum, ſed in ſolidum quilibet conveniri poterit. Sed & ſi quis cum ſervo duorum pluriumve contraxerit, permittendum eſt ei, cum quo velit dominorum in ſolidum experiri, l. et ancillarum. §. fi. inf. de pecu.

Vinnius.

(*a*) Si plures ſint, qui navem exerceant, placet ſingulos ex contractu magiſtri in ſolidum teneri: idque hac ratione, ne in plures adverſarios diſtringatur, qui cum uno contraxit. *l. 1. par. ult. & l. 2. hoc tit.* fac. *l. & ancillarum. 27. §. ult. inf. de pecul.* quippe actio exercitoria, qua tenentur exercitores, ex ſolius magiſtri perſona & facto naſcitur; utpote cum quo ſolo, non cum ipſis exercitoribus, contractum eſt. Cum igitur in plures dividenda non ſit obligatio, quæ in unius perſona originem habet, ne in plures diſtringatur, qui cum uno contraxit, ex eo ſatis intelligimus beneficio diviſionis hoc caſu locum non eſſe. *Bald. in rubr. C. eod. in fin.* Idem eſt, ſi contractum ſit cum plurium inſtitore. *l. habebat. 13. par. ult. & l. ſeq. inf. de inſtit. act.* aut cum ſervo plurium voluntate dominorum navem exercente. *l. 6. par. 1. inf. hoc tit.* Cæterum hoc jus apud Hollandos receptum non eſt, apud quos ſinguli exercitores, pro ſua duntaxat parte exercitionis conveniri poſſunt. Neque enim ut ſinguli in ſolidum teneantur, viſum eſt aut naturali æquitati convenire, quæ ſatis habet, ſi pro ſuis ſinguli portionibus conveniantur; neque publice utile eſſe, propterea quod deterrentur homines ab exercendis navibus, ſi metuant, ne ex facto magiſtri quaſi in infinitum teneantur. Quin & hoc conſtitutum, ne exercitoria etiam univerſi amplius teneantur, quam ad æſtimationem navis & eorum, quæ in navi ſunt, teſte Grotio *lib. 3. introduct. ad juriſp. Bat. c. 1. & lib. 2. de jur. bell. & pac. c. 11. n. 13.* Cæterum Hevia *p. 2. cur. Phil. lib. 3. c. 4. n. 22.* ſimpliciter ſequitur diſpoſitionem juris communis.

(*b*) Va-

pecu. *quod & inſtitoribus receptum eſt.* l. habebat. inf.
1 de inſtito. act. *Quinimo & eadem ratione à maximi nominis autoribus*, Alberic. Iacob. de Aret. & aliis in l. de pupillo. §. ult. inf. de no. op. nunciat. *reſponſum invenio, non pluribus, ſed uni ſolum ex domini hæredibus, fidelitatis juramentum præſtare vaſallum co-*
2 *gendum eſſe.* c. 1. §. præterea ducatus. de proh. feu. alienat. per Frederi. *Cæterum communis opinio, ſub cujus prætextu interdum pernicioſe admodum peccatur, contrarium docet.* Alvar. & Præpoſ. & alii in d. §. præterea. *exiſtimantque qui eam ſequuntur, omnibus jurandum & ab omnibus inveſtituram petendam eſſe.*
b *Sane nobis ſufficere videtur, ſi uni omnium nomine juretur,*

VINNIUS.

(*b*) Variæ ſunt circa caſum propoſitum opiniones. Quidam cenſent juramentum fidelitatis præſtari debere ſeniori ex hæredibus domini, ut *Bald in c. 1. par. 1. verſ. præterea ducatus. de proh. feud. alien. per. Frider.* Plerique hæredibus omnibus. *And. de Iſern. Alvar. & Præpoſ. in d. verſ. præterea.* & *in c. 1. par. omnes filii. ſi de feud. deſ. contr. int. dom.* Nonnulli ſufficere, modo uni ex domini hæredibus nomine omnium juretur. Et hæc poſtrema ſententia, quæ Zaſio quoque *part. 7. de feud.* & Peckio probatur, verior videtur: nam alioqui pro uno feudo plures præſtandæ eſſent fidelitates contra *c. unic. non cog. vaſall. pro. un. feud. duas fidel. fac.* & vaſallus plures cogeretur habere dominos contra *d. c. 1. par. 1. verſ. præterea ducatus. de proh. feud. alien. per Frider.* Singulis tamen, quod Zaſius & Peckius negant, ſervitium præſtandum, *c. 1. ſi plures ſint dom. vel. vaſall. Clariſſ. Collega Iac. Mæſtert. diſp. feud. 3. theſ. 37.* Ex contrario autem ſi plures extent unius vaſalli hæredes, omnes fidelitatem præſtare tenentur, ſive feudum diviſis inter ſe partibus poſſideant, ſive pro indiviſo, *d. verſ. præterea ducatus. d. c. 1. par. omnes filii. ſi de feud. def. cont.* Obtinuit tamen ut ipſius vaſalli hæredibus unum eligere liceat, qui nomine omnium inveſtituram petat & juret. *Alvar. Præpoſ. Iſern. & commun. Feudiſtæ in d. par.*

tur, vaſallumque ut omnibus juret, compelli non poſſe: etſi omnibus hæredibus ad fidelitatis capitula adſtrictus ſit. Sed & ſi omnibus jurandum eſſet, ex pluralitate tamen hæredum ſervitiorum pluralitas emergere non deberet, ne pluribus diſtrahatur, qui uni defuncto præſtare conſuevit: juſtiſſime adhuc dicendum eſſet, quod aut convenire inter ſe debeant hæredes, unumque cui ſervitium ſoli exhibeatur, eligere, aut quod ad jurandum de fidelitate, vaſallus compelli non poſſit. Zaſius in lib. de feud. parte 7. *Nihil his obſtat, quod in* l. fi. ſup. naut. caup. ſtab. *ab Vlpiano ex lib. xiii. ad edictum reſponſum eſt: Si plures navem exerceant, unumquemque pro parte qua navem exercet, conveniendum eſſe. Illud enim ad quaſi delictum navem exercentium pertinet, ex quo æquum eſt, pro parte ſingulos conveniri, cum præſertim unum delictum ſit ex quo conveniuntur, licet ſuo nomine.* l. penult. d. tit. *Cæterum ex delicto plures in ſolidum pulſantur, quod plura admiſſa ſint, niſi forte à familia furtum, &c. admiſſum dicatur.* Eguinarius Baro ad d. l. fi. facit tex. in l. 1. §. illud. inf. ſi à famil. furt. fact. eſſe dicat. *quod non ſit æquum dominum pro ſingulis pœnam dependere, vel tota familia carere. Porro & ſi in ſolidum quilibet conveniri poſſit, uno tamen ſolvente alios liberari credendum eſt, quod & in duobus reis locum habere Iavolenus reſpondit* l. 1. inf. de duob. reis.

Si tamen plures per ſe &c. *Cur ita? An plus per alium quis, quam per ſeipſum obligari poterit? Sane quia* c *cum*

Vinnius.

par. omnes filii. & ita paſſim in Belgio & Germania obſervatur. *zaſ. ubi ſup. Wurmbſer. pract. obſ. tit. de feud. obſ. Chriſtin. vol. 6. deciſ. 25. n. 9.*

(c) Reſponſio obſcura, & quam vix capio. Sic habe: Si plures navem per ſe exerceant, & omnes ſimul contraxerint, hic neque in ſolidum ſinguli actione

cum uno non contraxerit, pro omnibus creditor in plures diſtringi non poteſt, quod in præcedenti caſu deciſionem fecit. Quæ cum ita ſint, alius alium in ſua portione gravare non poteſt, quamvis ex Bal. in l. ſi prædium. C. de ædilit. act. *reſponderit Cremenſis* ſingular. 165. *in ædilitia actione ſpeciali jure aliud receptum eſſe. Quid enim ſi (inquit ille) cum à pluribus mercatoribus ſimul in noſtram hanc civitatem equos adducentibus vendentibuſque certos, ſed morboſos ignoranter emero? Anne vitia equorum retecta, & fugientibus ob hoc fortaſſe aliis, qui remanſerunt in ſolidum conveniri poterunt? Exiſtimat affirmative reſpondendum eſſe. Sed an jure defendi poſſit, dubito. Vlpianus autem in eo deciſionis ſuæ rationem conſtituit, quod invicem ſui magiſtri non videantur. Quæ verba alium ſenſum non habent, quam quod alter alterum præfeciſſe non cenſeatur. Porro quod lib. 7. quæſtionum ab Africano reſponſum eſt: Si ſuæ conditionis cohæredes ſervus hæreditarius habeat, invicem bona fide ſervire videri:* l. ejus qui in provinc. in fi. ſup. ſi cert. petat.

d

contra

VINNIUS.

actione propria ex contractu ſuo tenentur, ſed tantum pro ea parte, quam in nave habent; nec rurſus quiſquam eorum tenetur exercitoria, quippe quæ non niſi ex perſona magiſtri proficiſcitur. *l. 1. par. pen. ſup.* & hic eſt caſus hujus *l. 4.* Quod ſi cum uno ex pluribus navem per ſe exercentibus contractum ſit, hic & ſolus tenebitur & in ſolidum, actione ſcilicet propria ex ſuo contractu, non exercitoria: alii vero nullo modo tenebuntur, quia neque per ſe, neque per alium contraxerunt. Non idem vero dicendum eſt, ſi placuerit ut ſui invicem magiſtri eſſent. In dubio autem hoc præſumendum non eſt, per hunc textum. & *arg. l. 4. l. cum ex pluribus. inf. de ſolut.*

(d) Vid. ad hunc locum *Cujac. tract. 8. ad African. Zaſi. Don.* & alios. Locus alter à Peckio citatus, in *l. traditio. 20. par. fin. de acq. rer. domi.* eſt ἰξαχώνιος.

(e) Ar-

contra Vlpianum non militat. Etenim cum plures ſunt hæredes neceſſarii & ignorantes (nam ſi vel ſcientes, aut extranei vel ſui hæredes eſſent, ſecus eſſet l. traditio. §. fi. inf. de acq. rer. do.) *ob hoc alter alteri acquirit, & bona fide invicem ſervire videntur, quod lex eo caſu fictionem quandam ex æquitate introducere, & ob juſtam ignorantiæ cauſam ad alios extendere debebat, ne ſcilicet alter alterius conditionem deteriorem efficere poſſet. At ſi per ſe omnes ſocietatem exercent, cum ſocietas contractus perſonalis ſit.* l. qui admittitur. inf. pro ſocio. *quilibet pro parte ſua teneri tantum videtur, nec alter ab altero invicem præpoſitus cenſetur.* d. l. fi. §. ſi plures. *ſiquidem facta præſumi non ſolent*, Bal. in rub. de fid. inſt. nu. 8. *qualis eſt hæc præpoſitio, ut latius Loriotus declarat in* d. l. ejus qui. circa finem. *Porro hoc loco ab Vlp. reſponſum eſt, pro parte tantum ſingulos teneri, non aliter* Bar. & alii in l. eandem. inf. de e duobus reis. *admittendum cenſuerunt, quam ſi in eodem loco negotiationem exercent. Cæterum ſi in diverſis locis negotientur, ad communem utilitatem præpoſitos invicem videri.* l. ſed ſi hac. §. pen. verſic. ſi libert. ſup. de in jus vocan. *Idem ſi in eodem loco ſed diverſo negotii genere. Satis enim eſt eſſe ſocios, & communi ex utilitate agere.* Alciat. ad d. l. ejus. *Sed & ſi alternis vicibus exerceant, ut quia uno abſente, alter nihilominus rem tractet, idem juris conſtitutum eſſe exiſtimat.*

Sed ſi vnum. *Quod ſinguli exercitores uno conſtituto ex omnibus magiſtro, in ſolidum conveniri à contra-*

VINNIVS. *hentibus*

(e) Argumentum eſt in *l.* 5. *par. ſed & ſi duas.* 16. *inf. de trib. act. Coſtalius poſt Bart. in. l.* 1. *par. ſi plures. ſup.* Quid autem illa ad propoſitum faciant, non video, quæ leguntur apud Ulpianum *l. ſed ſi hac.* §. *ſi liberta. ſup. de in jus voc.*

(*f*) Quem-

f *hentibus poſſint, eandem rationem habet, ne qui cum uno*
4 *contraxit, in plures adverſarios diſtringatur. Etenim (ut Bal. ait in* Rubrica. C. eo. tit. in ſi.) *cum derivativa obligatio indiviſibiliter in unius perſona formatur, unitivæ & in ſolidum obligationis radix in eos omnes derivari cenſetur. Qua ratione, cum in rem ſuam obligati ſint, ad diviſionis quoque beneficium fruſtra confugituros exiſtimat. Nec quicquam facere reſpondet Paulus, quotam quiſque portionem in nave habeat, ſed eum qui præſtiterit, ſocietatis judicio à cæteris conſecuturum. In ſocietate enim ſicut lucrum, ita & damnum commune eſſe debet,* l. cum duobus. §. quidam ſagariam. inf. pro ſocio. *& ſi quid unus neceſſario vel utiliter impendit, ſocietatis judicio petere poterit.* l. ſi unus. d. tit. *Sed hæc cauſa introducendæ obligationis non eſt, ut diximus: nemo enim inquit Ulpian.* l. nemo ideo. inf. de reg. jur. *ideo obligatur, quia recepturus eſt ab alio quod præſtiterit: quamvis interea dubium non ſit melius eſſe non ſolvere quam ſolutum repetere.* l. ſupra iter. §. apud Ferocem. inf. de aqua pluvia arcenda.

Sed ſi ſervus. *Circa verſiculi iſtius expoſitionem non*

ſatis

VINNIUS.

(*f*) Quemadmodum ſi cum communi plurium exercitorum magiſtro contractum eſſet, in omnes in ſolidum exercitoria daretur, ita & cum unum è numero ſuo magiſtrum fecerint, hujus quoque nomine omnes eadem actione in ſolidum tenentur; excepto videlicet eo ipſo qui contraxit: qui quidem & ipſe in ſolidum conveniri poteſt, cæterum actione propria ex ſuo contractu, non exercitoria, cum ſui ipſius magiſter non ſit. Enimvero ſi quid cæteri nomine hujus magiſtri ejuſdemque coëxercitoris præſtiterint, id ab eo repetent, non actione mandati aut ex locato, ſicut in *l.* 1. *par. ſed ex contrario.* 18. *ſup.* ſed judicio ſocietatis aut communi dividundo *l.* 3. *ſup. eod. l.* 13. *parag. ult. inf. de inſtit. act.*

(g) Duæ

tis conveniunt Interpretes. Alii enim verſic. ſequentem Et ideo *primam hanc reſponſi partem corrigere, alii contra opinantur. Verius eſt, hoc tota hac parte indicare velle Ulp. ut oſtendat ſi ſervus plurium dominorum voluntate navem exercuit, in ſolidum ſingulos conveniri poſſe. Etenim cum incogniti juris non ſit, idem juris quod in parte eſt, & in toto quoque conſtituendum eſſe:* late D. Præſes in loco à toto ad part. in penul. & ult. colum. *conſequens eſt, ut quemadmodum de unius voluntate exercens, dominum in ſolidum obligat: ita etſi omnium voluntate exerceat, omnes in ſolidum obligari debere. Recte igitur Ulp. ait, in ſuperiore caſu omnes in ſolidum teneri.* g 5

Si

Vinnius.

(g) Duæ ſunt partes reſponſi, quod hoc par. qui ſecundus eſt in *edit. vulg.* continetur. In prima parte Ulpianus non ſatis clare loquitur. Ait, ſi ſervus plurium navem exerceat voluntate omnium, idem placere, quod in pluribus exercitoribus. Ex hoc autem non ſatis intelligi poteſt, in ſolidumne omnes ex contractu hujus ſervi exercitoris teneantur, an ſinguli pro parte tantum quam in nave habent. Antea enim duos caſus propoſuerat, unum in *pr. h.l.*4. cum plures exercitores navem per ſe exercent, quo caſu definivit ſingulos pro portionibus exercitionis duntaxat conveniendos eſſe: alterum in §.1. cum plures navem exercentes unum de numero ſuo magiſtrum præpoſuerunt; & reſpondit hujus magiſtri nomine omnes in ſolidum conveniri poſſe. In parte ſecunda, in qua agitur de ſervo communi navem exercente, non voluntate omnium, ſed unius duntaxat è dominis, apertius loquitur Ulpianus, aitque illum ſolum, cujus voluntate ſervus exercet, in ſolidum exercitoria teneri, cæteros non niſi de peculio. Ne qua autem remaneret dubitatio circa caſum primæ partis, mox ſic concludit, *Et ideo puto & in ſuperiore caſu in ſolidum omnes teneri. In ſuperiore caſu*, id eſt, in caſu initio hujus §. propoſito de ſervo plurium exercente navem voluntate omnium. *Duar. ad hunc tit. C. 2. Fab. in ration.*

Si ſervus ſit, qui navem exercuit voluntate domini, & alienatus fuerit, nihilominus is, qui cum alienavit tenebitur. Hæ actiones perpetuo, & hæredibus, & in hæredes dantur. Proinde etſi ſervus, qui voluntate domini exercuit, deceſſit, etiam poſt annum dabitur hæc actio, quamvis de peculio ultra annum non detur.

SVMMÆ RERVM.

1 *Mors quomodo dicatur omnia ſolvere.*
2 *Homine nihil fragilius.*
3 *Ratio §.*
4 *Hæc actio an inter cæteras actiones referenda ſit.*
5 *Prætoriæ actiones an & quando in hæredes dentur.*
6 *Actio de peculio, quare ultra annum non detur.*

a Alienatus fuerit. *Etenim cum (ut Anchoranus ait* conſil. 332. nu. 4.) *cum ipſa merce potius quam cum perſona contractum videatur: alienatio exercitoris deteriorem creditoris conditionem conſtituere non poteſt. Et*

VINNIVS.

(*a*) Non ideo exercitoria tenetur dominus, cujus voluntate ſervus navem exercuit, quia dominus eſt, ut evenit in actione de peculio; ſed quaſi ex præpoſitione, quia ſervo navem exercenti voluntatem ſuam accommodavit, quod inſtar præpoſitionis inducit. ac proinde licet poſtea ſervum alienaverit, nihilo tamen minus tenetur: quoniam alienatio illa actionem ſemel natam tollere non poteſt. Sed nec morte ſervi, qui voluntate domini

Et quamvis, Iuſtiniano autore, mors omnia ſolvere dicatur; ad naturalem hoc tantum, non item ad civilem reſolutionem pertinere poteſt. Doct. *in* l. ſi quis ſi Titius. inf. de verb. ob. *Alioquin enim & in hæredes quoque, quod falſum eſt, actiones non tranſire omnibus modis fatendum erit.* C. ut act. ab hæred. incip. *Sed & cum humana vita autore Seneca, nihil fugacius, nihil fragilius, nihil inanius ſit: ut recte ab Homero dictum videatur:* 1 2

Nil homine enutrit tellus infirmius alma.

Quis obſecro cum ſervis exercitoribus temerarie contrahere velit, quorum obligatio vel morte vel alienatione facillime extingueretur? Igitur, ne publica navigandi utilitas iniquitate quadam interpretationis evertatur, illud potius dicendum erat, quod is cujus autoritate ſervus exercuiſset, vel morte vel alienatione liberari non poſſit. Sane ſi alienato ſervo actio extingueretur, quid ea alienatione facilius eſset? Quid levius quam jure acquiſito creditorem privare? 3

Hæ

V i n n i u s.

mini exercuit, extinguitur hæc actio, non magis quam morte magiſtri aut inſtitoris liberatur, qui eos præpoſuit. fac. *l. evicta re. 16. par. ult. inf. de evict.* Diverſa ratio eſt actionum noxalium, quæ ideo morte ſervi intereunt, quia ex delicto naſcuntur, & diutius durare non poſſunt, quam durat facultas ſervi dedendi. *l. pen. par. 2. ſup. de nox. act.* Actio autem de peculio, quamvis ex contractu ſit, tamen & ipſa morte ſervi aut alienatione extinguitur, propterea quod illa natura ſua competere non poteſt nullo exiſtente peculio. *l. ſervus. 20. de dol. mal. l. quæſitum. 30. l. depoſui. 38. & paſſ. inf. de pecul.* Peculium vero morte & alienatione ſervi & ipſum extinguitur: atque ideo neceſſarium fuit auxilium prætoris, quo in annum uſque poſt mortem vel alienationem aut manumiſſionem ſervi actio de peculio producta eſt. *l. 1. par. merito. inf. quand. de pecul. act. ann.*

Hæ actiones. *Magna eſt inter Doctores altercatio & ambiguitas, exercitoria an inter actiones referenda ſit, an potius qualitatem quandam deſignet exercitio, & actionum aliarum adjectio videatur. Quæſtio hæc inutilis, ut plures aliæ, quæ perperam tractantur, non eſt. Nam, ſi actiones inter referenda ſit, cum bonæ fidei contractibus à Iuſtiniano non annumeretur, ſtricti juris naturam aſſumere deberet.* §. actionum. Inſtit. de act. *Cæterum ſi qualitas tantum & adjectio actionum vocari poſſet, ejus actionis, cujus adiectio eſſet, naturam ſequi deberet, ut ſi mandato exercitoria adjiciatur, bonæ fidei, ſi ſtricti juris actionibus, ſtricti juris diceretur.*
b *Accur. ſane, quem omnes fere unanimi concluſione ſequun-*

VINNIVS.

(*b*) Et omnino ita cum Accurſio ſtatuendum eſt. Etenim actiones illæ, exercitoria, inſtitoria, de peculio, de in rem verſo &c. non ſunt revera ſpecies actionis, aut actiones per ſe conſiſtentes, ſed qualitatem duntaxat & adjectionem quandam actionis ex contractu deſignant. exempli gratia, ſi quis magiſtro aut inſtitori quid vendiderit, is adverſus præponentem actionem habet ex vendito exercitoriam aut inſtitoriam; ſi commodaverit, commodati exercitoriam aut inſtitoriam; ſi mutuam pecuniam dederit, certi condictionem exercitoriam item aut inſtitoriam. & ita porro. Si quid inſtitor vendiderit, pecuniamque in rem domini verterit, una tantum revera actione dominus tenetur, videlicet ex empto, ſed trifariam ex ea cauſa conveniri poteſt, exempto inſtitoria, ex empto de peculio, exempto de in rem verſo. *par. cæterum. Inſt. quod cum eo &c.* Quibus jam & hoc conſequens eſt, actionem exercitoriam & inſtitoriam ex contractu bonæ fidei cum magiſtro aut inſtitore inito, item de peculio & in rem verſo ex eadem cauſa, eſſe bonæ fidei, cum ſint nudæ duntaxat alterius actionis adjectiones, actio autem ipſa empti, venditi, commodati &c. plenè *Bachov. de actionib. diſp.* 8.

(*c*) Idem

quuntur, actionis adjectionem eſſe arbitratur, ut & illæ de in rem verſo, quod juſſu, de peculio. Sed & quod venditi, locati, empti, conducti actiones, condictionem quoque certi ex mutuo, & alias primarias actiones pro varietate illorum quibus contingit iſtos præfici, comprehendant, opinantur, ut ex ſe non habeant noſtræ uniformem vitam, neque dentur hæredibus æque aut in hæredes, ſed pro conditione & qualitate primariarum actionum, quibus directo conveniretur, qui eos præpoſuit, ſi ipſe, & *non per alium contraxiſſet, Caſtrenſ. & alii hic inter actiones referendam exiſtimant. Iuſtinianus enim* Inſti. quod cum eo, qui in alie poteſt. *Eadem (inquit)* c
ratione Prætor duas alias in ſolidum actiones pollicetur: quarum altera exercitoria, alia inſtitoria appellatur.

In hæredes. *Ait Vlp. has actiones perpetuas eſſe &* 4
in hæredem dari. Etenim quod à Iulio Paulo l. in ho- d
norariis. inf. de obl. & act. *reſponſum eſt, prætorias actio-*

Vinnius.

(*c*) Idem dicitur de actione tributoria, de peculio, & de in rem verſo. *par.* 3. & 4. *Inſt. d. tit.* Ex eo tamen minime ſequitur eſſe actiones proprias, quæ & inter ſe & ab aliis differant ſpecie. Nimirum omnes hæ actiones novæ ſunt & à prætore primum introductæ: cæterum novæ non genere actionis, ſed actionis qualitate; adjectionibus quibuſdam cum inter ſe tum à principali actione diſtinctæ, ut jam ante copioſe demonſtratum eſt.

(*d*) Apud Paulum non legitur, quod hic Peckius ait, honorarias actiones in hæredem non dari, ſed honorarias, quæ poſt annum non dantur, nec in hæredem dari; nimirum ex honorariis eas, quæ ſunt pœnales: nam paulo ante dixerat eas, quæ rei perſecutionem habent, etiam poſt annum dari. Ac credibile eſt initio actiones omnes prætorias diuturniorem vim non habuiſſe, quam habebat edictum ex quo deſcendebant; ſed poſtea nonnullas cœpiſſe perpetuo competere, poſtquam non tam prætorem, quam præturam ſpectari placuit, atque ex edictis, ma-

actiones in hæredem non dari, ad pœnales non autem ad rei perſecutorias referri debet. Prætor enim annuus fuit magiſtratus, & qui Calend. Ianuar. inibat Præturam, & exacto anno iiſdem Calend. inſignia ponebat. Cic. in Præt. urba. *Hujus edicta annua leges fuere, hoc eſt, anno ſuo quiſque jus æquabiliter ex ſuo edicto dicere debuit: quod cum Prætores maligne negligerent, & pro libidine ſua & quæſtu, nunc ex edictis ſuis, nunc contra* ę *quam edixiſſent, jus redderent, Cornelius legem tulit, ut ex edictis perpetuis jus æquabiliter omnibus dicerent.* l. 2. ſup.

V I N N I U S.

maxime quæ evidens commendabat æquitas, perpe tuo jus dici. *Aſcon. in orat. Cic. pro Corn. Bald. Auguſtin. de legib. pop. Rom.*

(*e*) Edictum aliud erat perpetuum, quod per univerſum prætoris imperium permanebat, & omnibus in cauſis obtinebat: aliud temporale, quod certi negotii oborti cauſa proponebatur. *l. 7. ſup. de juriſd.* qualia erant, quibus prætor aliquem evocabat & adeſſe jubebat. *l.* 68. *& ſeqq. ſup. de jud. l. ult. inf. ub. pup. educ.* Ad prius illud pertinet, quod ſcribit *Aſcon. in arg. Cornelianæ. Aliam legem Cornelius tulit, ut prætores ex edictis ſuis perpetuis jus dicerent: quæ res tum gratiam ambitioſis prætoribus, qui varie jus dicere aſſuerant, ſuſtulit.* Solebant enim antea prætores neglectis edictis perpetuis, ut quiſque avaritia aut ambitione ducebatur, variè jus dicere: eaque ratione fiebat, ut ſingulis annis nova edicta proponerentur, ipſumque jus prætorium ob edictorum varietatem turbaretur. Dio *lib.* 26. Alia ſignificatione edictum perpetuum dicitur, quod auctore D. Hadriano à Salvio Juliano compoſitum eſt, ex quo omnes in poſterum tempus prætores perpetuo jus dicerent. *l. 2. C. de vet. jur. enucl. l. pen. C. de cond. ind. Eutrop. lib.* 9. Inter hoc edictum perpetuum & ſuperius illud hoc intereſt, quod illud in unius præturæ tempus duntaxat valuerit; hoc vero ad omnes omninm prætorum juriſdictiones pertineat. ac de hoc edicto intelligendi loci in *l. 2. ſup. de ſtat. hom. l. ult. §. 1. inf. de appell.* recip. *l. 5. inf. de extr. crim. l. 3. C. de edend.* Perperam hæc confundit Peckius.

(*f*) Edi-

ſup. de ſtat. homi. *Ea edicta deinde per Offilium & Salvium Iulianum compoſita in unum quaſi corpus, edictum perpetuum dici cœpit. Igitur Prætor edicta pœnalia ita propoſuit, ut intra annum, quo primum experiundi poteſtas eſſet, judicium polliceretur.* l. 1. ſup. ex quibus. cau. major. *In cæteris edictis, quæ ad rei familiaris perſecutionem ſpectabant, ea clauſula minime addebatur.* Baro ad §. 1. Inſt. de temp. & perpet. act. 5 f

Etiam poſt annum. *Quamdiu* (*inquit Vlpianus in* l. 1. inf. quan. act. de pecul. anna. ſit.) *ſervus vel filius in poteſtate eſt, de peculio actio perpetua eſt: poſt mortem autem ejus, vel poſtquam emancipatus, manumiſſus, alienatus fuerit, temporaria eſſe incipit, id eſt, annalis: Annus autem utilis computabitur. Et paulo poſt. Nam, cum morte* (*ait*) *vel alienatione extinguatur peculium; ſufficiebat uſque ad annum produci obligationem. Cur igitur hic diverſum conſtituitur? Cur poſt annum, ut actio de peculio, non conſumitur? An ne ideo, quod* g

V I N N I V S.

(*f*) Edictum *ex quibus cauſis majores* pœnale non eſt: ſed alia ratione actio reſciſſoria, quæ ex hoc edicto redditur, quamvis ſit rei perſecutoria, anno finiebatur, nempe quia contra jus civile datur. *l. in honorariis.* 35. *in fin. pr. inf. de obl. & act.*

(g) Atqui & de in rem verſo dominus invitus obligatur, & tamen actio de in rem verſo perpetua eſt etiam iis caſibus, quibus illa de peculio eſt annalis. *l.* 1. §. 1. *l.* 10. §. 3. *inf. de in rem verſ.* Probabilior illa eſt ratio, quam ſupra attuli, quod actio de peculio natura ſua diutius durare non poteſt, quam ipſum peculium: & ideo opus fuiſſe ſpeciali auctoritate prætoris ad eam in annum uſque producendam. Rectius quoque diceretur dominum ignorantem obligari de peculio, quam invitum: nam qui peculium ſervo concedit, hoc ipſo ei etiam jus contrahendi tacite permittere intelligitur. *arg. l.* 1. §. *item acquirimus.* 5. *inf. de acq. poſſ.*

quod invitus de peculio obligetur pater dominuſve l. ſi quis ſervum §. etiam inf. de peculio. *exercitoria vero voluntate tantum?* l. 1. §. ſi is qui navem. ſup. eo. *Ita arbitror. Etenim cum dominicæ tantum patriæque poteſtatis intuitu peculium dicatur; quæ morte eorum qui in ea poteſtate erant, extincta eſt: peculium quoque morte ipſa ſecundum juris rigorem, extinctum eſſe videri poterat. Porro cum Romanus Prætor, cujus ſemper & ubique ſpectata eſt æquitas, oneroſum creditoribus futurum animadverteret, ſi ſervo extincto actio de peculio deficeret: vices ſuas interponendo, longiorem actioni ætatem conſtituit. Sed ſane hæc æquitas in exercitoria locum ſibi non vendicat, ſed ut regulariter omnes aliæ actiones quæ ex contractibus naſcuntur, perpetua eſt.* l. ex contractibus. inf. de act. & ob.

LEX V.

PAULUS LIB. XXIX.

Ad Edictum.

Si eum, qui in mea poteſtate ſit, magiſtrum navis habeas, mihi quoque in te competit actio, ſi quid cum eo contraxero. Idem ſi communis ſervus nobis erit. Ex locato tamen mecum ages, quod operas ſervi mei conduxeris: quia & ſi cum alio contraxiſſet, ageres mecum ut actiones quas eo nomine habui, tibi præſtarem: quemadmodum cum libero (ſi quidem conduxeris) experireris. Quod ſi gratuitæ operæ fuerint, mandati ages.

SVM-

SVMMÆ RERVM.

1 *Acceſſorium aliquando eſt firmius principali.*
2 *Beneficium nemini debet eſſe damnoſum.*
3 *Servorum civitas in proverbio quid ſignificet.*
4 *Servus an naturaliter obligetur.*
5 *Communis opinio non ſemper ſequenda.*
6 *Conductionis & locationis uſus apud Veteres confuſus.*
7 *Ceſſio actionum quid præſtet.*

Mihi competit actio. *Etenim etſi principalis obligatio naturalis ſit tantum illa qua ſervus tenetur: ut actionem in eum producere non poſſit.* l. frater à fratre. ſup. de cond. ind. *acceſſoria tamen exercitoria* a *actio ex prætoria ſeu civili obligatione procedens, quin* 1 *principali efficacior (non dico major) ſit, nihil omnino vetat.* Caſt. hic. *Quin & in curatore ex Divorum Dioclet. Maximinique ad Mutianum reſcripto,* l. etſi is. C. de præd. minor. *idem quoque recipitur, qui ſi pro contractu contra legum ordinationem inito ſe obligaverit, extincta principali actione, nihilominus obligatus manet. Igitur etſi à Cajo in* l. lis nulla. ſup. de judic. *reſponſum ſit, quod lis nulla nobis eſſe poſſit cum eo quem in poteſtate habemus: in exercitorem tamen ipſum actio dari debet.*

V I N N I V S.

(*a*) Sic & pro eo, qui naturaliter tantum obligatus eſt, fidejuſſorem recte intervenire placet, quamvis hoc caſu cum ſolo fidejuſſore judicio agi poſſit, non cum reo principali. *l. 6. in fin. inf. de fidejuſſ. §. 1. Inſt. eod.* & vulgo dicitur, fidejuſſor intenſive obligari poteſt, licet extenſivè non poſſit, id eſt, ut plus debeat, quam principalis debitor. §. *fidejuſſores. Inſt. de tit. Caſtrenſ. ad hanc. l. 5. n. 2.*

b *debet. Cum enim natura ita comparatum ſit, ut is qui beneficium accipit, eo conſilio & animo eſſe debeat, ut illi à quo accipit multo cumulatius reddere velit, ut merito Gratias unam averſam, duaſque nos aſpicientes Veteres effinxere: quanto magis & hoc dicendum erit, communi ſaltem jure dominum uti debere, cujus tu ſervum tuis negotiis præfeciſti? Quid enim ſi à domino commodato acceperis? Sane non jus civile, non plebiſcitum ſolum, ſed jus naturæ conſtituit, beneficium damnoſum domino non*
2 *eſſe. Si igitur tu contra dominum qui cum ſervo ſuo, quem tu prӕpoſuiſti, contraxit, excipere pergas, profecto tanquam violator humani juris, ita de officio decedis, ut omni humana ope indignus eſſe videaris.* Alex. ab Alex. Geni. Dier. lib. 5. cap. 1. *Sed & ſi non commodato acceperis, ſed conduxeris ſervum, hoccine bona fides contractus exigit, ut locatori damno futurus ſit? Non arbitror. An igitur inter dominum & ſervum naturale vinculum conſiſtit? Certe, cum Ulp. ait in* l. in perſonam. inf. de reg. jur. *in perſonam ſervilem nullam cadere obligatio-*
c *nem: apud veteres dubitatum fuit. Quinimo cum is qui liber non eſt, ne in vivorum quidem numero cenſeatur: ut*

VINNIUS.

(*b*) Videri poteſt alienum à ratione juris, quod nóſmet ipſi contrahentes cum ſervis noſtris alium nobis in ſolidum obligemus. Sed enim ſi eum, qui in mea poteſtate ſit, magiſtrum navis habeas, & ego cum eo contraham, videor contrahere cum ſervo tuo, & tecum potius, qui eum navi tuæ, ut alium quemlibet, cum quo perinde contraxiſſem, præpoſuiſti: & iterum non tam ut dominus ejus, quam ut quilibet alius. fac. *l. 15. §. 1. ſup. de adopt. Ant. Fab. in rational.*

(*c*) Nemo veterum dubitavit aut dubitare potuit, an ſervus ex conventione aut promiſſione ſua naturaliter obligetur, non magis quam, an ſervus ſit homo. Quod autem ab Ulpiano re-

ut antiquo proverbio receptum ſit, de iis rebus quæ eſſe 3
nequeunt, *δούλων πόλις ſervorum civitas.* l. ſi Titius. & d
ibi Doct. inf. de verb. ob. *quî poterit naturaliter obligari, cum in mortuum hæc obligatio, ut nec alia aliqua ratione cadere poſſit? Contrarium ſane quam plurimis Conſultorum reſponſis manifeſte deciditur.* l. ſi quod. ſup. de condic. indeb. & l. naturaliter eo. ti. l. ſervi.
inf. de act. & ob. *Iure quidem civili, quod in legibus con-* 4
ſtitutionibuſque omnino poſitum eſt, ſervi nullo modo comprehenduntur. At juriſgentium pars quædam in primis etiam naturalibus verſatur, quæ ſervis quadamtenus communia ſunt. Et quamvis hactenus ea Iureconſultorum reſponſa interpretationem ejuſmodi admiſerint: Connano tamen non malis rationibus minime probatur, lib. 2. cap. 3.

Vinnius.

reſponſum eſt, in perſonam ſervilem nullam cadere obligationem. *l. 22. inf. de reg. jur.* de obligatione civili & efficaci accipiendum eſt, ex qua cum ſervo judicio agi queat, aut quæ ſervum neceſſitate juris adſtringat ad dandum aliquid vel faciendum. *l. cum ſervo. 107. d. tit.* Hæc enim ſola proprie & abſolute obligatio in uſu juris vocatur, ſicut & debitor is proprie intelligitur, à quo invito pecunia exigi poteſt. *l. debitor.* 108. *de verb. ſign. l. fidejuſſor.* 16. *par.* 4. *inf. de fidejuſſ.* Sic alibi idem Vlpianus negat ex nudo pacto obligationem naſci. *l. 7. par. 4. ſup. de pact.* non quod ſeria pactio, quantumvis nuda, nullam pariat obligationem, ne naturalem quidem; ſed quod non pariat civilem ſeu talem, quæ ſit ad agendum efficax. Nec alium ſenſum habet, quod idem auctor alibi ſcribit, obligationem ſervi ex facto æſtimari, non ex jure civili. *l. 4. inf. de pecul.*

(*d*) Eraſmus hoc adagium interpretatur de cœtu hominum improborum, furacium aut ignobilium. Plutarchus in collectaneis proverbiorum id ſic effert. οὐκ ἔστι δούλων πόλις, & oſtendit dici ſolitum de raris inventis. In *l. ſi Titius. inf. de verb. obl.* nihil eſt, quod huc trahi queat.

(*c*) Nimium

cap. 3. *qui præciſe Vlpianum intelligens, & naturali & civili pariter obligatione interdictos ſervos exiſtimat, hoc eſt, ut nulla in perſonam ſervilem cadat obligatio. Quod ergo idem Vlpianus ſervum dicit obligari & obligare naturaliter, non proprie vereque dicit, ſed factum notat, cujus eſt ſervus particeps, non jus obligationis, cujus ſine dubitatione eſt expers. Naturaliter enim poteſt ſervus promittere aliquid, loqui, contrahere, delinquere: ſed acta iſta nullum jus ei, aut alicui in eum pariunt, quia nullius ſocietate juris continetur, tantummo-* e *do ipſum per ſe & nudum in eo factum attenditur. Sed dices hic, An ne igitur natura ipſum ad implementum contractus propellit? Sane id admittendum videtur, ſed non hoc ad obligationem pertinet, quæ tum demum vere eſt ejuſmodi, cum neceſſaria eſt, & in invitum vim ſuam ac poteſtatem exercere poteſt, ſed alia obligatio abuſive accipitur, & in ſacto tantum poſita eſt, & idcirco ſervorum com-*

VINNIUS.

(*e*) Nimium operoſe, quanquam ex ipſo Connano, ſententiam Connani aſſerere conatur Peckius; quam ſententiam utique falſam eſſe, & vinculo æquitatis, quo obligatio naturalis ſuſtinetur. *l. Stichum.* 95. *par. naturalis. inf. de ſolut.* non minus obſtringi ſervos, quam homines liberos, non tantum loca à Connano & Peckio citata, aliaque id genus plura oſtendunt, ſed etiam ipſa naturalis ratio, quæ dictat promiſſiones & pacta ſervanda eſſe ſine conſideratione qualitatis aut conditionis perſonæ paciſcentis. Pacta inquam & fidem datam ſervare, præceptum eſt juris naturæ, id eſt, juris gentium primævi. *l.* 1. *ſup. de pact. l. bona fides.* 31. *inf. depoſ. l. cum amplius.* 84. *par. inf. de reg. jur.* quo jure omnes homines æquales ſunt. *l. quod attinet.* 32. *q. tit.* Idem Connanus exiſtimat ne jure quidem naturæ ac gentium ex nuda & ſimplici conventione, quamvis ſeria & honeſta, ullam oriri obligationem, præterquam pudoris & verecundiæ, *lib.* 5. *comm.* 1. Sed ei occurrit Grotius *lib.* 2. *de jur. bell. & pac. c.* 11.

(*f*) Sicut

communis. Obligatio igitur primum jure gentium nata eſt, ut recte juri naturæ attribui non poſſit. Cum igitur Vlpianus. l. quod attinet. inf. de reg. jur. *ait. Quod attinet ad jus civile, ſervi pro nullis habentur, non tamen & jure naturali: quia quod ad jus naturale attinet, omnes homines æquales ſunt. Naturale jus vocat, quod in prima illa fuit ſimplicitate naturæ poſitum, nullam habens notitiam obligationis. Et cum à Iulio Paulo in* l. naturaliter. ſup. de condic. indeb. *reſponſum eſt, naturaliter ſervum obligari, factum in eo notari intelligimus, quanquam ex eo nullum jus oriatur. A communi itaque deciſione deflectens in novam Connani ſententiam* 5
accedo, quod non tam autoritatis Bartoli aut Baldi aut aliorum in docendo quam rationis momenta quærenda ſint. Quin etiam obeſt plerumque (ut Cicero lib. 1. de natu. Deor. *teſtatur) iis qui diſcere volunt autoritas eorum quibus nimium adhæremus, & id ratum habent, quod ab eo quem probant, judicatum vident. An igitur Nevizano in* ſylva nup. lib. 5. nu. 71. *fidendum ſit,* f *qui Fulgoſium interdum dixiſſe aſtruit, communem opinio-*

VINNIUS.

(*f*) Sicut Fulgoſius, ſi verum eſt, quod Nevizanus dicit, nimium tribuit communibus opinionibus, ita ex adverſo nimis parum iiſdem tribuere videtur Peckius, & minus, quam par eſt, ut & *ſup. in. l.* 2. ego ſic ſentio, neque probandam eſſe eorum confidentiam, qui paſſim ea, quæ conſtanter ſecundum communem interpretum ſententiam recepta ſunt convellere laborant. *l. minime.* 23. *ſp. de legib.* non enim debet tam vile eſſe, quod plures cenſent: imò id judicium integrius habendum, quod plurium ſententiis comprobatur *l.* 1. *ſup. de offic. quæſt. Clem.* 1. *verſ. quod etiam de ſent. excom.* & bene Seneca *epiſt.* 117 *argumentum*, inquit, *veritatis eſt, aliquid omnibus videri* neque tamen tantam communibus opinionibus vim tribui oportere, ut in manifeſto errore jus faciant.

(g) Dic

nionem ſequendam eſſe, etiam ſi alia verior ſit, dubito. Sane ſi dixerit hoc Fulgo. quid ab eo viro quem tanquam ſummum interpretem & abſolutiſſimum Ireconſultum omnes admirantur, unquam ineptius dici potuit?

g Si communis ſervus &c. *Ratio eſt, quia pro ea parte qua tibi ſervit, ejus factum præſtare teneris.* l. ex qua perſona. inf. de reg. jur. *Etenim non in modo præpoſitionis, ſed in ſervili corpore communionem habetis. Vt igitur re communi alteri cum alterius jactura uti non licet: ſic nec in communi ſervo alteri per alterum iniqua conditio inferri poteſt.* l. portionem. C. de com. rer. alie. l. habuimus. ſup. communi dividun.

6 Ex locato. *Alii*, ex conducto *legendum exiſtimabant.*
h *Nam ut Cajus lib. 4. ad edictum Prætoris Vrbani tit. de publica.* l. veteris inf. de act. empt. *ait, Veteres in emptione, venditioneque appellationibus promiſcue utebantur. Et idem rurſum ad edictum Provinciale lib. 21. Idem eſt (inquit) in locatione & conductione. Quam ſententiam comprobare videntur verba Iulii Pauli, dicentis:* Quod operas ſervi mei conduxeris. *Porro hoc à conſuetu-*

VINNIVS.

(g) Dic tribus verbis, nihil intereſſe exercitoris, mihine an alii in ſolidum obligetur ex contractu ejus, quem ipſe magiſtrum navis ſuæ præpoſuit, ſive is ſervus illius ſit, ſive meus, ſive mihi cum illo communis.

(*h*) Quod apud Cajum *l. veteres. 19. & ſeq. inf. de act. empt.* relatum eſt, veteres in emptione & venditione, ſicut & in locatione & conductione his appellationibus promiſcue uſos eſſe, id non hanc mihi ſententiam habere videtur, uſos eſſe una pro altera, ut putat Peckius, ſed uſos eſſe una pro utraque, puta vel ſola appellatione emptionis, vel ſola venditionis ad indicandum totum contractum, ut paſſim fieri videmus; quia unum ſine altero nec eſſe nec intelligi poteſt, ut eſt natura relatorum. *Donell. ad rubr. c. de contr. empt. n. 4.* qui tamen volet, conſulat. *Goth. in d. l. 19. & ſeq.*

(*i*) Quod

ſuetudine Latini ſermonis nunc receſſit: atque ita poſteriores loquuntur, ut iſta diſtinguantur, dicaturque locare, qui dat rem utendam: conducere autem qui pro rei uſu & fructu quem accipit, dat pretium, vel pretii loco penſionem certam vel nummorum, vel fructuum. i

Actiones præſtarem. *Nam cum regulariter ſervus quic-* k

V I N N I V S.

(*i*) Quod hic ait Peckius poſteriores ita locutos eſſe, ut eum dixerint locatorem, qui rem utendam dat; conductorem, qui utendam accipit & mercedem præſtat, verum eſt: imò nec veterum quiſquam aliter hæc nomina accepit in locatione rerum ſeu fruendi. Cæterum in locatione factorum ſeuo perarum, quod non obſervavit Peckius, interdum locator dicitur, qui operas præſtat & mercedem accipit; conductor, cui mercedem danti præſtantur operæ. *l. ſed addes* 19. §. *pen. l. item ſi.* 22. §. 2. *l. qui operas.* 38. *inf. locat. l.* 1. *inf. de æſtim. act.* Interdum contra locator is dicitur, cui pro mercede præſtantur operæ; conductor, qui accepta mercede operas præſtat. *l.* 11. §. *pen. l.* 13. *parag.* 1. 2. 3. *d. l.* 19. *parag. ſi quis.* 7. *d. l.* 22. *parag.* 2. *l. ſi merces.* 25. §. *pen. & paſſ. locat.* In hac enim ſpecie locationis diverſo reſpectu idem & locator dicitur & conductor. Qui operam locat, ille idem dicitur conducere opus faciendum. & ex diverſo, qui operam dicitur conducere, idem dicitur locare aliquid faciendum: ut conductor operis idem ſit operæ locator; & locato, operis, idem operæ conductor. Inde quoque eſt, quod idem nunc ex locato, nunc ex conducto agere dicitur, & interdum ex conducto locato. *l. ult. parag.* 1. *inf. ſeq. tit.* Per opus autem intelligo quemvis fructum operæ; *v. c.* ſi quis ſe erudiendum locet magiſtro, vel vehendum aurigæ. Diſtinctionem hanc ſubminiſtrat *d. l.* 22. *parag.* 2. *locat.* item *d. l.* 1. *inf. de æſtim. act.*

(*k*) Servus ex ratione juris non alii dominium aut obligationem acquirere poteſt, quam domino, vel fructuario, vel bonæ fidei poſſeſſori. *l.* 10. *inf. de acq. rer. dom. parag.* 3. *cum ſeqq. Inſt. per quas perſ. cuiq. acq. & tot. tit. Inſt. per quas perſ. nob. oblig.* Itaque cum ille cui operas ſervi mei locavi, ut eum magi-

quicquid acquirit, domino acquirere videatur, & per extraneam perſonam nihil nobis acquiri poteſt. §. 2. &
7 fi. Inſtit. per quas perſo.nob. acq. *utiliter ad ceſſionis beneficium confugere oportet, promptum ſane & expeditum: qua omne jus domini principalis recta via in ceſſionarium transfunditur.* tot.tit.de act.vel hæred.vend.

Item ſi ſervus meus navem exercebit, & cum magiſtro ejus contraxero, nihil obſtabit, quominus adverſus magiſtrum experiar actione, quæ mihi jure vel civili vel honorario competit. Nam & cuivis alii non obſtat hoc edictum, quominus cum magiſtro agere poſſit. Hoc enim edicto non transfertur actio, ſed adjicitur. Si unus ex multis exercitoribus cum magiſtro navis contraxerit, agere cum aliis exercitoribus poterit.

SUMMÆ RERUM.

1 *Ratio iſtius* §.
2 *Nemo poteſt ſibi debere.*

Si

VINNIUS.

magiſtrum navis ſuæ faceret, neque dominus ſit, neque fructuarius, neque bonæ fidei poſſeſſor, ſed tantum conductor, quicquid ſervus iſte ab aliis ſtipulatur, id totum mihi tanquam domino ſuo ipſo jure acquirit. Cæterum poteſt, qui conduxit, mecum agere ex condncto, ut actiones, quas eo nomine habeo, ipſi præſtem; ne alioqui duplex lucrum conſequar, & mercedem, quam conductor pro operis ſervi, ut ex iis ipſe acquireret, dedit, & præterea quicquid ſervus tanquam magiſter navis conductoris mihi acquiſivit.

(*a*) Sen-

Si cum ſervo noſtro rebus tuis & negotiationi præpoſito contraxerimus, quid juris ſit accepimus. Supereſt ut videamus an contrahentes cum magiſtro à ſervis noſtris voluntate noſtra exercentibus præpoſito, contra magiſtrum actionem acquiramus. Etenim cum in poteſtate noſtra exercitor ſit, quique aliis ob conceſſam authoritatem in ſolidum nos obligat: dubium eſſe poterat, quid ea in re definiendum eſſet. Verum æquitatem ipſam intuitus atque conſiderans Paulus, indecorum eſſe, & ab omni ratione alieniſſimum arbitrabatur, quod in pejorem conditionem, quam extraneus quiſpiam, dominus conjiceretur. Quid enim ſi eo in loco exerceat ſervus, quo neceſſario dominus contrahere debeat? Quid ſi eam negotiationem ſolus per magiſtrum ibi exerceat? Sane ſi in pejorem conditionem incideret dominus, quis exercendis navibus authoritatem faciet? Igitur & publica utilitas exigit, & in privato æquitas perſuadere debet, contra magiſtrum actionem domino concedendam eſſe. Recte igitur à Iulio Paulo reſponſum eſt; Hoc enim edicto non transfertur actio, ſed adjicitur. *Quaſi dicat: civilis actio, quæ ex contractu naſcitur, à magiſtro in exercitorem minime transfertur, ut non etiam magiſter teneatur: ſed adjicitur à Prætore adverſus exer-* 1

VINNIUS.

(*a*) Senſus eſt, poſſe eum, qui cum magiſtro contraxit, etiam eo caſu, quo adverſus exercitorem actionem non habet, cum magiſtro experiri actione civili, & ad hoc ſatis eſſe, quod etiam exercitoriam habiturus fuerit, ſi non obſtaret conditio perſonæ exercitoris. quippe prætorem non ea mente introduxiſſe exercitoriam, ut perimeret eam, quæ ex contractu in magiſtrum competit, & quaſi novatione facta hanc in illam transferret, ſed ut civili actioni honorariā adjiceret, atque ita ei, qui cum magiſtro contraxit, plenius conſuleret.

(*b*) Ipſa

exercitorem jus perſequendi, ut nihilominus civilis actio vim ſuam retineat.

Cum aliis agere poterit. *Quare hoc? Scilicet ne & iſte peioris ſit conditionis quam extranei. Nam & inte-*
b *reſſe quoque Reipublicæ poteſt, eum qui cum communi magiſtro contraxit, opulentius negotiationes exercere. Idem profecto in hæredibus defuncti quotidianus uſus nos docet, ex quibus ſi quis ſubhaſtatione facta, avitam rem (quod ſæpiſſime accidere poteſt) juſto pretio emptam ſibi retinere cupit, pro portionibus cohæredes obligatos habet. Vtroque etenim caſu ejus portio inprimis deducenda eſt,*
2 *ne abſurdum iſtud conſequatur, quod idem & unus, non diverſis reſpectibus, creditor & debitor eſſe videatur.* l. penul. inf. de lega. 1. l. debitori. C. de pact.

LEX VI.

IDEM LIB. VIII.

Ad Edictum.

Si ſervus non ex voluntate domini navem exercuerit, ſi ſciente eo, quaſi tributoria: ſi ignorante, de peculio actio dabitur. Si communis ſervus voluntate dominorum exerceat navem, in ſingulos dari debebit in ſolidum actio.

VINNIUS.

(*b*) Ipſa juris ratio hoc efficit, non ſpecialis aliquis intuitus publicæ utilitatis: nam etſi unus ex pluribus exercitoribus cum magiſtro communi contrahens ſeipſum ſibi obligare non pôteſt; nulla tamen ratio impedit, quominus alios ſibi obliget, quemadmodum quilibet alius, qui cum magiſtro navis contraheret.

(*a*) Non

SVMMÆ RERVM.

1 & 2 Dominus an & quando & quare invitus & ignorans de peculio teneatur.

Quæ hoc loco annotari poſſent, ex ſuperioribus, quibus cum concordat iſtud Julii Pauli reſponſum, facillime peti poterunt, ne & nobis hoc objiciatur, quod Iuvenalis ſatyra *7. ait.*

Nam quæcunque ſedens modo legerat, hæc eadem ſtans
Profert, atque eadem cantabat verſibus iiſdem.
Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.

Porro an illud verum ſit, quod & ignorans & invitus de a *peculio dominus obligari poſſit, videndum eſt. Etenim à* Se-

Vinnius.

(*a*) Non ajunt veteres dominum nolentem aut invitum obligari de peculio, ſed ignorantem, & ex negotio ſine voluntate domini geſto, ut hoc *text. &* §. *præterea. Inſt quod cum eo &c.* quod tamen non ita dicitur quaſi nulla omnino domini voluntas præcedat: nam qui peculium ſervo concedit, hoc ipſo etiam jus contrahendi, utique pro modo & quantitate peculii, ei concedere intelligitur, per *l.* 1. §. 5. *inf. de acq.poſſ.* ſed reſpectu actionum exercitoriæ, & inſtitoriæ, quæ ut competant, requiritur voluntas aperta aut expreſſa præpoſitio, item tributoriæ, quæ præter generalem conceſſionem peculii etiam ſcientiam & patientiam domini deſiderat, *l.* 1. §. 3. *inf. de trib. act.* cum de peculio dominus obligetur, etiamſi neſciat ſervum de rebus peculiaribus contrahere. Unde etiam eſt, quod dominus exercitoria & inſtitoria in ſolidum tenetur, in tributoria, quod ſibi debetur, non deducit. de peculio autem non tenetur niſi pro modo peculii & cum jure deducendi, quod ipſi ſervus debet. Nam rationis eſt, ut expreſſa voluntas plus operetur quam tacita; & iterum ſcientia & patientia, quam ignorantia. add. *Duar. ad h. t. c. 2.*

 (*a*) Si

Severo & Antonino Divis Roma. Principibus conſtitutum eſt, l. ſervus. C. de pact. *ſervum meliorem domini cauſam facere poſſe: deteriorem non poſse. Sed & cum poteſtas dominica in favorem tantum dominorum introducta ſit: unde & ipſo jure ei, etiam invito, propter jus publicum acquiritur*, l. ſervus vetante.inf.de verb.
2 obl. *ex ea damnum aliquod ei oriri non poteſt. Sane in peculio contra communes regulas receptum eſt, quod ſervus quatenus in peculio eſt, dominum obligare poſſit:* §. actiones, inſtit. de act. *ſed ſponte domini facere videtur, qui peculium revocare arbitrio ſuo poteſt. A qua tamen regula 7. caſus excipit Accur. quos non abſimili carmine Albericus Roſ. ſuo loco recenſet in* d. l. ſervus. & ibi Alc. C. de pact.

Si vovet, aut donat, ſi compromittat agatve.
Si ſponſor, ſi ſe vendat, ſi mandet emendum.

LEX VII.

APHRICANUS LIB. VIII.

Quæſtionum.

Lucius Titius Stichum magiſtrum navi præpoſuit, is pecuniam mutuatus, cavit ſe in refectionem navis eam accepiſſe. Quæſitum eſt, an non aliter Lucius Titius exercitoria teneretur, quam ſi creditor probaret pecuniam in refectionem navis eſſe conſumptam? Reſpondit, creditorem utiliter acturum, ſi quum pecunia crederetur, navis in ea cauſa fuiſſet, ut refici deberet. Etenim ut non oportet creditorem ad hoc ad-

adſtringi,ut ipſe reficiendæ navis curam ſuſcipiat, & negotium domini gerat: Quod certe futurum ſit, ſi neceſſe habeat probare pecuniam in refectionem erogatam eſſe: ita illud exigendum, ut ſciat in hoc ſe credere, cui rei magiſter quis ſit præpoſitus. Quod certe aliter fieri non poteſt, quam ſi illud quoque ſcierit, neceſſariam refectioni pecuniam eſſe. Quare & ſi in ea cauſa fuerit navis, ut refici deberet, multo tamen major pecunia credita fuerit, quam ad eam rem eſſet neceſſaria: non debere in ſolidum adverſus dominum navis actionem dari. Interdum etiam illud æſtimandum, an in eo loco pecunia credita ſit, in quo id propter quod credebatur, comparari potuerit. Quid enim (inquit) ſi ad velum emendum in ejuſmodi inſula pecuniam quis crediderit, in qua omnino velum comparari non potuerit? Et in ſumma, aliquam diligentiam in eam rem creditorem debere præſtare. Eadem fere dicenda ait, & ſi de inſtitoria actione quæratur: Nam tunc quoque creditorem ſcire debere, neceſſariam eſſe mercis comparationem, cui emendæ ſervus ſit præpoſitus, & ſufficere, ſi in hoc crediderit: non etiam illud exigendum, ut ipſe curam ſuſcipiat, an in hanc rem pecunia erogata ſit.

SVMMÆ RERVM.

1 *Confeſſio tutoris aut adminiſtratoris an obliget.*
2 *Iacobus de Aretio veneno ob cavillationem periit.*
3 *Converſum in utilitatem quomodo probetur.*
4 *Exercitoriæ & inſtitoriæ actionis cognatio.*

Deducto ad coronidem argumento, brevi admodum epilogo præcipuam exercitoriæ actionis materiam hoc loco iterum repetit Aphricanus, non omnem cauſam etiam intra exercitii omnis limites conſtitutam indiſtincte, ſed certis numeris certiſque qualitatibus ornatam exercitoriam actionem producere demonſtrans, quas nos præter ea quæ diximus per ordinem, ſed perfunctorie tradere conſtituimus.

Cavit ſe accepiſſe. *Quamvis igitur Papiniano teſte, ſuam confeſſionem infirmare confeſſus non poſſit.* l.qui. ſup. de interrog. act. *ea tamen confeſſio aliis nocere nequit, & ſi aliis adminiculis ſuffulta non veniat,*
1 *in exercitoriæ actionis materia pro nulla reputabitur. Vt igitur magiſtri confeſſio exercitori ſola non nocet, ita & in Epiſcoporum, curatorum, tutorum, procuratorum, omniumque denique adminiſtratorum confeſſione quoque dicendum eſſe, communi calculo receptum eſt in* l. certum. §. ſed an & ipſos. inf. de confeſſis. auth. hoc jus
2 porrectum. C. de ſacroſanc. eccle. *Quid igitur, ſi ad mutuam pecuniam recipiendam adminiſtrator conſtitu-*
tu

VINNIUS.

(*a*) Si magiſter expreſſum mandatum habeat de pecuniis mutuo ſumendis, dubium non eſt quin exercitor creditæ pecuniæ nomine exercitoria teneatur, etiamſi creditor non probe ea

ius ſit, an de recepta in domini præjudicium confiteri non poſſit? Nonne ſcriptura datur, ut de contractu conſtet? l.Publia.inf.depoſit. *Nonne fidem de recepto facere, ſequela mandati eſt? An ne magna abſurditas eſt, quod qui ad contrahendum conſtituitur, de contractu ſuo fidem facere non poſſit? Sane magna aperietur via malitiis, ſi domini conſtituentes ludificari creditores poſſent, quaſi con-* 2 *feſſio procuratorum eos non obligaret, ut recte ob eam cavillationem Iacobum de Aretio veneno periiſſe referatur.* Zaſius cap.ult.lib. 1.ſingul.reſpon. *Tutius itaque cum Fulgoſio dicendum videtur, non illud decidere hoc in loco Aphricanum, quod exercitor per magiſtri cautionem non*

VINNIUS.

eam pecuniam in rem ejus verſam eſſe *l.* 1. §. *non autem. ſup. l. habebat* 13 *.inf. de inſtit.act. Peck. n.* 3. Si non habeat, caute creditoribus agendum eſt. Vtique præpoſitio ad ea quoque extenditur, quæ ſæpe incidenter & per conſequentiam rei principaliter commiſſæ veniunt, unde v. c. ſi navis inſtruenda aut reficienda ſit, & magiſter in eam rem pecuniam mutuetur, etiam hoc caſu actio in exercitorem dabitur. *d. l.* 1. §. *quid ſi mutuam.* Cæterum non alias utiliter aget creditor, quam ſi concurrant illa omnia, quæ hic exigit Africanus. Summa eſt 1. ut navis in ea cauſa fuerit, ut refici deberet. 2. ut ſciat ſe credere in hoc ipſum, cui ſit aliquis magiſtri navis jure & nomine præpoſitus. 3. ut non major pecunia credita ſit, quam navi reficiendæ opus fuerit. 4. ut eo loco credita ſit pecunia, in quo id, propter quod numerabatur, comparari potuerit. *Iuan de hevia p.*2. *de la Curia Filipica .lib.* 3. *c. navegantes* 4. *verſ. el duenno.* 17. Eſt autem tota hæc lex obſervanda propter fraudes magiſtrorum navis & inſtitorum, ne ſcilicet per ingentes pecunias, quas accepiſſe ſe mutuo dixerint in cauſam navis vel commercii, quod abſentium dominorum eſt, redigatur bona pars negotiationis ad nihilum, ditatis nimirum in dominorum caput ac necem fraudulentis miniſtris.

non obligatur: ſed hoc potius, quod ea confeſſio ſine ſpeciali domini mandato, ad exercitoriæ actionis nativitatem ſufficiens non eſſet.

Refici deberet. *Quod non omni ex cauſa, ſed ex ea ſolum quæ vera eſt & neceſſaria, exercitor obligetur, rationem habet, ne in magiſtri poteſtate ſit ex futili cauſa exercitorem obligare. Igitur quod ab Vlpiano ſuperius paulò reſponſum eſt,* Si hac lege acceperit, quaſi in navem impenſurus, mox mutavit voluntatem, exercitorem teneri, *alium ſenſum non habet, quam ſi refectio & eo quoque caſu neceſſaria fuiſſe probetur.* Caſtren. & alii hic. *Sed & hoc ab Aphricano requiritur, quod magiſter eam in rem accepiſſe confiteatur. Etenim ſi ſimpliciter à creditore pecunia magiſtro numerata ſit, iſque in navis utilitatem minime converterit, contra exercitorem creditori minime ſuccurritur. Converſam autem in utilitatem navis eſſe pecuniam quæ accepta eſt, haud difficili negotio conſtare poterit, ſi navis cauſa melior poſt acceptam pecuniam reddita probetur.* arg. l. 2. inf. de alimen. pupillo præſtan. *Sane cum inſtitor aut magiſter, ad recipiendas pecunias expreſſum mandatum habet:*

b ... 3 (marginal letters: "b" beside "ſtren. & alii hic", "3" beside "inf. de alimen.")

VINNIUS.

(*b*) Si magiſter navis, cum expreſſum mandatum non haberet, pecuniam mutuatus, non cavit ſe recipere in refectionem navis, non tenetur hac actione exercitor, etiamſi pecunia in refectionem navis impenſa ſit. Ex contrario ſi cavit ſe accipere in refectionem navis, etiamſi in eam cauſam non impenderit, ſed in ſuos uſus converterit, tamen tenetur exercitor, ſibi imputaturus cur talem præpoſuerit. *l.* 1. §. *unde quærit Ofilius.* Hoc tantum exigimus, ut mutuo non fuerit quæſitus falſus titulus, id eſt, ut navis in ea cauſa fuerit, ut deberet refici, atque hoc indagarit & ſcierit creditor: ut vero ipſe navis reficiendæ curam ſuſcipiat, atque ita quaſi negotium domini gerat, ad hominime adſtringitur. *Cujac. ad h. l. tract.* 8. *ad African. Zoeſ. in h. tit. n.* 4.

(*c*) Pro-

habet: communiore ſententia recipitur, ut creditor ex illorum contractu contra dominum agens, non teneatur probare in rem domini verſam eſſe. Bar. in l. ſi pupilli. §. 1. ſup. de neg. geſt. & Caſtren. hic. *Sed hæc locum* c *habere exiſtimat Coſtalius, cum iſtis actionibus exercitoria videlicet & inſtitoria agitur: ſin autem de in rem verſo, probandum eſt, nec præſumptiones hujus legis ſufficerent, vel ſaltem caſus probandus eſt, quo ſervus impeditus fuit, ne pecunia in uſum verteretur.* l. 3. §. ult. de in rem verſo. *Tertio requiritur, quod in eo loco pecunia credita ſit, in quo propter quod credebatur comparari potuit. Quid enim ſi creditor dederit, in quo omnino* d *velum comparari non poſſet? Suſpectum ſane magiſtrum creditor habere deberet, & ex loco mendacium convincere. Quod ſi non fecerit, ſed ſuum ſenſum ſecutus, temeritate quadam crediderit, legis beneficio indignus eſt, &* *exerci-*

Vinnius.

(c) Probat hanc ſententiam Coſtalius per *l. 3. par. pen. & ult. inſ. de in rem verſ.* cui & Buſius aſſentitur in hac *l. ult.* remiſſo tamen lectore ad ea, quæ dicturus ſit ad *d. l. 3. par. pen.* Cæterum ubi eo ventum eſt, iterum lectorem remittit ad hanc *l. ult.* Utique ſi ſervus non exercitor aut inſtitor mutuetur pecuniam quaſi in rem domini verſurus, nec vertit & fefellit creditorem, non tenetur dominus de in rem verſo ne credulitas creditoris aut calliditas ſervi domino noceat. *d. l. 3. par. pen.*

(*d*) Si ad velum emendum magiſter pecuniam mutuatus ſit, agenti creditori exercitoria neceſſe eſt probare ſe veli emendi cauſa credidiſſe veloque navem indiguiſſe, denique id velum comparari potuiſſe eo loco, in quo pecunia credita eſt, ne alioqui falſa ſit crediti cauſa. Illud autem neceſſe non habet probare, & emptum fuiſſe velum, aut tanti emptum, quantum eſt in credito; quemadmodum nec in caſu ſuperiore probare tenetur pecuniam eſſe conſumptam in cauſam refectionis, vel tantum in eam fuiſſe inſumptum, quantum magiſter accepit.

exercitoria actione minime juvabitur. Poſtremo, quod e *majorem pecuniam credere non poſſit, quam navis neceſſitas requirere videtur: abunde ſuperius expoſitum eſt.*

f Fere eadem. *Recte ait Aphricanus, fere eadem dicenda*

VINNIUS.

(*e*) Imo ne expoſitum quidem. Ait Africanus, ſi major pecunia credita fuerit, quam ad eam rem, in quam credebatur, eſſet neceſſaria, non debere in ſolidum adverſus dominum actionem dari. Quod meo judicio ſic accipiendum eſt, ſi ſciverit creditor tanta pecunia ad eam rem opus non eſſe, quantam credebat: nam ſi magiſter creditorem deceperit, & perſuaſerit, non minore ſumma, quam quæ creditur navem refici poſſe, non eo minus creditor cum exercitore agat. Nam etſi mutuatus pecuniam ad velum emendum creditori perſuaſerit opus ſibi eſſe 10. nec minoris velum comparari poſſe, quod tamen comparaverit 8. exercitoris damnum erit, non creditoris. *l.* 1. §. *ſed & ſi in pretiis ſup.* quia non debet inquirere creditor, quanti ſit impenſa refectionis, vel quanti velum comparari poſſit, aut curare ut erogetur pecunia in eam rem, in quam accipitur; ſed ſatis eſt, ſi navis reficiendæ cauſa crediderit, & in ea cauſa navis fuerit, ut refici deberet &c. de quo debet inquirere priuſquam credat, & ita quoque *Cujac. ubi ſupra*, licet aliter poſt *Azonem & Gul. de cuny. Bart. hic.*

(*f*) Particula *fere* non eſt παρέλκον, ſed temperat comparationem, quæ fit inſtitoris & magiſtri: ea enim ſemper uti non licet, ut conſtat ex *l.* 1. *par. magiſtrum.* 5. *& par. licet autem.* 20. *ſup.* Cæterum quod dictum eſt de magiſtro pecuniam mutuante, cum de actione exercitoria quæritur, idem obtinet & in inſtitore mutuante, cum quæritur de actione inſtitoria, exigiturque ut ſciat creditor neceſſariam eſſe mercis comparationem, cui emendæ ſervus præpoſitus ſit, & in hoc pecuniam credat: non etiam ut curam ſuſcipiat erogandæ in eam rem pecuniæ, ut hic ait Africanus; eoque jure utimur. *Chriſtin. vol.* 3. *deciſ.* 33. *n.* 2. *& ibi alleg.* Deciſioni autem hujus *l.* ut plerique notant, locus eſt duntaxat in perſonis non privilegiatis. Quod ſi quis adminiſtratori civitatis vel eccleſiæ crediderit

cenda eſſe inſtitoria actione quæ de exercitoria definita ſunt. Habent etenim cognationem quandam inter ſe actiones hæ, ut quemadmodum in exercitoria, ita & in inſtitoria creditoris ſcientia requiratur. Cæterum quo pacto in aliis diſcrepant, ex ſuperioribus quoque facillime liquere poterit. Ad legis Rhodiæ utiliſſimam materiam, auſpice Deo properandum eſt.

AD

VINNIUS.

derit nomine civitatis vel eccleſiæ, is etiam probare debet pecuniam revera in rem civitatis vel eccleſiæ verſam eſſe, ſi quidem cum ea utiliter experiri velit. *Bart. & DD. hic & in l. civitas. 27. ſub. de reb. cred. Alex. conſ. 4. lib. 3. Cujac. ubi. ſupra.* add. quæ nos ad. *l. 1. par. non autem omm. ſup. lit. B.* Quomodo probetur quid eſſe converſum in utilitatem alicujus, vide *Bald. in l. 1. C. ſi adv. cred. Pet. de Anch. conſ. ult. Zaſ. in d. l. civitas. n.* 10.

(*a*) Rho-

AD TIT. II. FF. XIV.

Ad legem Rhodiam de jactu.

PETRI PECKII COMMENTARIUS,

CUM

Notis & Obſervationibus

ARNOLDI VINNII.

RUBRICA.

RHodiæ leges navalium commerciorum, à civitate Rhodo cognominatæ ſunt. Erat enim civitas Rhodienſis olim & inſulæ oportunitate, (ut a *Gellius ait* lib. 7. cap. 3. Noc. Attic.*) & operum nobilitate & navigandi ſolertia, navalibuſque victo-*

Notæ & Obſervationes ARNOLDI VINNII.

(a) RHodus inſula eſt in mari Ionio & una ex Cycladibus, in qua etiam civitas eſt ejuſdem nominis, veteribus ſcriptoribus celebrata, tum propter ſitus oportunitatem & nobilitatem operum, tum vero maxime propter rei navalis peritiam & diſciplinam, qua multis annis

victoriis celebrata atque omnibus ornamentis tantopere cæteras civitates ſuperabat, ut nulla legum præſtantia æqualis putaretur, & navalis rei peritia adeo valuit, ut annis multis maris imperio potiretur, & piratarum latrocinia ſuſtulerit, quod latiſſime Strabo demonſtrat lib. 12. cap. 14. *Cum itaque mercatorum mari ſe exercentium in ea inſula numerus eſſet frequentiſſimus, & de re navali indies lites & jurgia exoriebantur: Rhodiæ leges latæ ſunt, quibus altercationibus de rebus nauticis exortis, & præcipue ſi exonerandæ naves eſsent, provideretur.* cap. ſi. diſtinct. 1. b

LEX

VINNIUS.

annis maris imperio potita eſt, teſte Strabone *lib.* 14. *Geograph*; Gellio *lib.* 7. *noct. Att. c.* 3. Fuit in hac urbe Coloſſus admirandæ magnitudinis, qui inter ſeptem miracula numeratur. Unde Cyrus quidam Prodromus, & alii nonnulli putaverunt Rhodienſes dictos eſſe Coloſſenſes, ad quos epiſtola Divi Pauli ſcripta ſit, quos in Onomaſtico ſequitur Calepinus; ſed manifeſto errore: nam epiſtola iſta ſcripta eſt τοῖς ἐν κολοσσαῖς, iis, qui ſunt Coloſſis. Coloſſæ autem ſitæ ſunt in Phrygia, non procul Hierapoli & Laodicea, qua parte imminet Phrygiæ & Pamphyliæ, *Strab. lib.* 11. & 12. Errorem hunc notavit & Theod. Beza in *annot. major. ad d. epiſt. Pauli.* Fuit porro Rhod[illegible] & propter literarum ſtudia nobilis, profeſſoreſque liberalium artium, in quibus Apollonius clariſſimus dicendi magiſter, qui auditores habuit Iulium Cæſarem, & Ciceronem teſtibus Plutarcho & Suetonio.

(*b*) Lex Rhodiorum navalis per univerſum tractum maris mediterranei, tanquam jus aliquod gentium culta fuit. adeoque ſecundum eaſdem illas leges & ipſi Romani controverſias nauticas dirimi voluerunt; utique quatenus illæ ipſis Romanorum legibus non adverſarentur. *l.* ἀξίωσις. *inf.* Harmenopulus *lib.* 2. *tit.* 11. περὶ ναυτικῶν. τὰ ναυτικὰ πάντα, καὶ ὅσα κατὰ θάλασσαν κρίνεται, Ροδίῳ τέμνεται νόμῳ, τὰ κατὰ τοὺς Ροδίους δικάζεται νόμους, ὅταν μὴ ἄλλος νόμος ἐναντιούμενος τῶν Ροδίων νόμοις δ' εὑρίσκεται. adde quæ de legibus Rho-

LEX I.

PAULUS LIB. II.

Sententiarum.

Lege Rhodia cavetur, ut ſi levandæ navis gratia jactus mercium factus eſt, omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus datum eſt.

SUMMÆ RERUM

1 *Si urgente incendio, mea domo vicini ædes defenderim, expenſas repetere poſſum.*
2 *Mercatorum avaritia.*
3 *Neceſſitate illicita decent.*
4 *Navigatio res periculoſa.*
5 *Cautela pro navigantibus.*

a *Papinianus IC. & illuſtrator juris civilis egregius, indignum arbitratus cum de omnium qui in navi ſunt capite*

VINNIUS.

Rhodiorum navalibus relata ex Docimii quodam libro de jure, *ad fin. tom. 2. jur. Græco Rom.* ubi ait haſce leges majori ex parte bonas eſſe, in cæteris, reprehenſione carere. Eandem vim nunc apud Galliam leges Oleronis, apud omnes Transrhenanos populos leges Wiſbuicenſes habent, quatenus lege nova aut contraria conſuetudine abrogatæ non ſunt. Apparet quoque ex ſcriptoribus, qua Hiſpanis qua Italis, Gallis & Anglis, bonam partem legum, quibus hodie ad res maritimas utuntur, depromptam eſſe ex libro Conſulatus, qui ætate S. Ludovici ſcriptus dicitur.

(*a*) Non debuit Peckius tribuere Papiniano, aut cui alii juriſconſulto, quod ſolius eſt legiſla-

capite æqualiter agatur, alterum gratis, alterum vero cum ingenti mercium jactura, & in quibus tota ſæpe mercatoris fortuna poſita eſt, incolumitatem adipiſci, optima æquitate conſtituit, ad id quod omnes ſalvat, omnes quoque contribuere debere. Quæ quidem conſtitutio ad caſus alios quamplurimos planeq; conſimiles trahi poterit. Nam ſi urgente incendio, ut a vicinorum ædibus progredientem flammam arcere poſſim, ædes meas dejecero: b *ſalute vicinorum ædibus quæſita, æquum eſt, ut æſtimationem domus meæ ob communem utilitatem dejectæ, viritim refundant, quod & Albericus hic tradidit.*

Le-

VINNIUS.

giſlatoris, & quod ipſe Paulus, qui auctor eſt *hujus l.* 1. non Papinianus; adſcribit legi Rhodiæ. Videtur autem præcipuum caput legis Rhodiæ fuiſſe de contributione propter merces in mare jactas levandæ navis cauſa, ad evitandum commune periculum: cautumque hoc capite, ut aliorum, quorum res propter hunc jactum ſervatæ ſunt, contributione hoc damnum ſarciatur.

(*b*) Communis hæc opinio eſt: ſi urgente incendio domus aliqua diruta ſit cæterarum conſervandarum cauſa, id damnum ſarciendum eſſe à vicinis, ad quos veriſimiliter ignis potuit pervenire etiam ſi ad domum, quæ diruta eſt nondum perveniſſet, argumento ducto ex *l.* 1. & *l.* 2. *in fin. pr. h. t. Ioan. Andr. in add. ad Specul. in rubr. de injur. & damno dato. Bart. Bald. poſt Guil de Cum. id d. l.* 2. *Gail.* 2. *obſ.* 22. *& ibi citati. Duar. c.* 2 *ad leg. Rhod. Stracch. tract. de naut. p.* 5. *ſect. Sed nec eſt.* Licet autem hoc tantum legibus noſtris expreſſum ſit, poſſe domum aliquam dirui, ut aliæ conſerventur, *l.*49. §. 1. *ſup. ad. l. Aquil.* & Bartolus, qui *d. loc.* nihil determinat in *l.* 7. §. 4, *inf. quod vi aut clam* aperte ſatis communem ſententiam rejiciat, eſt tamen illa æquiſſima, cum propter ædes dirutas cæteræ conſervatæ credantur. Itaque non obſtat. *d. l.* 7. §. 4. & agitur illic de eo, qui proprii periculi arcendi cauſa; & quidem vi aut clam, domino prohibente vel ignorante ædes intercidit.

(*c*) In

Levandæ navis. *De alleviatione ejuſmodi pulchre in*
2 *Colloquiis loquitur Eraſmus, ubi de naufragio verba facit. Ea ſane ſæpe eſt mercatorum nautarumque avaritia & lucrandi immoderata aviditas, ut navem plus æquo onerent, & cum hic nauli duplicationi, ille vero ut copioſiſſime merces adducat, intentus eſt: orta in mari tempeſtate, navis adverſus fluctuum inſultum erigere ſe non poteſt, & ingruente undarum turbine (ſi mercibus non exoneretur) opprimi debet. Quo fit, ut Bacchylidis ſententia habet, victa eſt ſapientia lucro, & non fortunas ſolum, ſed cum fortunis ſæpe corpora quoque in diſcrimen adducunt. Et ut Antiphanes ait, pecunias reſpiciens mercator ſuperbit, quarum aliquando omnium dominus ſit ventus. Imminente autem neceſſitate, an merces in mare deiicere quis cogi poſſit, dubietatem non habet, & inferius à nobis*
3 *declarabitur in* §. cum in eadem, in l. ſequenti. *Vbi enim periculum eſt in mora, recedimus à communibus regulis, & quod antea cum contradictione negari poterat, neceſſitas per excuſationem non admittit.* Iaſon. in l. de pupillo. §. ſi quis pupillos. nu. 1. ff. de novi operis nunciat.
4 Sarciatur. *Res ſane plena periculo navigatio, cui (ut* (c)
Cato ait) quo pedibus contendi poteſt, minime credendum eſt,

VINNIVS.

(c) In *fin. h. l.* 1. ſic legitur, *contributione omnium ſarciatur, quod pro omnibus datum eſt.* legendum videtur, *ſarciatur damnum, quod pro omnibus datum eſt.* adjecta videlicet voce *damnum*, ut ſenſus ſit integer; neque enim commode ſuppleri poteſt Græci in βασιλ. πάντων συνεισαγόντων ἀποθεραπεύεται τὸ ζημίον. Sententia hujus loci eſt, ſi levandæ navis gratia jactura fiat, omnium vectorum, ſive ſarcinas, ſive alias merces, ut puta gemmas, ſalvas habentium, itemque ipſius nautæ contributione jacturam reſarciri æquum eſſe. καὶ αὐτός γε μὲν τὸ πλεῖον πρὸς τὴν ἀποτίμησιν αὐτῶν ὑπόκειται τῇ συνεισφορᾷ. *Harmen. lib.* 2. *tit.* 11. §. 16. hæc autem con-

eſt, Alciat. in l. itinere, ff. de verb. ſignif. *& in qua exorta tempeſtate, ſi navis alleviationem requirat, vel corporis pernicies timenda eſt, vel certe magna circa contributionem pro rebus alienis ejectis præſtandam, familiaris rei facienda iactura. Quapropter conſultius fore exiſtimo, & cautiſſime à proficiſcente obſervandum, ut ſe potius navi viliſſimas quaſque merces recipienti conſidat. Nam ſi jactura mercium orta tempeſtate hac in navi facienda ſit, contributio tamen rerum familiarium minor erit. Quæ doctrina quomodo intelligenda ſit, ſequenti lege declarabimus:*

LEX

VINNIUS.

Contributio nunc uno ubique nomine *avaria* vocatur. Cæterum duplex eſt avaria; communis & groſſa ſive grandis. Avaria communis intelligitur 1. *lootsmans-gelt*, id eſt, pecunia, quæ datur piſcatoribus aut aliis perſonis locorum gnaris à magiſtro navis, ut navem ſalvam cum mercibus in tuto conſtituant. Si tamen ſumma excedat ſex libras Flandricas, adſcribitur groſſæ avariæ. 2. quod ſolvitur ab iiſdem dum prætervehuntur arces ſive in fluminibus ſive in portubus. 3. quod ſolvitur pro navibus è flumine aut portu educendis. Atque hæ impenſæ ſarciuntur communi contributione mercium pro rata valoris cujuſque; navis autem ipſa in hanc contributionem non vocatur. Avaria groſſa eſt, cum quædam merces jaciuntur in mare levandæ laborantis navis gratia, aut armamenta navis, malus, anchoræ, rudentes, communis periculi removendi cauſa, dejiciuntur vel cæduntur voluntate navigantium: atque hoc damnum contributione omnium, atque ipſius etiam nautæ reſarcitur, *die ſchade gaet over ſchip en goet. art. 12. 21. 25. 28. 60. leg. Wisbuicenſ. Art. 41. leg. nav. Caroli V. & de naufrag. jact. avar. art. 4. & ſeqq. Quint. Weytſ. tract. de avaria. Grot. 3. introd ad juriſp. Bat. 29.* Verbum hoc *avaria* quidam putant eſſe originis Arabicæ, alii Græcæ, à βάρος & particula privativa α, aut à βάρις, quod Ionibus navem ſignificat: V. Cl. Collega noſter Boxhornius Scyticæ: cujus doctiſſimam ſuper hoc diſſertationem retuli inter παρολιγώρημα.

LEX II.

IDEM LIB. XLIV.

Ad Edictum.

Si laborante nave jactus factus eſt, amiſſarum mercium domini, ſi merces vehendas locaverant, ex locato cum magiſtro navis agere debent. Is deinde cum reliquis, quorum merces ſalvæ ſunt ex conducto, ut detrimentum pro portione communicetur, agere poteſt. Servius quidem reſpondit ex locato agere cum magiſtro navis debere, ut cæterorum vectorum merces retineat, donec portionem damni præſtent: imo etiamſi non retineat merces magiſter, ultro ex locato habiturus eſt actionem cum vectoribus.

SVMMÆ RERVM.

1 *Metus levis non excuſat.*
2 *Metus juſtus quis ſit.*
3 *Reſtitutio ob juſtum metum datur.*
4 *Circulus in jure vitandus.*

Si laborante. *Legis Rhodiæ conſtitutio non aliter locum ſibi vendicat, quam ſi laboraſſe navem probari poſſit.*
1 *Ex meticuloſo autem jactu, contributio non præſtatur.*

Ex

Ex quo intelligi debet cum qui mari non aſſuetus non à ruptæ laceræque, ſed fluctuum motu erigenti ſe dehiſcentique navi quaſi nimium onerata falſe ſtulteque me-

VINNIUS.

(*a*) Diſerte cautum eſt legibus nauticis Philippi II. *art.* 4. *van ſchipbreeck. Zeewerp. &c.* non licere nauclero, quantumvis laborante nave, jactum mercium facere, malumve aut quod aliud inſtrumentum cædere, niſi re prius communicata cum mercatore ejuſve inſtitore, eorumque voluntate ſuper ea re prius explorata; ſiquidem ipſi in navi ſunt. Quod ſi iſti in jactum conſentire nolint, poſſe quidem nihilominus magiſtrum jacturam facere; ſed non niſi de conſilio majoris partis ſociorum navalium: qui & ex itinere reverſi una cum magiſtro navis dato jurejurando aſſeverare tenentur factum id eſſe urgente neceſſitate & ex conſilio communi. eodem obſervando, ſi nullus mercator aut inſtitor, *facteur ofte commis*, in navi ſit: & ſequenti articulo ſubjicitur, magiſtrum navis, quantum poſſibile eſt, curare debere, ut earum rerum jactura fiat, quæ gravioris ponderis ſunt, & minoris pretii. Conveniunt fere leges Wisbuicenſes *art.* 20. 21. 38. 39. niſi quod pauciorum ſuper hac re arbitrium, & depoſitionem deſiderent, nempe duorum duntaxat aut trium ſociorum bonæ frugi præter ipſius magiſtri; ſicut & Weſtcapellenſes in ſtatutis ſuis nauticis, quæ inſerta chronico Zelandiæ, quod nuper à CL. V. Marco Zwerio Boxhornio Collega noſtro editum eſt. Galli loco mox citando juratam depoſitionem tertiæ partis nautarum requirunt. Quintinus Weytſen *tract. van avar.* judicium & teſtimonium præcipuorum officiariorum, ut majorem & certiorem hujuſmodi rerum ſcientiam & experientiam habentium: quod videtur ſumpſiſſe ex cotidiano in foro mercatorum uſu; ut & alia pleraque. In eo omnes conveniunt, quod jactus mercium à magiſtro fieri non debeat, niſi prius propoſito vectoribus communi ingruentique periculo: quod & antiquitus obſervatum fuiſſe diſcimus ex *l.* 9. *Rhodienſium, tom.* 2. *jur. Græc. Rom. ad fin.* Verba ſunt, Ἐὰν περὶ ἐκβολῆς βουλεύηται ὁ ναύκληρος, ἐπερωτάτω τοὺς ἐπιβάτας, οἷς χρήματά ἐστιν ἐν τῷ πλοίῳ &c. Conſentiunt & Gallorum leges nauticæ, quarum particula ante annos aliquot edita

metuens, pretioſiſſimarum mercium iactum facit, in eo utique caſu eſſe, ut ad contributionem agere non poſſit.
2 *Sic & is qui juſto metu ductus, ne ad ſe ignis perveniat vicinorum ædes intercidit, Aquiliæ legis actionem non timet. At ſi metus injuſtus ſit, & qui in conſtantem virum cadere non deberet, aliud dicendum eſt*, l. ſi quis
3 fumo. in fin. ſup. ad l. Aquil. *& injuſtum metum, reſtitutionis beneficium non mereri.* cap. ad audientiam ext. de his quæ vi. me. ca. *Sed quid ſi ſervandarum mercium ſuarum cauſa alienam mercem in mare proiecit, qua*
b *actione tenebitur? Iulianus exiſtimat nulla actione teneri,*

VINNIVS.

edita: ubi hæc legimus; *Lors le maiſtre doit dire, Seigneurs, il convient jetter hors une partie de ceſte marchandiſe, pour ſauver la nef. Et s'ils n'ont agreable de dict ject. & contrediſent, pourtant le maiſtre ne doit point laſſer, qu'il ne jette tant qu'il verra, que bien ſera, jurant lui & les tiers de ſes compagnons &c.* Similia ſunt apud Petrum Garſiam in libello, cui titulus, *le grand routier & pilotage de la mer &c.* in quo perſcribit pleraſque Olerenſium Gallorum leges maritimas. Item *lib. del Conſolato de marinari. c. la cerimonia. che ſi debba fare in caſo di getto.* 97. & apud Ioan. Heviam *lib. 3. p. 2. de la Curia Filipica. c. 13. n. 4.* Exemplo periclitantium in mari communicato quoque conſilio opus eſt, ubi aut urbs obſidione liberanda, aut pago avertendus exercitus manipuluſve militum, aut ſi quid denique ſimile incidat, in quo ad plurium ſalutem numerandum ſit ocyus à paucis liberationis pretium. Ant. Mornacius ad *l. 1. ſup. hoc tit.*

(*b*) Iulianus, aut potius Ulpianus (nam Iulianus ad Sabinum non ſcripſit) *lib.* 41. ad Sabinum ſic ſcribit; *Qui ſervandarum mercium ſuarum cauſa alienas merces in mare projecit, nulla tenetur actione. ſed ſi ſine cauſa id feciſſet, in factum: ſi dolo, de dolo tenetur. l. qui ſervandarum. inf. de præſcr. verb.* Hic locus multos torſit, Accurſium, Baldum in *l. ex placito. C. de rer. perm. in q. 4. & 6.* & cæteros. Illud ſatis expeditum eſt, quod Ulpianus ait eum qui dolo projecit, de dolo; qui ſine cauſa in factum teneri: nempe actione

ri, ſed ſi ſine cauſa id feciſſet, in factum: ſi dolo, de dolo teneri. Sed quid, nulla, num ſaltem is ad contributionem tenebitur? Sane ſic, lege Rhodia & nautica, ſed quæ nulla ſit jure civili, nullo plebiſcito, Senatuſconſulto, decreto Principum ſancita: ſolum communi quadam mercatorum & naviculariorum conſuetudine uſurpata. Antonius enim Imp. l. deprecatio. ff. hoc. tit. *Ego inquit, dominus mundi ſum, continentis, terrarumque imperio contentus, ſuas mari, modo ne Romanis adverſentur, leges permitto. Quod & pulchre in juris civilis Commentariis à Connano annotatum eſt.*

Ex locata. *Sunt qui mirantur hoc loco, cur ex locato*

VINNIUS.

actione in factum prætoria ſeu ſubſidiaria non civili præſcriptis verbis, ut bene *Cujac. in l. 7. ſup. de pact. & Fab. in ration. ad d. l.* 14. Quod autem ait nulla actione teneri, qui juſtam projiciendi cauſam habuit, id è diametro pugnare videtur cum noſtra hac *l. 2. in pr.* Minime omnium mihi placet, quod Peckius hic reſpondet ex Connano *lib. 7. comm.* quoniam lex Rhodia navalis non minus apud Romanos valuit, quam ipſæ leges Romanorum, quatenus his non adverſabatur. Ut alia omittam, puto juriſconſultum in *d. l. qui ſervandarum.* hoc tantum ſignificare voluiſſe, neminem, qui laborante nave merces in mare projecit, actione aliqua teneri ideo, quia projecit; quia ſcilicet conveniri poſſit à dominis projectarum mercium ad damni dati refuſionem: ut intelligamus non alium teneri, quam cujus merces ſervatæ ſunt: non enim inſpici hic, quis projecerit merces, ſed cujus interſit jacturam factam eſſe: & quamvis actio ſit in perſonam, perſonas tamen teneri atque ad contributionem vocari propter res, quæ ſervatæ ſunt: ut ſi forte projecerit, qui nullas merces habeat, is nulla quoque actione teneatur, puta ſi projecerit ut ſe ipſum ſervaret. Cæterum ſi merces habeat, quæ & ipſæ propter jactum ſervatæ ſunt, dubium non eſt, quin in contributionem vocetur, & eo ordine agendum ſit, qui exponitur *lit. C.* proxime ſequenti. *Ant. Fab. ubi ſupra.*

to contra magiſtrum navis agatur, & non potius contra vectores conſocios, qui eidem navi interfuerunt, quique ad contributionem damni accepti tenentur. Etenim ſi voluntate omnium jactæ ſint merces, cur non mandati actio competit? Si vero invitis quibuſdam, quibus tamen, exigente neceſſitate, reclamare non licuit, cur non negotiorum geſtorum actio dabitur? Fulgo. hic. & idem cum aliis ad l. fi. C. de nego geſt. *Accurſius negotiorum geſtorum actionem concedi quoque exiſtimat. At cur igitur ex locato agitur? Cur circulus iſte non evitatur? Cur*

V I N N I V S.

(c) Illi, quorum merces jactæ ſunt, nullam eo nomine actionem habere poſſunt adverſus cæteros, quorum ſimul cum nave merces ſervatæ. Nam nullus hic contractus aut quaſi contractus interceſſit, neque ullum ab his delictum admiſſum eſt. *Ant Faber in ration. Duar. hic. c. 2.* Contractus locati initus eſt inter magiſtrum navis & mercatores, quorum res vehendæ conductæ ſunt; ergo æquum eſt agi adverſus magiſtrum navis. Agit igitur is, cujus merces jactæ ſunt in mare, adverſus magiſtrum ex locato; is deinde cum aliis, quorum merces ſervatæ, ex conducto, ut detrimentum proportione comunicetur, hac *l. 2. in. pr.* Ratio agendi ſatis uſitata. Exempla habemus in *l. cum in plures. 6. par. meſſem. inf. loc. l. Julianus. 13. §. pen. inf. de act. empt. l. ſi ſic legatum. 75. §. ult. inf. de leg. 1.* & iterum in hac *l. 2. §. pen.* Quid ſi malit is, contra quem agitur, actionem ſuam præſtare; Audiendus erit, arg. *l. quod debetur. 51. inf. de pecul. in fin. l. quid ſi. 16. §. ult. ſup. de her. pet. l. 2. §. perveniſſe. inf. de her. vend.* Sed & poteſt is, cujus merces perierunt ex locato agere cum magiſtro navis, ut cæterorum merces retineat, donec portionem damni præſtent. Imo & ſi non retineat, ultro ex locato actionem habet magiſter cum vectoribus, ut priuſquam agant ipſi, & merces ſuas repoſcant, conveniri à magiſtro poſſint, ut ad damnum ſarciendum contribuant. hac *l. 2. pr. verſ. imo etſi.* ubi omnino legendum eſt addita negatione, *etſi non retineat*; licet diſ-

Cur non vectores ipſi potius primum, & ante omnia, in judicium vocantur? An ne quod quandoque tutius ſit cum uno experiri quam in plures diſtrahi adverſarios? l. ne in plures. ſup. tit. prox. *Ita exiſtimo. Vt enim mera ex æquitate legibus circuitus inhibitus eſt:* l. dominus. & ibi Bar. ſup. de condic. inde. *ita & ea ceſſante, ſeu potius in aliam partem deflectente, prohibitio quoque ceſſare debet.* c. cum ceſſante. extr. de appell. *Annotant autem ad l. hanc interpretes, locationem hoc loco pro conductione uſurpari, quod qua ratione à Veteribus receptum erat, à nobis declaratum eſt in* l. ſi cum. ſup. tit prox. d

Quid enim ſi vectores ſunt, qui nullas ſarcinas habeant? Plane commodius eſt, ſi ſint, retinere eas: at ſi non ſint, & totam navem conduxerit, ex conducto aget: ſicut vectores qui loca in nave conduxerunt.

SVMMÆ RERVM.

1 *Pignori potius eſt incumbendum quam in perſonam agere.*

2 *Retentio quando locum habeat.*

3 *Sar-*

VINNIVS.

diſſentiat. *Cujac.* 3. *obſ.*2. Evincunt id illa ſequentia. *Quid enim ſi vectores ſint. qui nullas ſarcinas habeant?* & quod ſtatim ſubjicitur, *Plane commodius eſt, ſi ſint, retinere eas.* & ita vulgati quidam codices, quos etiam Peckius ſecutus eſt.

(*d*) Melius hinc te expedies; ſi non graveris repetere, quæ nos ad Peckium in *d. l. ſi cum. ſup. de exerc. act.* notavimus.

(*a*) Quod

3 *Sartor. poteſt veſtem retinere ſi ei merces non ſolvatur.*
4 *Executio an in libris ſcholarium fieri poſſit & quando.*
5 *Lex finalis C. Commodat. explicata.*
6 *Bona inquilini domino domus ſunt obligata.*
7 *Neceſſitas non habet legem.*

1 Commodius eſt &c. *Expedit itaque magiſtro navis pignori potius incumbere, quam in perſonam agere,* l. plus inf. de reg. jur. *quod & Papinianus lib. duodecimo quæſtionum probat.* l. itaque fullo. § ſi inf. de furt. *Non ſolum autem creditorem earum rerum retentione uti poſſe quæ penes ſe ſunt, Bal. Albericuſque hoc loco exiſtimaverunt: ſed & earum quoque quæ penes de-*
a *bitorem debitoris ſui repoſitæ ſunt. Quapropter ſi meus debitor apud Sempronium aurum argentumque, ſeu quid aliud*

VINNIVS.

(*a*) Quod in ſpecie hic propoſita affirmat Peckius arg. *l. quædam.* §. 1. *ſup. de edend.* moribus quidem hodiernis & receptæ paſſim conſuetudini convenit; ſed à juris ſcripti ratione alienum eſt: quippe quo jure vix eſt, ut quaſi ab executione incipiatur. *l.* 9. *C. de obl. & act. l.* 1. *C. de execut. rei jud.* niſi paucis caſibus & urgente neceſſitate. *l. ait prætor.* §. *ſi debitorem.* 16. *inf. quæ in fraud. cred. l.* 1. *C. ubi quis de cur. vel cohort. aliave cond conv. l. generali.* 54. *C. de decur. lib.* 10. Quid vero juvat Peckii ſententiam quod hæres argentarii, qui rationes tradidit ei, cui eas argentarius legavit, poſtquam ei denuntiatum eſſet, ne traderet, incidat in edictum de edendo? Imo nec ſi quis apud ipſum creditorem ſuum rem aliquam aut pecuniam depoſuerit, poteſt creditor eam prætextu debiti retinere. *l. ult. C. de compenſ.* Denique generaliter arreſtationes tum perſonarum tum rerum, quæ de conſuetudine paſſim permittuntur, juri civili Romanorum minus conveniunt: vide. *Gail.* 2. *obſ.* 44. & ipſum noſtrum Peckium c. 2. *de jur. ſiſtend.*

(*b*) Imo

aliud ſimile depoſitum habeat : poſſum (ſiqua mihi pro- 2
bata ſuſpicio incidat) arreſtamento quodam (ut practice loquar) jus meum munire, & debitorem ne debitori meo creditorique ſuo depoſitum reſtituat, officio ejus qui juriſdictioni praeeſt, coërcere. l. quædam. § nihil intereſt. ſup. de eden. *Sic poteſt ſartor pro mercede donec ſolva-* 3
tur ſibi, veſtem retinere. Bal. in l. fina. C. commodati.
Sic (etſi regulariter in bonis ſcholarium executio non pro- 4
cedat) ſi quid tamen in funeris expenſas juſtiſque perſolvendis expoſitum ſit, retentione etiam librorum recuperari poteſt. Bal. in l. 1. C. ob chir. pecu. & Iaſon in l. b
ſi non ſortem. §. ſi centum. ſup. de condic. indebit. *Sic & hæres clerici qui ex patrimoniali ſubſtantia in refectionem Eccleſiæ neceſſario utiliterve quid impendit, retentione ſibi conſulere poteſt. Nec ante quæ à defuncto poſſeſſa ſunt reſtituere cogendus eſt, quam ſi plenarie ei quod debitum eſt, refuſum fuerit.* Panor. in c. de multa. de præbendis. *Sic & uxor mariti domum donec dos ſoluta fuerit, retinere poteſt.* Bal. in l. ult. C. de pig. act. *Merito tamen hac in re dubitari poterat, Diocl. & Max. Imperatorum conſtitutione* l. fin. C. commodat. *cavente, prætextu debiti reſtitutionem commodati probabiliter non recuſari. Cæterum illius nodi haud perquam difficilis ſolutio eſt. Eſt enim retentio rei non obligatæ jure* c
im-

VINNIUS.

(*b*) Imo Baldus in *l. reſtituenda. C. de petit. hær.* ſimpliciter ſcribit, poſſe libros ſcholarium pro expenſis retineri, licet pro debito capi non poſſint. Cæterum de jure retentionis vide pulcre *Coſtal. in l. in rebus. 18 §. ult. ſup. commod. & ibid. alleg.* unde fere reliqua Peckii ſumpta ſunt. *Hotom. 1. amic. reſponſum 21.*

(*c*) Agitur in *d. l. fin. C. de commod.* de eo, qui rem ſibi commodatam pro debito ex alia cau-

improbata, non ſolum ſi res vitioſe pervenerint ad eum cui debentur. l. 1. §. rediguntur. inſ. quod vi aut clam. *verum etiam ſi abſque vitio pervenerint. Nam ſi ita paſſim permittatur cujuſlibet rei retentio: liberum erit etiam ſi abſque pignore crediderit aliquis, facile contra omne humanitatis officium, de pignore ſibi providere: nulla cum debitore conventione, nullove legis ſeu judicis auxilio accedente, quod ſcilicet ipſe ſibi conſtitueret, commodata velut pignora occupans.* l. pignoris. C. de pig. act. *Et ita allegatam Divorum Principum conſtitutionem exiſtimo interpretandam eſſe. Si vero cauſa debiti cohæreat rei* l. Paulus. inf. de doli exceptione. *ſi pro alio debito obligata eſt & tradita creditori, ſi pervenerit ad creditorem prætextu alicujus debiti, pro quo ſoluta eſt, aut in ſolutum data:* d. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. *ſi tacite obligata creditori fuerit: poterit creditor retentione rei ſibi conſulere, & ad eam reſtrictionem hoc præſens Papiniani reſponſum referendum eſſe cre-*

VINNIUS.

ſa contracto retinere deſiderat: quod eſt contra naturalem legem & conditionem hujus contractus. Neque enim patitur bona fides, quæ in hoc contractu dominatur, ut ſub prætextu accipiendi rem ad exiguum tempus utendam, ea poſtea invito domino retineatur, & beneficium ſuum beneficio fraudi ſit. *l. in commodato.* 17. §. 3. *ſup. commod.* Aliud vero eſt, ſi ſit, quod contrario judicio commodatarius conſequi poteſt: eo enim nomine tantiſper & retentionem habet conventus directo. *l. in rebus* 18. *par. ult. eod.* puta ſi in rem commodatam neceſſarias impenſas fecerit. *d. l.* 18. *par. pen.* aut quid damni rei vitio, quod commodator non ignorabat, acceperit. *d. l. in commodato. par.* 3. & *d. l.* 18. *par. pen.* An autem in Actione commodati locus ſit compenſationi diſquirere, non eſt hujus inſtituti. de quo diſputant *D. D. in* §. *in bonæ.* 30. *Inſt. de act. add. Cujac.* 9. *obſ.* 37. *Hotom.* 1. *amic. reſp.* 21. *Mercer.* 1. *opin.* 14. *Gilb. Reg.* 1. *enant.* 8.

(*d*) Ple-

crediderim. Quemadmodum enim ea quæ voluntate do- 6
minorum coloni in fundum conductum inducunt, pigno- d
ris jure dominis prædiorum tenentur : l. certi C. lo-
cat. *ita quoque ſi navis conducta fuerit , tacitam* e
con-

V I N N I V S.

(d) Pleriſque locis proditum eſt ea, quæ ab inquilinis in prædium urbanum illata & invecta ſunt, pignori eſſe locatori, quaſi id tacite convenerit. *l.* 4. *ſup.de pact. l.* 2. *l.* 3. 4. 6. *inf. in quib. cauſ. pign. tac. l.* 11. §. *ſolutam* 5. *ſup. de pign. act.* At idem conſtitutum non reperimus in invectis & inductis in prædium ruſticum à colono : imo contrarium diſertè traditum eſt, non aliter hæc pignoris jure teneri locatori fundi, quam ſi id nominatim convenerit. *l.*4. *inf. in quib. ca. pign. tac. l.* 5. *C. eod.* §. 3. *in fin. Inſt. de interdict.* Differentiæ ratio ſi quæratur, ea ſumenda eſt ex *l.* 7. *inf. d. t. l.* 3. *C. eod.* quia fructus in fundo conducto naſcentes quaſi ex tacita conventione pignori ſunt domino fundo : in prædiis autem urbanis nulli naſcuntur fructus, in quibus tacitum pignus locator habeat. Ex veterum quidem interpretum ſententia, quam Peckius ſequitur, etiam in invectis & illatis in prædium ruſticum tacite ſive citra pactionem expreſſam pignus pro mercede conſtituitur, modo ſciente & volente domino importata ſint, quod nec ipſum exigatur in inductis in prædium urbanum. *arg. l.* 5. *C. de locat.* Sed ſatius eſt ex mente auctorum juris verba illa in *d. l.* 5. *voluntate domini*, accipere pro pactione & conventione. Neque hoc novum eſt : ſic enim pro conventione voluntas accipitur in *l.* 5. §. 1. *inf. in quib. ca pign tac.* & *l. ult. C. de novat.* Et hæc fere nunc communis eſt neotericorum ſententia. *Connan.* 4. *comm.* 16. *Fort. Garz. ad l.* 5. *C. de locat. Duar. Cujac. ad. l.*4. *ſup. de pact. Don. de pign. c.*4. *Bachov.* 1. *de dign.* 11. *D. Tuld. in tit. C. in quib. ca. pig. n.* 3. *Perez. ibid. n.* 1, *&* 2. *Chriſtin. vol.* 3. *deciſ.* 100. *& vol.* 4. *deciſ.* 155.

(e) Atqui tacitum pignus non niſi expreſſa lege inducitur : hujus vero taciti pignoris nulla lex meminit. Plane quin illata in navem pro naulo ſeu vectura retinere magiſter poſſit, dubium non eſt. Sed ſæpe retentionem etiam ille habet, qui jus pignoris non habet. *l. in rebus.* 18. §. *ult. ſup. commod.*

conventionem de inveᶜtis & illatis tam pro naulo, quam pro toto naucleri intereſſe (de quo hic loquimur) locum habere puto. Bal. ind. l. certi. verſi. quid ergo de conducente navem. Iaſon in l. plerique. nu. 9. ſup. de in jus vocando.

Æquiſſimum &c. *Quid enim iniquius obſecro quam ex beneficio damnum accipere?* argumento l. ſed etſi lege. §. conſuluit. ſup. de peti. hære. *Æquitatem itaque hanc ſemper bonus judex ante oculos habere debet.* f l. quod ſi petatur. de eo quod certo loco. *Quamvis* 7 *enim hic ſocietatis aliqua expreſſa conventio inter eos qui in*

VINNIUS.

commod. l. 13. §. offerri. 8. inf. de act. empt. l. 11. §. 1. de pign. l. 15. parag. 2. inf. de furt. l. 7. parag ex diverſo. inf. de acq. rer. dom. cum ſimil. Sed ait Coſtalius, ſi in navem illata pro penſione ſeu naulo obligata non ſunt, non poterit magiſter illa pro alio debito retinere. *arg. l. ſi non inducta. C. in quib. ca. pign. tac. l. un. C. etiam ob chir. pec.* quod tamen ei conceditur hac noſtra *l. 2.* Reſpondeo, non dicitur in hoc textu poſſe magiſtrum in navem illata pro ſibi debito ex alia cauſa retinere, puta pro centum, quæ ſibi ex cauſa mutui à domino illatarum mercium debentur: neque uſquam hoc traditum eſt, poſſe merces vectorum pro alio debito, quam pro naulo ſeu vecturæ pretio retineri; & contrarium recte colligas ex *dd. ll. & ex. l. ult. C. de commod.* Sed Paulus hoc loco tantum indicat rationem & viam, qua ſi oborta tempeſtate communis periculi vitandi cauſa jactus mercium factus eſt, domini amiſſarum mercium commodiſſime conſequantur hujus damni hoſtimentum, communi contributione eorum, quorum merces propter hunc jactum ſervatæ ſunt: adde quæ *inf. ad §. ſi quis ex vectoribus.*

(*f*) Non ſatis ſubtiliter dicitur, jure aliquo ſocietatis peti hanc contributionem: nulla enim ſocietas eſſe poteſt, ſine communione lucri: & alias domini jactarum mercium, quos cum aliis vectoribus directo agere non poſſe ſupra oſtenſum eſt, actione pro ſocio experiri cum his poſſent. Illud hic notandum lectionem hujus loci mendoſam: eſſe, & ſic

in eadem navi ſunt, intercesſiſſe dici non poteſt: neceſſitate tamen (qua urgente omnia communia ſunt) tacita quædam contractæ ſocietatis conventio conſtituta cenſetur. cap. ſicut hi. 47. diſt. gloſ. in cap. jus autem. 1. diſtinction. *Quapropter quemadmodum ſi quid naufragio perierit, toti id ſocietati perire Vlp. ſcripſit*: l. cum duobus. § quod. inf pro ſocio. *ita quoque quod jactu amiſſum eſt, ad tacitam ſocietatis conventionem, communeque damnum pertinere exiſtimandum erit.*

Si conſervatis mercibus deterior ſacta ſit navis, aut ſiquid exarmaverit, nulla facienda eſt collatio: quia diſſimilis earum rerum cauſa ſit, quæ navis gratia parentur: & earum pro quibus mercedem aliquis accipit. Nam etſi faber incudem aut malleum frêgerit, non imputaretur ei, qui locaverit opus. Sed ſi voluntate vectorum vel propter aliquem metum id detrimentum factum ſit: hoc ipſum ſarciri oportet.

SUMMÆ RERUM.

1 *Res domino perit.*

2 *Navis prædio æquiparatur.*

3 *Lo-*

VINNIUS.

& ſic reſtituendum: *At ſi non totam navem conduxerint, ex conducto agent.* domini ſcilicet amiſſarum mercium, quos prius dixerat agere debere ex locato cum magiſtro navis, quia merces ſuas ei vehendas locaverant, tota nave in eam rem conducta. *Cujac. 3. obſ. 2. Ant. Fab. in ration.*

(a) Duæ

3 *Locator ſuſtinet vim hoſtium.*
4 *Accurſii expoſitio.*
5 *Budæus Accurſium carpit.*

1 Nulla facienda collatio. *Si enim res quæ perit, do-*
a *mino pereat: multo ſane magis deterioratio rei ad*
2 *dominum ſolum pertinere debet. Cum itaque navem prædio comparari docuerimus*, Iaſon in l. plerique. nu
3 9. ſup. de in jus vocando. *conſequens eſt, ut quemadmodum dominus prædii inquilino imputare vim tempeſtatis, fluminum, incurſus hoſtium, & terræ motum non poteſt:* l. ex conducto. §. ſi vis. inf. locati. *ita quoque & nauclerus ſeu navis magiſter, deteriora-*

VINNIUS.

(*a*) Duæ res concurrere debent, ut actio hujus contributionis nomine competat. 1. jactura rerum ex una parte 2. conſervatio rerum ex parte altera. Is cujus res jactæ ſunt, petit hanc contributionem, & petit, ut ab his, quorum merces propter hanc jacturam ſervatæ ſunt, damnum ſarciatur. Igitur ut locus ſit huic collationi animadvertere debemus, an jactæ ſint res ab una parte, deinde an ſervatæ ſint ex parte altera. Lex Rhodia non de jactu tantum lata eſt ſive de jactura rerum & propter eam jacturam contributione, ut in *rubr. & l. 1. hoc. tit.* verum etiam multa alia capita habuit, ut conſtat ex jure navali Rhodiorum excerpto ex Digeſtorum libro undecimo, & relato *ad fin. tom. 2. juris Græco. Rom.* Sed & utilitas ſuaſit atque æquitas, ut quod de jactu lege cautum erat, interpretatione porrigeretur etiam ad ſimile damnum ex alia cauſa datum, quamvis forte nulla mercium jactura facta ſit. Hoc igitur poſitum eſto; quoties aliquod damnum datum eſt propter jacturam aut aliam hujuſmodi cauſam navis levandæ gratia aut alias pro conſervatione aliarum rerum, id damnum ſarciri debere ab his, quorum merces ſervatæ ſunt. Hoc percepto non erit difficile de quæſtionibus, quæ hic incidunt, judicare.

(*b*) Quæ-

teriorationem navis vel vi fluminis, vel tempeſtate im- b
moderata acceptam, his qui in navi ſunt, imputare
non

VINNIVS.

(*b*) Quæritur, ſi propter tempeſtatem navis deterior facta ſit vel exarmata, an locus ſit contributioni: id eſt, an mercatores, quorum merces ſervatæ ſunt, teneantur hoc damnum ſarcire magiſtro navis. & ait juriſconſultus nullam hic contributionem faciendam. Nam & ſi damnum aliquod hic datum ſit, tamen datum non eſt conſervandarum aliarum rerum cauſa, quæ in navi erant, & pro communi ſalute. Collationi autem tunc demum locus eſt, cum damnum datum eſt communis periculi evitandi cauſa, & pro conſervatione navis & mercium. Convenit *art. 12. leg. Wisbuicenſ. Quint. Weytſ. tract. avar.* ubi ait, *T'gunt by tempeeſt breect ofte anderſints in ſtucken gaet, wert in geen avarie gereeckent, als daer toe gemaeckt om te beſigen.* Utique diſſimilis eſt cauſa earum rerum, quæ navis cauſa parantur, & earum, pro quibus magiſter mercedem accipit ut in textu dicitur: quæ enim prioris generis ſunt, ipſius magiſtri ſunt; ac proinde periculo ejus, quippe qui & pro eo incommodo mercedem accipit. Aliud plane dicendum eſt, ſi fracto malo & una cum corbe & artemone ita dejecto, ut navi adhuc adhæreat vitandi periculi amovendique fruſti fractæ arboris cauſa, rudentes aliaque erecta armamenta cædi neceſſe fuerit. *Weytſ. ubi ſup. Compt oock in geen avarie t'gunt by onachtſaemheyt off anderſints in onweder overboort valt: off datter uytleckt, nat ofte bedorven wort binnen den ſchepe.* Nam cum damna hæc fortuita ſint, & præcaveri non poſſint, ideo ſuum quiſque ferre debet. Aliud vero probandum eſt, ſi propter jactum res deteriores factæ ſint aſpergine, aut effluxerint, *indien de werpinge de ſchade heeft gecauſeert, ende oorſaeck geweeſt, dat het goet uytgeleet, nat geworden, off bedorven is. l. 4. par. 2. verſ. at ex priore cauſa. inf. Weytſ. d. tract. art. 8. leg. naut. Philippi* 11. *tit. van ſchip-breeck.* &c. Videtur autem hic derogatum eſſe legi Rhodiæ, juxta quam etiam illud damnum contributione ſarciendum, quod αὐτομάτως ἢ κατὰ τύχην contigit, veluti ſi navis caſu exarmata ſit, arbor vi majore dejecta, gubernacula fracta, ſcaphæ perditæ, aut ſi merces vi tempeſtatis humectatæ, ἐάν ἐκ τῆς ζάλης συμβῇ τὸν γόμον βρεχθῆναι &c. 31. 35. 44. leg. Rhod.

(*c*) Ipſe

non debet. Quemadmodum enim dominus colono agrum,
c *ita et nauta navem iis quos vehit commodam & ut frui*
poſſit, præſtare debet. Illud tamen ea de jactura, eoque
de damno interpretandum erit, quod præter exſpectatio-
nem ipſius magiſtri aut culpa ſua aut ex inopinato acci-
dit. Si enim voluntate vectorum, vel ob metum aliquem
probabilem ea clades accepta ſit: hoc ipſum à communi-
d *tate reſarciri oportet. Quapropter hallucinatum Accur-*
4 *ſium video, qui priorem reſponſi partem ad culpam tan-*
tum magiſtri navis referendam exiſtimat, non autem ad
vim fluminis tempeſtatiſve, vectorum conſenſu minime
5 *accedente. Budæo quoque Accur expoſitio hoc loco im-*
probatur, ut qui verbum exarmaverit *paſſive ſumen-*
dum docuerit. Exarmare enim navem, eſt navem arma-
mentis ſuis ſpoliare, ut malo, raſtro, antenna, carcheſio,
clavo, pede, ancora, & reliquis. In quam quoque ſenten-
tiam Cumanus accedit.

Nam

VINNIUS.

(*c*) Ipſe juriſconſultus mox ſubjicit, locum, quod dixerat, non habere, & damnum ſarciendum eſſe, ſi voluntate vectorum id detrimentum factum ſit, vel propter aliquem metum: atque eo etiam pertinet, quod Papinianus ſcribit. *l.* 3. *inf.* cum arbor navis aut aliud inſtrumentum removendi communis periculi cauſa dejectum eſt, contributionem deberi: quod & Hermogeniano viſum eſt *l.* 5. *par.* 1. *inf. eod.* Idemque juris eſt, ſi voluntate vectorum aut alias ex conſilio majoris partis navem in litus impegit, *'t ſchip heeft doen ſtranden. art.* 4. *leg. naut. Philippi* 11. *tit. van den Schippers* de quo plenè & ex profeſſo tractatur *lib. del conſolato del mare. c. di nave, che per fortuna, o per altro caſo ha à dare à traverſo in terra.* 192.

(*d*) Erraſſe hic Accurſium ex ipſo textu planum eſt, an autem Budæus Accurſium juſte reprehendat, dubito: quoniam nonnulla verba tranſitiva interdum neutraliter & abſolute ponuntur, ut *verto, muto, decollo,* &c. *ſi quid exarmaverit*, pro, *ſi quid exarmatum fuerit.* ἐάν τι ἀφοπλισθῇ.

(*e*) Hoc

Nam ſi faber. *Sic nec Imperator militi, cui in bello* e *arma prærepta ſunt, eorundem valorem æſtimationemve refundere tenetur. Sufficit enim quod pro labore mercedem operarius recipiat, quem ſine inſtrumentis exercere non poſſet. Nec æquitas itaque, nec leges permittunt, inſtrumentorum fractorum æſtimationem jure exigi poſſe.* Zaſi. Ang. Imol. & alii in l. ſtipulationes commodiſſimum. inf. de verb. opl. l. ſi non ſortem. §. libertus. ſup. de condic. indebit.

CUm in eadem nave varia mercium genera complures mercatores coëgiſſent, prætereaque multi vectores ſervi liberique in ea navigarent, tempeſtate gravi orta neceſſario jactura facta erat. Quæſita deinde ſunt hæc, an omnes jacturam præſtare oporteat? Et ſiqui tales merces impoſuiſſent quibus navis non oneraretur, veluti gemmas, margaritas: & quæ

VINNIUS.

(*e*) Hoc verſ. *nam & ſi faber.* illuſtrat juriſconſ. quod prius dixerat, ſimilitudine ſumpta à fabro, cui opus faciendum locatum eſt, qui ſi malleum fregerit, ipſius detrimentum ſit, non eorum, qui operas ejus conduxerint. Adde dominum non teneri de damno caſu procuratori ſuo illato cum negotium commiſſum procuraret, veluti ſi à latronibus ſpoliatus ſit, aut quid naufragio amiſerit &c. *l. inter cauſas* 26. *par. non omnia. inf. mand.* niſi ex magna quadam æquitate, & ob quam etiam legato damnum ſarciretur in via à latronibus ſpoliato. *Gloſſ. Bart in d. §. non omnia, & fusè Bald. ibid.* Sic nec Imperator militi, cui in bello arma erepta ſunt, valorem eorum refundere tenetur: ſufficit enim pro labore mercedem accipere operarium, ut vulgò notant.

quæ portio præſtanda eſſet: & an etiam pro liberis capitibus dare oporteat? & qua actione ea res expediri poſſit? Placuit omnes quorum interfuiſſet jacturam fieri, conferre oportere: quia id tributum obſervatæ res deberent. Itaque dominum etiam navis pro portione obligatum eſſe. Iacturæ ſummam pro rerum pretio diſtribui oportet. Corporum liberorum æſtimationem nullam fieri poſſe, Ex conducto dominos rerum amiſſarum cum nauta, id eſt, cum magiſtro acturos. Itidem agitatum eſt, an etiam veſtimentorum cujuſque & annulorum æſtimationem fieri oporteat: Et omnium viſum eſt, niſi ſi qua conſumendi cauſa impoſita forent, quo in numero eſſent cibaria. Eo magis quod ſi quando ea deficerent in navigatione, quod quiſque haberet, in commune conferret.

SVMMÆ RERVM.

1 *Ratio dubitandi.*
2 *Ratio cur nauta pro portione teneatur.*
3 *Ratio facultatum in contributionibus habenda.*
4 *Liberum corpus ineſtimabile.*
5 *Gabella an de veſtibus ſolvi debeat.*
6 *Neceſſitas multa permittit.*
7 *Frumentum an & quando vendere divites cogantur.*

Quin-

Quintuplici quæſtione examinat Pomponius quæ, quarumque rerum gratia collatio procedat, ſeu jure exigi poſſit: merito enim ea in re dubitari poterat, cum liber homo ut cæteræ res navem non oneraverit, quæ oneris facti ratione ad contributionem protrahuntur. Sed & cum gemmarum margaritarumque leve onus ſit, videbantur utique, navi periclitanti & gravi tempeſtate oborta non obfuiſſe. Cum enim procul dubio ea quæ majoris ſunt ponderis plus navem premant, quam quæ levia ſunt: ut plus premunt navem trabes & animalia, quam margaritæ; prima fronte ponderis rationem in contributione ſolam conſiderandum eſſe quilibet facile dixerit. Sed hoc loco contrarium deciditur. Ait enim IC. jacturæ ſummam pro rerum pretio diſtribui oportere: corporum autem liberorum nullam æſtimationem fieri poſſe.

Placuit omnes. *Res itaque ei oneri addicta eſt. Quo fit ut nullo perſonarum reſpectu omnes quorum intereſt* a

jactum

VINNIUS.

(*a*) Præcipua quæſtio eſt de rebus, quibus navis non oneratur; veluti ſi quis gemmas aut margaritas in navi habeat: item de veſtimentis cujuſque & annulis. Et videri poterat hæc contributioni eximenda eſſe, quoniam hujuſmodi rebus non oneratur navis. Placuit tamen horum omnium nomine conferri oportere: quia id tributum propter res ſervatas debetur. *hoc. text. art. 7. leg. naut. Philippi* II. *van ſchip-breeck. Zeewerp.* &c. cui conſequens eſt etiam pecuniæ numeratæ, ſeu nummorum nomine contribuendum eſſe, *Iuan de Hevia p. 2. Cur. Philip. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 5. & ita placitum *d. art.* 7. & in judicio contradictorio definitum, teſte *Weytſ. d. tract. ſect. Quæſtie off 't gelt.* vide tamen eundem *ſectionib. aliquot ſeqq.* ubi rationes affert, ob quas nonnulli contenderunt, nummorum nomine contribuendum non eſſe, & cur id aliquando obſervatum.

jactum fieri, conferre oporteat. arg. l. in his. C. de præ-
2 di. navicul. lib. 11. *Quem ad modum itaque domini navis fluctibus navem occupatam non eſſe, ſed exonerari* *
potius interfuit: æquiſſime conſtitutum eſt, etiam dominum navis pro portione ſua obligatum eſſe, quod & Accur. hic cenſuit.

b Pretio rerum. *Quod non ſolum in hac legis Rhodiæ materie, ſed & generaliter quoque in quibuſvis contributionibus non ſegniter attendendum eſt. In his enim omni-*
3 *bus eum qui collectas, contributioneſque requirit, rerum facultatumque illius à quo exigitur, rationem habere oportet*, l. omnes. C. de operib. public. l. omnium. C. de vectigal. *ut & in hac re à ſumma illa æquitate, quam bonus judex tanquam ſpeculum ſemper in quo officium ſuum intueatur, ante oculos habere debet, nullo un-*
c *quam tempore recedamus. At ſi quid capitatim obeundum ſit, quod tamen redimi poteſt, eo caſu aliud eſſe Bar. Romanuſque crediderunt in* l. ſi ſe obtulit. inf. de re judicata.

d Corporum liberorum. *Diverſum in ſervili corpore conſti-*

VINNIUS.

(*) An & quatenus *bootsgeſellen*, cæteri nautæ præter magiſtrum ſeu dominum navis contributioni obnoxii, vide *art.* 20. *leg. naut. Wiſb. Weytſ. d. tract. ſect. Ende alle de bootſgeſellen. Coren. deciſ. ſup. Cur.* 4. *n.* 3. *in marg. art.* 9. *ſtatut. naut. Weſcapellenſ.*

(*b*) Nummorum æſtimationem fieri placet non ſecundum extrinſecum aut impoſititium valorem, ſed intrinſecum. *d. art.* 7. *Weytſ. & Grot. dd. loc.*

(*c*) Exempli cauſa, ſi lege municipali ſinguli cives teneantur ſequi exercitum, niſi hanc neceſſitatem certa pecunia redimant; in illa redemptione non habetur ratio patrimonii cujuſque, quia hoc munus non patrimoniale, ſed perſonale eſt: ſed ut pro ſui quiſque capitis exoneratione pecuniam iſtam ſolvit, ita & tantam ſolvere debet, quanta definita eſt. *Bart. in d. l. ſi ſe non obtulit.* §. 2. *n.* 3.

(*d*) Etſi corpora hominum libe-

conſtitutum eſt. Mancipia vendi poſſunt, æſtimationemque recipiunt. toto tit. C. ſi ſervus expor. veneat. *Cæterum hominis liberi corpus inæſtimabile eſt, quemadmodum & ipſa libertas.* l. libertas. inf. de reg. jur. *& æſtimationem recipere non poteſt.* Iaſon in l. 1. de legat. *Quapropter cum liberi hominis corpus ex eo quod dejectum effuſumve eſt, læſum fuerit: Iudex computat mercedes medicis præſtitas, cæteraque impendia quæ in curatione facta ſunt. Præterea operarum quibus caruit, aut cariturus eſt, ob id quod inutilis factus eſt. Cicatricum autem aut deformitatis nulla fiet æſtimatio*: l. fi. ſup. de his qui deiece. vel effu. *quia liberum corpus nullam æſtimationem recipit.* 4 e

Veſtimentorum. *Hæc enim ſæpenumero cæteris rebus quæ* f

VINNIVS.

liberorum nullam recipiunt æſtimationem, conſtitutum tamen eſt *art.* 28. *leg. naut Caroli V. & art.* 2. *Philippi* II. *van Schip-breeck. Zeewerp.* &c. ut ſi quis in miniſterio navis aut conflictu ſeu certamine cum hoſtibus aut piratis læſus, vulneratus, mutilatus, aut occiſus fuerit, hujus detrimenti reparatio cum plena mercede & vectura, ſumptibuſque ſepulturæ computanda ſit, *als groote avarye vanden ſchepe en goede, ten ſeggen van goede mannen hun dies verſtaende*, id eſt, ut hoc damnum ſarciri debeat communi contributione navis & mercium, prout viri boni & hujuſce rei periti arbitrabuntur. convenit *art.* 35. *naut. leg. veterum civitatum Hanſaticar.* Adde notata à Simone Groenewegen ad Grotii *juriſp. Bat. lib.* 3. *c.* 20. circa finem.

(*e*) Non eſt tamen alienum à moribus harum regionum, ut etiam dolorum & deformationis corporis; ſi quando id petitur, æſtimatio fiat; quamvis propriè hæc pecunia ſarciri nequeant, & juri Romano id non conveniat. *l.* 3. *ſup. ſi quadr. paup. l. ult. ſup. de his qui effud. vel dej. Grot.* 3. *introd.* 34.

(*f*) Etiam veſtimentorum nomine contributioni locum eſſe reſpondet hic juriſconſultus. Cæterum veſtes, quas quis corpori ſuo applicuit, aliaque quæ ordinario cultui & amictui corporis ſerviunt, placuit in avariam ſeu contributionem non venire,

f *quæ in navi ſunt, multo etiam ponderoſioribus præſtant. Cæterum utrum gabella (ut antiquo vocabulo utar) de his ſolvi debeat, hoc loco controvertitur* à Caſtren. Alb. Rapha. Salic. Bal. & aliis. *Ego (ut communem opinionem ſequar, à qua in judicando non temere recedendum eſt) de his quæ ad corporis cultum tantum, non item quæ vendendi cauſa circumferuntur, nihil plane exolvendum exiſtimo, quod & Alphenus Varus IC. egregius ſenſiſſe*
g *videtur in* l. in lege cenſoria. inf. de verb. ſign. *unde communi quoque calculo receptum eſt, ſi lex vetet triticum extra territorium abduci, non cenſeri ea lege prohibitum qui pro ſuo uſu tantum abducit.* l. fina. §. quoties. inf. de public.

6 Defecerint. *Multa ſunt enim quæ permittit neceſſi-*
h *tas, & quod circa neceſſitatem pœnam meretur, id exigente*

VINNIUS.

nire, exceptis monilibus, cimeliis, lapillis, auro & argento, *uytgeſondert baggen, juweelen, geſteenten, gout ende ſilver.* d. art. 7 *van Schip-breecking &c.*

(g) Vide Bartolum in *l. cætera.* 41. §. *ſed ſi quis ad opus. n.* 4. *inf. de legat.* 1. Alciatum in *l. in lege cenſoria.* 203. *inf. de verb. ſign.* & ibidem *Gœdd. n.* 5.

(h) Cibariorum æſtimationem fieri non oportere merito placuit. Neque enim æquum eſt eas res onere contributionis fungi, quibus forte in navigatione deficientibus, quod quiſque haberet, in commune conferre cogeretur, ut recte argumentatur hoc loco Iuriſconſultus. Vulgo dicitur imminente neceſſitate omnia eſſe communia. *Die op eenen bodem in Zee zijn, hebben gemeenſchap van nootdruft in tijt van noot.* 1. inter eos, qui eadem navi per mare vehuntur, victus communio eſt tempore neceſſitatis: uti & in obſidione urbis tempore inediæ. *Covar. in c. peccatum. de reg. jur. in 6. p. 2. §. 1. Grot. 2. de jur. bell. & pac. c. 2. n. 6.* Atque hinc ortum videtur proverbium, iter mari facientibus uſitatum, quod cum in altum provecti ſunt, dicant ſe omnes æque divites eſſe. 1. *Zeevarende luyden buyten duyns zijnde ſeggen dat zy al even rijck zijn. Grot. 3. introd. ad juriſpr. Bat. c. 29.*

(i) Fur-

gente neceſſitate omni jure permiſſum eſt. Nam (ut recte dixit Cicero lib. 3. de oratore perfect.) *neceſſitas cogit, quod non habes, aliunde ſumere. Quamvis enim nihil ſit turpius ingenuo (ut ille idem ait* 4. act. in Verrem) *nihil minus libero dignum, quam furtum, & quod jure noſtro ignominioſiſſime punitur: premente tamen famis neceſſitate, panemque negante eo qui dare rogatus eſt, furtum impunitum manet, nec ulla erit hoc caſu cum fure actio, quod & latius* i *alio*

VINNIUS.

(*i*) Furtum non ſit ſine ſtudio lucri. *l.* 1. §. *ult. inf. de furt.* itaque qui urgente fame eſculenta aliunde ſumit, ut inediæ ſuccurrat, is uti à lucri ſtudio, ita & à crimine furti alienus eſt. *c. ſi quis propter neceſſitatem. x. de furt. c.* 29. *de conſecrat. diſt.* 5. *Gloſſ. Bart. Bald. & DD. hic.* quæ ſententia etiam inter Theologos recepta eſt. *Rivet in Decalog. præcept.* 8. *Ameſ. de caſib. conſcient. lib.* 5. *c.* 50. *n.* 7. *Covar. ubi ſup. Leſſius de juſt. & jur lib.* 2. *c.* 12. *dubit.* 12. cujus definitionis non hæc cauſa eſt, quod rei dominus ex charitatis regula rem egenti dare tenetur: ſed quod res omnes in dominos diſtinctæ cum benigna quadam receptione juris primitivi videantur, ut in graviſſima neceſſitate reviviſcat jus illud priſtinum rebus utendi, tanquam ſi communes manſiſſent: nam omnem humanam legem frangit neceſſitas. Cæterum quod hic dicimus, non ita accipi velim, quaſi qui urgente inedia eſculenta aufert, nihil domino reſtituere debeat: ſed tantum à furto & pœna furti eum excuſatum volumus. Sic etiam quod diximus litera præcedenti, in ſumma victus indigentia omnia eſſe communia, non ſic accipiendum eſt, quaſi vera inter omnes rerum communio ſit, ſed ita ut ſint proferenda in medium & communicanda nihil in præſentia habentibus: utique tamen non gratis, ut nihil reſtitui neceſſe ſit, ſed cum onere reſtituendi ubi neceſſitas ceſſaverit. *Covar. ubi ſup. n.* 4. *Zoeſ. in h. t. poſt Gloſſ. & Bald. hic.* Porro omni modo primum tentandum eſt, an alia ratione neceſſitas evadi poſſit, puta adeundo magiſtratum, aut uſum rei à domino petendo. vide Grotium *lib.* 2. *de jur. bell. & pac. c.* 2. *n.* 6. *& ſeqq.* καὶ τὰ add. Iac. Mæſtertium *lib.* 2. *de juſt. leg. Rom.* 57.

alio loco expoſitum à nobis invenietis. in c. peccatum. de reg. jur. lib. 6. *Quis enim tam injuſtus, tam avarus, quam qui multorum alimenta non ſuum uſum, ſed abundantiam & delicias facit? An ne enim minus eſt criminis, habenti tollere, quam cum poſſis & abundans ſis, indigentibus denegare? Non arbitror. Quem enim*
7 *abundans detinet, eſurientium panis eſt.* c. ſicut ſi. 47. diſtinc. *Quo fit, ut non male hoc loco dixerit Cumanus annonæ caritatis tempore eos qui granum repoſuerunt, ad vendendum cogi poſſe, & verum eſt.*

SI navis à piratis redempta ſit, Servius, Offilius, Labeo, omnes conferre debere ajunt: quod vero prædones abſtulerint, eum perdere cujus fuerit, nec conferendum ei qui ſuas merces redemit. Portio autem pro æſtimatione rerum quæ ſalvæ ſunt & earum quæ amiſſæ ſunt, præſtari ſolet. Nec ad rem pertinet, ſi eæ quæ amiſſæ ſunt pluris venire poterant: quoniam detrimenti non lucri fit præſtatio. Sed in iis rebus quarum nomine conferendum eſt, æſtimatio debet haberi non quanti emptæ ſunt, ſed quanti venire poſſunt.

SVMMÆ RERVM.

1 *Nave redempta an contributio procedat.*
2 *Æſtimatio quomodo probetur rerum amiſſarum.*
3 *Ionæ exemplum deſcribitur.*

4 *Nau-*

4 *Nautarum improbitas in periculo.*
5 *Inundationes ob peccatum oriuntur.*

Redempta ſit. *Recte id intellexit Accurſius non ita* 1
interpretandum eſſe, ut ſi ſola abſque mercibus à a
piratis capta navis ſit, pro liberatione vectores conferre debeant, ſed ſi cum mercibus capta redempta fuerit, quo caſu non pro navis, ſed pro mercium qualitate contributio inter vectores procedet, ut quod pro communi ſalute exolutum eſt, communibus quoque expenſis reſarciatur. Porro, quemadmodum incendii caſum non culpa inquilini provenientem, à locatore imputari conductori non poſſe jure conſtitutum eſt: §. vis major. in l. ſi merces. inſ. locati. *ita et nauta à vectoribus, quod pro navis ſuæ redemptione pendit, exigere non poteſt. Denique ſi à piratis circumventa navi, unus ex vectoribus omnium nomine redemptionis pretium exolverit: negotiorum geſtorum actionem pro contributione (ni fallor) adverſus cæteros intentare poteſt.*

Eum

VINNIUS.

(*a*) Si navis à piratis capta redempta ſit, placet ex ſententia Servii, Ofilii, Labeonis omnes conferre debere: *dat kompt in avarie groſſe. hoc text.* ex quo apparet non propter jacturam mercium tantum collationem fieri debere; verum etiam propter aliud ſimile damnum. Igitur ſi navem à piratis captam nauta redemerit promiſſa certa pecuniæ ſumma, pro qua ipſe interim captivus maneat, liberandus erit communibus impenſis pro rata æſtimationis cujuſque mercium & ipſius quoque navis. *per hunc text. Iuan de Hevia lib.* 3. *p.* 2. *Cur. Phil. c. naufragio.*13.*n.*18. Neque ab hac contributione pecunia numerata immunis eſſet, eo quod nauta ſciens etiam nummos ſe vehere, tanto cariùs navem redemerit. *Weytſ. d. tract.* Non ſatis clare hæc explicat Peckius.

 (*b*) Si

b Eum perdere. *Veriſimile eſt quidem ſi ab hoc homine raptum quid non eſſet, alios qui præſto quoque eadem in nave erant, prædonum injuriam evadere non potuiſſe, ſed ad contributionis exactionem illud minime ſufficere poteſt: cum ea periculum facientis mens non fuerit, ut communis utilitatis gratia prædonibus invitus concederet. Ad caſum itaque fortuitum infelicitas ejuſmodi pertinere videtur, & ideo conſociis imputari non debet.* Rapha. Fulgo. hic. *Verum ſi oppreſſa atque ſuperata rate,*

c *belluina illa & inhumana piratarum ferocitas (quod raro*

VINNIUS.

(*b*) Si prædones vi aliquid abſtulerint ex mercibus alicujus, & is redemerit ſuas merces, non coguntur alii hoc damnum ſarcire. *hoc. text.* congruit *d.c. naufragio.* 13. *n.* 18. *lib.* 3. *p.* 2. *de la Curia Filipica.* Sic vides inſpiciendum ſemper eſſe, an damnum omnium cauſa datum ſit, an eorum interſit, cum quæritur, an contributioni ſit locus. Et hinc quoque petenda explicatio *l.* 5. *inf.* Adde, quod hujuſmodi damnum non eſt voluntarium, ſed caſui fortuito adſcribendum. ac proinde ab aliis ſarciri non debet: *maer draeght een yegelick ſijn verlies*, ſuum quemque ſequitur detrimentum, ut recte *Accurſ. hic.* Denique quemadmodum communi contributione non reparatur damnum illatum influentia aquæ marinæ, cui obnoxiæ merces in imo navis poſitæ; ita nec talis rapina, cui magis expoſitæ merces jacentes in parte navis ſuperiore, ut diſputat *Weytſ. d. tract.* Itaque hac parte derogatum videtur *capiti* 9. *leg. Rhodienſium*, quæ etiam hoc caſu contributionem injungit, verba ſunt: *κατὰ τοῦτο δὲ καὶ ἐὰν χρήματα ἀφαρπαγῇ ἢ ἀπὸ πολεμίων, ἢ πειρατῶν σὺν τῷ κοινῇ διαφέροντι τοῖς ναύταις τὸ αὐτὸ συμβαλλέσθω.* 1. eadem ratione ſi ab hoſtibus vel latronibus vel piratis pecuniæ cum iis, quæ ad nautas in commune ſpectant, diripiantur, etiam hæc in computationem veniant, eodemque modo contribuantur.

(*c*) Si ponamus caſum, quo prædo, perſuadente & demonſtrante nauta, has potius, quam illas merces abſtulerit, dubium non eſt, quin nomine abla-

ro contingit) paulùlum ſopiatur, ut unius ex vectoribus mercibus contenti recedant, quas pro communi liberatione capere profitentur, aliud de jure reſpondendum exiſtimo, æquiſſimumque eſſe commune detrimentum fieri eorum, qui propter amiſſas res aliorum, conſecuti ſunt ut merces ſuas ſalvas haberent. l. 2. ſup. co.

Portio autem. *Salvæ itaque res & eæ quoque quæ* d *amiſſa.*

V I N N I U S.

ablatarum contribuendum ſit; quoniam hac perſuaſione & demonſtratione factum eſt, ut reliquæ merces omnes ſervatæ ſint. *arg. hujus l. 2. ſup. in fin. pr.* eſtque præſumendum nautam pro commodo mercatorum minus elegiſſe damnum & antepoſuiſſe majori. *Weytſ. d. tract. par. nu is de quæſtie. Zoeſ. ad hunc tit. n. 6. Welwod abridgement tit.* 18. *of contribution for pirates.*

(*d*) Contributio facienda eſt pro modo rerum conſervatarum & amiſſarum. *par.* 2. *ſup. verſ. jacturæ. & hoc par.* 4. Primum igitur æſtimabuntur res, quæ amiſſæ ſunt aliarum conſervandarum cauſa: deinde æſtimabuntur res, quæ ſervatæ ſunt propter jacturam: & is qui majoris pretii res habebat in navi, plus conferet. In æſtimatione rerum, quæ amiſſæ ſunt, non habetur ratio lucri, ſed damni tantum: nec quanti venire potuerint, fit æſtimatio, ſed quanti emptæ ſunt. *hoc. par.* 4. Sufficere enim dominis amiſſarum mercium debet, quod ex earum jactura nullum damnum ſentiant, niſi quantum ſentirent, ſi alienæ merces fuiſſent, id eſt, detracto eo, quod illi ipſi pro ſua parte conferunt. quæ collatio tanto minor eſt, quanto minoris res amiſſæ æſtimantur. Ex contrario res, quæ ſervatæ ſunt, æſtimamus quanti venire poſſunt, non quanti ſunt emptæ, non pretio formali, ut loquitur Ulpianus *l. in lege.* 62. *par.* 1. *inf. ad leg. Falcid.* Græci *lib.* 53. *Baſil. tit.* 3. Ἐν τῇ συνεισφορᾷ τὰ μὲν ἀποβληθέντα πρὸς ὅπερ ἠγοράσθησαν ἀποτιμῶνται οὐ μὴν πρὸς ὃ παραδοθῆναι ἠδύναντο. οὐ γὰρ κέρδους, ἀλλὰ ζημίας γίνεται λόγος. τὰ δὲ σωθέντα πρὸς ὃ δύνανται πραθῆναι ἀποτιμῶνται. Unde ſua deſcripſit Harmenopulus *lib.* 2. *tit.* 11. §. 11. Non utique quod hic dominis ſervatarum mercium faveamus, ſed iis potius, qui ſuas amiſerunt, & pro quorum indemnitate collatio fit, ut illi tanto plus conferant ad horum

amiſſæ ſunt, vera & communi æſtimatione æſtimari debent. Nam (ut Paulus ait in l. pretia rerum. inf. ad l.

bent.

VINNIUS.

rum ſolatium. Et poſſunt rerum ſervatarum pretia etiam poſtea adhuc creſcere, ut earum domini non magnam habeant conquerendi cauſam. *Ant. Fab. in ration.*

Cæterum *art.6. tit.van ſchipbreecking. Zeewerp.* &c. ſæpius allegato, & *art.* 28. *leg. Wisb.* cavetur, ut & res amiſſæ & ſervatæ æſtimentur eo pretio, quo ſervatæ vendentur, *penning penningſgelijcke*, detracta prius vectura, aliiſque impenſis, puta gabellarum &c. actum addatur vera ipſius navis æſtimatio, aut totum vecturæ pretium nautæ promiſſum, prout elegerit mercator. Quibus omnibus in unum collatis ex tota illa maſſa fiat contributio pro rata bonorum cujuſque tum amiſſorum tum conſervatorum. Et facienda erit hæc æſtimatio ac computatio à nautis & mercatoribus hujus rei peritis neutrique parti addictis. Sic & alias ipſarum quoque controverſiarum nauticarum, de quibus nihil certi aut ſcripto jure cautum aut conſuetudine introductum, deciſio ac judicium permitti ſolet prudentiæ mercatorum negotiationibus marinis aſſuetorum. *Strac. de navig. n.* 25. *Mornac. obſ. ad l.* 9. *inf. eod.*

Nihilominus tamen hoc uſu ſervari ſcribit Weytſius *tract. van avaryen.* ut ſiquidem jactura mercium facta ſit antequam dimidiam ſuſcepti itineris partem navis confecerit, tunc amiſſæ merces non pluris æſtimentur, quam quanti emptæ ſunt: ſi vero dimidio itinere jam ſuperato, eo pretio, quo venditæ fuiſſent loco deſtinato, quod & ex Weytſio notat. *Coren. deciſ. Cur. ſup. Holl.* 4. *n.* 14. *in marg.* Idem quoque invenio apud William Welwod in ſuo *abridgement of all. Sea. lawes. tit.* 21. *in pr.* ubi ait, *Firſt, the goods caſt, ſpoiled, or reſt; to the price they coſt, if their chances did happen before midde voyage: but if after the midde voyage, then to the price, the reſt of te ſame goods attainc to at the market* &c. Neque nupera eſt hæc obſervatio: Nam & auctor libri *del. Conſolato de marinari*, qui ſcriptus dicitur tempore Sancti Ludovici, *cap. in che modo ſi debba contare roba gettata.* diſerte eandem adhibet diſtinctionem: *La nave*, inquit, *che jettera roba, ſi debbe contare in queſto modo, cioe che ſe jettera innanſi che ſia mezzo viaggio, doue habbia andare, debba eſſere contata come coſtava in quel loco, doue ſi parti*

la

fal.) *non ex affectu nec utilitate ſingulorum, ſed communiter rerum precia funguntur. Quod autem dici ſolet, tanti rem valere quanti vendi poteſt:* l. ſi ſervus. in princip. ſup. de cond. furt. *id ego alios,* Fulgo. Bart. & Accur. ibi. *ſecutus, non aliter interpretandum exiſtimo, quam ut tanti rem valere dicamus, quanti communiter vendi ſolet.* arg. l. nam ad ea. ſup. de ll. & l ſi pactum. l. 2. inf. de prob. Bal. in l. 1. C. de reſcinden. vendit. *Cæterum ſi quis incautus, & veræ æſtimationis omnino imperitus emptor, immoderato precio rem emat: non tamen ideo ſtatim tanti valere quod emitur, dici poterit. Rei argumentum haud longe petendum eſt. Nam ſi is idem eandem rem eodem tempore revendere alteri velit: quem inveniet rerum ſuarum ſatagentem, obſecro, à quo precium exſolutum recuperabit?* ut l. cum de indebit. inf. de prob. *Probari autem æſtimatio per teſtes perquam appoſitiſſime poterit, quibus de communi æſtimatione jurejurando deponentibus fides adhiberi debet.* 2 Docto. in d. l. 2. C. de reſcin. vend. *Porro ſi res hujuſmodi ſit, quæ ab omnibus æſtimari non poteſt, ad ejus artis peritos æſtimatores confugere oportet, in qua merces ejuſmodi requiri ſolent.* l. hac. edictali. §. mobilium. G. de ſecun. nup. vide Plato. in lib. de Philoſophia. *Verum ſi his (quod haud raro neſcio an ex invidia magis contingit, cum*

VINNIUS.

la nave: & ſe hara paſſato mezzo viaggio, debba eſſere contata come valera in quello loco, dove la nave ſara porto: la detta mercantia gettata à quella che rimaſta ſara. Itaque videtur communi quadam conſuetudine non nihil receſſum eſſe à diſtinctione Iuriſconſulti in hoc noſtro §. *portio autem.* aut textus hic eodem modo temperandus, & ad uſum communem accommodandus erit. Eſt etiam quod huc faciat in *deciſ.* 84. *ſupr. Cur. Holl.*

(e) Hic

cum altero alter peritior videri cupit) in æſtimatione diſcrepent, numeroque æquales ſint ſuperaddi aliis debet; ut numero impari exiſtentes, à majori parte negotium e *terminetur.* Bal. in d. l. 1. *Et hæc de æſtimatione dicta ſunt. Sed quid ſi merces in mare projectas nemo viderit: projicienti ne ſoli, de numero, qualitate, æſtimationeque fides dabitur? An potius ſibi id acceptum feret, qui ante jactum merces non oſtendit? Poſterius ſane durum omnino videri poteſt, cum tanto imminente periculo, quam minime de rebus cogitemus, ſed major nos corporis ſalvandi cura tenet. Quin potius tunc ipſum tempus nos admonet cum*

VINNIUS.

(e) Hic Peckius longam parare incipit digreſſionem, in qua nihil occurrit memorabile præter ſalubria quædam monita. Nam illa, quæ de fide jure jurando aut aſſeverationi perſonæ ejus, qui merces projecit, habenda vel non habenda diſputat, raro nunc in diſceptationem veniunt, ſiquidem non promiſcue unicuique jactum facere licet, ac ne magiſtro quidem navis inconſultis mercatoribus, iiſve abſentibus aut repugnantibus, niſi ex conſilio majoris partis nautarum (aut ſaltem ut *ſup. ad pr. h. l.* 2) qui & reverſi poſtea jurare tenentur neceſſitate flagitante jacturam factam eſſe, & factam de ſententia majoris partis. *art.* 4. *d. tituli van Schip-breekinge. Zee-werp. &c. vid. ſup. quæ ad pr. h. l.* 2. Sed neque latere poteſt, cujuſmodi mercimonia navi impoſita ſint, cum & publice naves viſitentur, & portorium pro quantitate & qualitate mercium cujuſque exolvatur, antequam educantur è portu. *art* 11. *& ſeq. Placit. Phillippi* 11. *van toeruſtinge van ſcheep. p.* 2. *Cur. Philip. lib.* 3. *c. Viſita.* 9. quarum omnium etiam deſcriptio continetur inſtrumento contractus nautici, quod *charte-partie* vocant.

Quod ſi quis ex vectoribus in ciſtis ſuis aut ſarcinis nummos, aurum, argentum, gemmas, aliaſve res pretioſas habeat, tenetur in tempore antequam jactus fiat; id indicare magiſtro navis: alioqui in putanda contributione, *int maecken van avarye*, harum non alia ratio rerum habebitur, quam ſi tales ciſtæ & ſarcinæ fuerint, quales extrinſecus apparebant. *art.* 5. *d. tit. van ſchip-breeck. &c. adde art* 28. *leg. naut. Wisbuicenſ. Weytſ. d. tract. ſub. fin. facit huc c.* 13. *leg. Rhodienſium.*

(f) Ser-

cum Propheta Abacuc. 3. *ut dicamus* Nunquid in fluminibus iratus es domine, aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua? *Ante periculum vero imminens cur merces non oſtenderit rectiſſime excuſari poteſt.* Iaſon l. in actionibus. ſup. de in lit. juran. nu. 43. & facit l. 1. C. quando & quibus 4. pars lib. 10. late Iaſon in §. Item ſerviana. nu. 32. Inſt. de act. *An ne enim obſecro ſtolidiſſimus is eſt omnium, qui cum jure cogi non poſſit, incognitis hominibus & ex ipſa fortaſſis inſpectione ad furta alliciendis merces revelat? An ne hinc latrocinia, cædes, ſpoliationes, direptiones, atque inſidias ſequi videmus? Quid notius eſt, quam quod pecuniarum merciumque oſtentatio multis mortalium millibus mortes attulerit? Exempla quotidie præ foribus ſunt & particulari probatione non indigent. Recte itaque hoc modo admonuit ille* Eccl. cap. 8. *coram extraneo ne facias conſilium, neſcis enim quid pariet. Quæſtio ſane hæc non uſque adeo facilis eſt ut contemni debeat, ſed cum in navalibus quæſtionibus ex præcipuis habeatur, paulo altius repetenda videtur. Cum enim more majorum, teſte Cicerone,* orat. pro Roſc. Amer. *ita comparatum eſt, ut in minimis rebus homines ampliſſimi teſtimonium de re ſua non dicerent, videri me hercule & apparenter poteſt, fidei ejus cujus merces in mare dimiſſæ ſunt, omnino ſtandum non eſſe. Quid enim ſi improbus, adulter, raptor, prædo, latro, & fur ſit, qui mercium jacturam fecit? Sapienter admodum à Sophocle reſponſum eſt, nullum jusjurandum grave eſſe furi & impoſtori, & recte ait Alexis, ſapientem non oportet jurantibus, ſed ipſis rebus ſemper habere fidem. Quid item ſi talis ſit de cujus conditione conſtare non poſſit? Quid ſi Hiſpanus prædo, vel ex ultimis Galliæ finibus in noſtram hanc Zelandiam latro*

quiſpiam

quiſpiam fugitivus accedat? Hujus ne ſuper amiſſis mercibus verbo etiam jurato credetur? Sane cum quilibet bonus præſumatur, cap. ult de præſum. *ſi jurijurando credi debeat: omnino abſurda hæc locum habere videntur. Quid inde conſequitur? Mea quidem ſententia aliud nihil, quam ut afflictis afflictio addatur, & mercium quæ ejectæ non ſunt, æſtimationem ſolvere cogantur. Ego in hac quæſtione, ſalvo aliorum judicio, hoc ordine reſpondendum exiſtimo, quod ſi ad mercium ejectionem compulſus à convectoribus fuerit, juramento ejus ſtandum eſſe. Etenim mandatum hoc caſu interceſſiſse cenſendum eſt,* ut ſup. in princip. *& ſibi acceptum ferre debent, qui ante violentam ejectionem, vaſorum inſpectionem non exegerunt. Quo fit ut & tacite fidem ejus approbaſse videantur, & juramento contenti fuiſse. Sciebant enim hi, aut ſcire debebant, difficiles reo probationes futuras, neque poſse eum rerum ſuarum ſolum jacturam facere, qui ob commune periculum communemque ſalvationem jactum fecit. Igitur qui difficultatem ſibi ipſis impoſuerunt, juris beneficio juvari non debent,* l. ſi fidejuſſor. §. 1. ſup. qui ſatiſd. cogant. *& cum probandi facultatem ejicienti præciderint, videntur utique, ad exemplum eorum qui alterius probationes & inſtrumenta ſubducunt,* arg. l. ſi de poſſeſſione. & ibi Cy. Salic. Bal. & Alb. C. de probat. Caſtrenſ. & Aret. in l. providendum. C. de poſtulando. Fely. in c. ſicut. de re judic. *ſolo juramento contenti eſse debere. Porro ſi cum plures in nave merces eſsent, nullius inſtinctu coactus, ſed ultro ſponteque, gravi imminente periculo, merces ejecerit: ad perſonam ejicientis reſpiciendum exiſtimo, & ſi appareat prædonem, ſimilique contagio imbutum fuiſse, juramento ejus ne in minimis quidem ſtandum eſt. Quinimo ſi conſtiterit eas res quæ in mare projectæ ſunt,*

ſunt, ab aliis vi, dolo, furtove ſublatas eſſe, etiam ſi teſtibus probaverit æſtimationem, minime audiendum. Ita enim judicem adverſus improbos & doloſos, qui aliis obfuerunt, ſubvenire convenit, ne vel illis malitia ſua ſit lucroſa, vel iſtis ſimplicitas damnoſa, quod & Vlp. lib. xi. ad Edictum voluit l. 2. ſup. de dolo. Et hæc quidem uſu venire poterunt. Cum enim (ut pulchre ait Cicero Tuſcula. quæſt. lib. 1.) nemo eſt mortalium cujus mentem non
aliquando imbuerit Deorum religio: quid ſi perditiſſimus 3
ejuſmodi raptor Ionæ exemplo commotus, Ionæ 1. & ob ſuum ſcelus ortam eſſe tempeſtatem exiſtimans, primus pro piaculo furtivas merces eiecerit? An ne enim ſcriptum eſt Sapient. 5. p. A petroſa ira plenæ mittentur grandines, & candeſcet in inſenſatos aqua maris: & flumina concurrent? Vtinam ea mens omnibus eſſet iis, qui furtivas res per mare in alias regiones tranſportant. Vtinam perpenderent, quod mare quoque crimina perſequatur. Fidelis enim ſervus & prudens conſervum inveniens fugientem, quaſi quid ex domini bonis ſurripuerit, nuſquam ab eo recedit, milleque impedimenta ingerit recipientibus illum, quo adipſum vendicans reducit. Sic & mare, ſi Chryſoſtomo credimus: in ſerm. de pœnit. homil. 2. conſervum inveniens & agnoſcens, mille impedimenta excitat, turbans, clamans, non in judicium trahens, ſed comminans navem ipſis cum nautis demergere, niſi ſervum ſuum ſibi prodiderit. Nihil tam oneroſum, grave, & ineptum atque peccatum. Propterea Zacharias id plumbi figuravit ſimilitudine. Zachar. 5. Quod ſi hæc ſerio ſecum cogitantes perpenderent, qui (ut ille ait) per mare currunt: punitionem tempeſtatumque originem ex peccato ſæpenumero eſse, qua devotione qua animi anxietate, qua denique compunctione ſcelera exuentes, mare ingrederen-

*tur ? Vbi nunc è contrario barbari illi & inſenſati homi-
nes, tot involuti fluctibus, tanta circumſtante procella, &
mari neque vel reſpirare permittente, inſaniunt atque ex-*
4 *clamant : Deum blaſphemant : dira cuilibet imprecan-
tur , minimeque conſiderant , quanto peccatorum grava-
mine navis obruatur. Sane hiſce in caſibus remos, funes,
& vela gubernare quidem atque obſervare convenit, ve-
rum primarie ad totius mundi gubernatorem confugere
oportet, orareque ut ille pro ſua clementia noſtri miſereri
dignetur. Mirabitur forſitan aliquis, cur incidentia tan-
tum hujuſmodi , tam longo fuſoque ſermone proſequar.
Verum facile mirari deſinet, ſi ad ipſam rei veritatem re-
ſpiciens , æterni illius ſplendoris radios in animum admi-*
5 *ſerit. Quinimo & hic dici poſſet, quæ ratio ſit tam impe-
tuoſi fluminis, & maris undique regiones noſtras infeſtan-
tis , quod à memoria hominum, imo ab ævo ſimile viſum
non ſit. Sed hæc miſſa facio , cauſam ipſam Chriſtianus
animus facillime ſecum perpendet. Vt igitur, unde digreſ-
ſi eramus, revertamur: Si prædonem furemve quidem eſ-
ſe non conſtet : ſed in profeſſo eſt, improbum ſatis, adul-
terum , infamem, nefarium hominem eſſe , qui ejecit, ſu-
per æſtimatione qualitateve, ſeu quantitate mercium, ju-
ramento ejus ſtari non debet, qui honore nullo, omni vero
gravamine dignus eſt.* c. parvuli. & ibi gl. 22. q. 5. *An
igitur indiſtincte ejectarum mercium jacturam faciet ?
An ne hic juris naturæ ſuccedet regula, quod nemo alte-
rius detrimento locupletior fieri debet?* l. nam hoc. ſup. de
condi. inde. *An ne hic verum eſt vectores omnes ejectis
mercibus alleviatos eſſe ? In primis ſane ad alia confu-
giendum eſſe exiſtimo, ut (ſi fieri poſſit) ex conjecturis rei
veritas innoteſcat. Si aſſerat tot taleſque merces in mare
ſe projeciſſe, inquiratur, ubi, quo loco, & à quo emerit, à*

quo

quo datæ ſint, & qua cauſa ad ipſum pervenerant. Si enim honeſto titulo habet, quid obſecro difficultatis eſt, demonſtratione controverſiam decidere? Inquiratur itaque ab his à quibus accepiſſe fatetur, an res ita ſe habeat. Qui ſi improbi quoque non ſint, cap. teſtimonium, ext. de teſtib. *& pro actore deponunt, juramento quidem ejicientis, ut puto, ſtabitur, ſed ita ut deponentium magis teſtimonio, quam ejicientis juramento res ipſo probata; & ut in ſupplementum juramentum acceſſiſſe videatur.* Accur. in l. in omnib. C de teſtib. *Multæ quoque & diverſæ aliæ ſunt circumſtantiæ & argumenta, ex quibus verum elicere poſſumus, ut recte Divus Adrianus Valeriano Vero in hæc verba reſcripſit.* l. 3. §. ejuſdem. inf. de teſtib. Quæ argumenta ad quem modum probandæ cuique rei ſufficiant, nullo certo modo definiri ſatis poteſt; ſed ex ſententia animi tui te exiſtimare oportet, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris. *Sed quid ſi nullas hujuſmodi circumſtantias adducere poſſit, de quibus primo locuti ſumus? quid item ſi mentitus ſit? Hoc caſu reſpicere oportet judicem, quam mercaturam exercere ſolitus ſit, quam diviter negotiari, & ſi quæ ſint ſimilia. Quid enim ſi corium emere ſolitus, gemmas ſe ejeciſse contendat? Quid ſi infamis homo & paupertate oppreſſus, mille ſe librarum merces ejeciſse divulget?*

Denique ſi honeſtæ & inculpatæ vitæ ſit, ſi omni ſuſpitione careat, qui voluntarie maximo imminente periculo ejecit, juramento ejus credendum eſse arbitror. Gloſ. in c. ſignificaſti. de homicidio.

Non lucri. *Quo fit ut quanti emptæ ſunt res immiſſæ, non quanti ejectionis tempore vendi potuiſsent, æſtimari debeant.* (f) Ser-

VINNIUS.

(f) Quamvis in ineunda ratione contributionis res, quæ ſalvæ ſunt, æſtimentur, quanti venire poſſunt; amiſſæ tamen

Servorum quoque qui in mari perierunt, non magis æſtimatio facienda eſt, quam ſi ægri in navi deceſſerint, aut aliqui ſeſe præcipitaverint.

SVMMÆ RERVM.

1 *Nautæ taxantur qui nimium velum intendunt.*
2 *Mortem ſibi inferre quam turpe ſit.*
3 *Baldi temeritas in condemnando animam Bartholi.*

In tota hac legis Rhodiæ materia, illud ſolum tanquam ſcopum conſiderandum voluerunt Conſulti, communem an ob utilitatem detrimentum acceptum fuerit. Igitur cum ſervus qui in mari periit, quive cum montes (ut ille ait) volvuntur aquarum, ut jam tacturos ſydera putes, per rudentes ejectus eſt, domino magis navis opem tuliſſe ex officio videatur, quam communem ob utilitatem ejectus eſſe: non communitati vectorum, ſed ſoli domino a *recte periiſſe dicetur*, arg. §. quod vero. ſup. eod. *An ne igitur ob tuitionem navis periit? An ne ut nave ſalva merces conſervaret? Sane cum mercedem recipiat à vectoribus*

VINNIUS.

tamen non pluris æſtimantur, quam quanti emptæ ſunt: quod ideo fieri ſcribit Harmenopulus *lib. 2. tit.* 11. §. 11. ἵνα καὶ ἡ ζημία ἐπ' ὀλίγοις συσταλῇ, καὶ τὸ κέρδος ἐπιπλεῖον ἐκταθῇ, καὶ οὕτω, ait, λυσιτελήσῃ καὶ τοῖς ἀποβαλοῦσι, καὶ τοῖς ἔχουσι τὰ οἰκεῖα πράγματα. id eſt, quo & damnum, quoad fieri poteſt, minuatur. & lucrum amplius propagetur: ſic enim utriſque conſuletur, & iis, qui jacturam fecerunt, & iis qui res ſuas ſalvas habent. Cęterum vide quæ *ſup. lit. D.*

(*a*) Servi, qui in mari perierunt eo tempore, quo navis laborabat, non ideo perierunt, quia in mare projecti ſunt navis levandæ cauſa (nec enim projiciuntur homines in mare ſed merces, hominum ſervandarum gratia) nec ideo reliquorum res ſervatæ ſunt, quod ſervi perierint, quorum opera quanto gra-

ctoribus magiſter, non diſſimilis videtur ejus eſſe conditio, quam ſi faber incudem aut malleum infregerit. §. ſi conſervatis. ſup. hac ead. l. *Sed & exonerata nave ejici potuit, & majus periculum ille exorta ventorum procella, ex rudentibus veloque timendum eſt, quam ſi utcumque mercium gravamine reprimatur. Etenim ubi levius objectum ventorum rabies receperit, in omnem id partem facilius agit, & per margines totius navis diſcurrentes ſervitores cum malo interdum in ipſum mare facillime devolvit. Cæterum hic nautæ admonendi eſſent, ipſique* 1
magiſtri, qui nimia temeritate vela intendentes, non raro in vitæ diſcrimen ſervitores conjiciunt. Nam ut eleganter ad Lucilium ſcribit Lucius Annæus Seneca, lib. 11. Epiſtolar. epiſt. 1. nulla res æque adjuvat curſum, quam ſumma pars veli, illinc maxime navis urgetur. Itaque quoties ventus *(inquit)* increbuit, majorque eſt quam expedit, antennæ & cætera hujuſmodi ſubmitti debent. *Minus enim habet virum flatus ex humili. Porro, ſi quis in mare præcipitem ſe dederit, damnum commune non erit, ne unius hominis inſania, cæteris vectoribus detrimentum adferre videatur. Quid enim ſi* 2
animi timiditate, nandique peritia ductus; in mare ut abeſſet à navi unde eſſet periculum, præcipitem ſe dans, fluctibus obruatur? Quid an idcirco navis allevietur? Quid

VINNIUS.

gravior tempeſtas fuit, tanto magis ad ſervandam navem fuit neceſſaria. Tota autem contributionis æquitas ex eo pendet, quod æquiſſimum ſit commune detrimentum fieri eorum, qui propter res aliorum amiſſas conſecuti ſunt, ut ſuas merces ſalvas habeant. *hac l. 2. in fin. pr.* Nulla igitur ratio eſt, cur magis ſervorum, qui in mari perierunt, aliqua æſtimatio fiat, quam ſi qui ægri in nave deceſſiſſent, aut aliqui ſe præcipitaſſent. *Fab. in rat.*

 (*b*) Stoici

Quid item ſi veluti ſui carnifex immaniſque naturæ, ultro ſibi mortem inferret? Ejus ne an ex ſcelere hæredibus b *contribuendum eſſet?* l. unic. C. ex delic. defunct. *Tametſi ſane veteribus literis & annalium monumentis extare notiſſimum ſit, apud varias gentes vim ſibi afferre, & necem ſua ſponte conſciſcere, dignum laude & magni fuiſſe habitum:* Alex. ab Alexan Genial. lib. 5. cap. ult. *apud alios tamen, & nos præcipue, qui meliorem ante actæ vitæ remunerationem exſpectamus, nulla laude dignus eſt. Quin potius id crimini datur & probo, eoque facinore pudendam inſcitiam atque imperitiam ſuam coarguit. Recte itaque Plato* de legib. dialogo 9. *cenſuit, optimum quemque infracto animo vim fortunæ, & incurſus calamitatum potius ferre, & niſi cum dies promiſſus*

VINNIUS.

(*b*) Stoici & quidam alii putaverunt licitum eſſe ſemet ipſum interficere; fugamque ſervitutis, morbi, doloris, imo & ſpem gloriæ pro juſta cauſa mortis voluntariæ admiſerunt. At contra Platonici recte ſenſerunt, αὐτοχειρίαν rem eſſe illicitam, animumque retinendum in cuſtodia corporis, nec injuſſu ejus, à quo ille nobis eſt datus, ex hac vita demigrandum; vitam cuique à natura datam non ad eam perdendam, ſed cuſtodiendam: quam in rem multa videre eſt apud Plotinum, Olympiodorum, & Macrobium in ſomnium Scipionis. præclare Auguſtinus *lib. 1. de civ. Dei. c. 17. & aliquot ſeqq.* Hebræi corpora eorum, qui ſibi mortem conſciverant, ſepultura prohibebant, teſte Ioſepho *lib. 3. de bell. jud. c. 25.* & paſſim receptum fuiſſe refert *Ariſtot. 5. Nicom.* 10. ut ignominia aliqua afficerentur, qui ſibi manus intulerant. Nonnulli tamen de lege ſe non interficiendi cauſas quaſdam excipiunt, veluti ſi quis videat ſe deinceps victurum eſſe in opprobium ipſius Dei, quo colore à quibuſdam, excuſatur factum Sampſonis; aut ſi quis vereatur, ne tormentis adactus religionem Chriſtianam ejuret; aut virgo, ne amittat pudicitiam. vide de hac re copioſe diſſerentem Auguſtinum *d. c.17. & 10. ſeqq.* add. Iac. Mæſtertium *lib. 2. de juſt. leg. Rom. c. 61.* & ibi citatos.

(*a*) Quod

miſſus advenerit, neminem injuſſu Dei mortem ſibi conſciſcere, aut ante tempus fato fungi oportere unquam manificentius præclariuſque videri. Plane culpa omnino non carebunt vectores, ſi cum in illorum eſſet poteſtate, præcipitantem ſe non cohibuerunt. ca. dilic. de ſenten. excomm. & vide Dein. & addit. ad eum in cap. non eſt ſine culpa, de reg. ju. *Etenim ex geſtu corporis haud difficulter animi dolor cognoſci poteſt.* l. ob quæ vitia. inf. de ædilit. edic. Iaſon. in l. furioſum nu. 4. C. qui teſtamen. fac. poſſunt. *At ſi prohibere non potuerint, ſine culpa puniri non debent.* d. cap, ſine culpa. *Bartholus ſane, homo alioquin æquus & pius quantum intelligo, non admodum mea ſententia probabiliter alio loco in* l. 1. §. ſed in eo. inf. de SC. Sylla. *contrarium ſuſtinuit, ut* 3
ejus idcirco animam infernalibus cruciatibus diſtringi, temerarie à Baldo reſponſum ſit. Ego profecto, & ſi Bartholum erraſſe donemus: majorem tamen in Baldo modeſtiam requiro.

Si quis ex vectoribus ſolvendo non ſit, hoc detrimentum magiſtri navis non erit. Nec enim fortunas cujuſque nauta excutere debet.

SVMMÆ RERVM.

1 *Merces pro naulo obligatæ.*
2 *Vectores ſi ſolvendo non ſint, cujus periculo hoc fiat.*
3 *Accurſius recte à Fulgoſio reprehenſus.*

Solvendo non ſint. *Accurſius exiſtimat non ſolvendo eſſe vectores, ſi merces eorum pignoris vinculo alicui obligatæ ſint. Quæ ſententia hoc loco recipi non*

debet. Sint equidem alicui pignoris jure merces debitæ,
quæ in navem invectæ ſunt, an ne tamen hi potiores in jure
ſunt, qui rerum ſuarum ob communem utilitatem di-
a *ſpendium fecerunt? Sane illud controverſum eſſe non de-*
1 *bet, magiſtro & pro naulo, & pro contributione merces*
omnino, etiam prælationis jure, obligatas videri. Bal. in
l. certi juris. in 4. quæſt. C. locati. verſi. quid. ergo.
quod notatu dignum eſſe exiſtimo. Etenim iniquum eſſet,
præferri his, quorum jactu merces ſalvatæ ſunt, eos,
quorum, extincta mari re, jus omnino ſublatum eſſet.
Quæ

VINNIUS.

(*a*) Quod hic pro certo & explorato habet Peckius, pro naulo & pro contributione merces in navem illatas tacite pignoris jure magiſtro teneri, & huic pignori adjunctum eſſe jus prælationis, non uſque adeo certum eſt, imo nuſquam expreſſe traditum, cum tamen omnes taciti hypothecæ per leges conſtitutæ ſint. Communi tamen ſuffragatione id receptum eſt. *Bart. & DD. poſt Gloſſ in l. 5. & 6. inf. qui pot. in pign. Bald. in l. 5. C. de locat. in quæſt. 4. Neguſ. de pign. memb. 4. part. 2. n. 140. Stracch. tract. de navib. p. 3. n. 29.* Illud certum eſt, magiſtrum pro naulo & contributione retentionem quaſi jure pignoris habere; *l. in fin. ſup. ad exhib. Conſol. del mare. c. come la roba puo eſſer ritenuta. & c. 272.* ſicut emptor rei venditæ, donec pretium ſolvatur. *l. 13. §. offerri. inf. de act. empt.* & commodatarius ob impenſas in rem commodatam factas. *l. 15. §. ult. inf. de furt.* item in ἀντιχρήσει, id eſt, contrario mutuo, creditor; cui etſi conceſſum eſt retinere fundi ἀντιχρηστοῦντος poſſeſſionem pignoris loco, donec illi pecunia ſolvatur: attamen jus pignoris eum non habere evincitur ex eo, quod amiſſa ἀντιχρήσεως poſſeſſione, ad eam repetendam hypothecaria agere nequit, ſed tantum actione in factum. *l. 11. §. 1. inf. de pignor.* de quo erudite *Salmaſ. lib. de mod. uſur. c. 14.* Cæterum nec impeditur contributio, quod merces ſalvæ alicui ſint pignori obligatæ: nam etſi alienæ impoſitæ eſſent, tamen nihilomagis dominus earum à contributione immunis foret. Iunge *lit. B. ſeq.*

(*b*) Eis

Quæ deciſio, ne ad opinionum myriades deveniamus, ubi b
res clara eſt, expreſſo Vlpiani reſponſo comprobatur.

l. in-

VINNIUS.

(*b*) Eis, qui in reſtitutionem ædificiorum pecuniam crediderunt, Divus Marcus in ea pecunia privilegium exigendi dedit. *l. ſi ventri. 24. §. 1. inf. de reb. auct. jud. poſſ. l. creditores. 25. ſup. de reb. cred.* Senatuſconſulto adjecta eſt & hypotheca, *l. 1. inf. in quib. ca. pign. tacit.* Hoc jus Accurſius & plerique omnes eum ſecuti ad eos etiam pertinere putant, qui in navem extruendam vel reficiendam inſtruendamve pecunias crediderunt. *Neguſ. de pign. memb. 4. part. 2. Gail. 2. obſ. 12. n. 4.* & pro certo ponit *Covar. 1. var. reſol. 7. n. 3.* Et quidem his etiam datum eſt privilegium exigendi, ut ſcilicet aliis creditoribus chirographariis, tale privilegium non habentibus, præferantur. *l. qui in navem. 26. l. quod quis. 34. inf. de reb. auct. jud.* ſed ex eo non recte inferas pignoris quoque jus iis datum eſſe. Nam & ei, qui in rem aliquam emendam pecuniam credidit, idem privilegium datum eſt. *dd. ll.* qui tamen hypothecam non habet, niſi expreſſe eam pactus ſit. *l. 7. C. qui pot. in pign. l. quamvis. 17. C. de pign. Nov. 136. c. 3.* & hoc etiam plerique fatentur. *Neguſ. d. memb. 4. n. 163. Covar. d. reſol. 7. n. 3.* quanquam diſſentit *Gail. ubi ſupra n. 3.* & nonnulli alii, quos citat *Covar. d. loc.* Sed neque eadem ratio eſt ædificii & navis, ut ſine expreſſo textu, quod in una cauſa placuit, ad aliam extendi non debeat. Etenim in ædificiis tuendis ſartiſque & tectis habendis verſatur dignitas, ſplendor & ornamentum urbis *l. 2. C. de ædif. priv.* atque ob hanc cauſam & alia quædam pro tuitione ædium ſpecialiter cauta, veluti ne tignum alienis ædibus junctum eximatur, eave, quæ ædium ſunt, legare liceat. *l. 1. inf. de tign. junct. l. cætera. 41. §. 1. & ſeqq. l. 43. de legat. 1.* quorum nihil ſimile in navi. Adducit Peckius pro firmanda comuni opinione notiſſimos & à cæteris quoque citatos textus in *l. 5. & l. 6. inf. qui pot. in pign.* quo tamen loco palam eſt non tractari, quomodo navis obligetur pignori, ſed quæri quis potior ſit ex iis, quibus obligata eſt diverſis temporibus. Reſpondet Ulpianus eum potiorem eſſe, qui in navem armandam, reficiendamve credidit; nempe cum huic quoque eſſet obligata, quod fit aperta conventione. Et cum hac ſuppoſitione etiam intelligenda & explicanda ſunt

quæ

l. interdum. cum. l. ſequen. inf. qui potior. in pign.

2 *Alii itaque exiſtimant aliam hujus rei expoſitionem accipiendam eſſe, eoſque non ſolvendo hoc loco dicendos, qui alienas res, & furto ſublatas, quaſque dominus omni jure repetere poteſt, in navem intulere.* l. Incivilem. C. de furt. *Cum enim is domini conditionem deteriorem facere non*

VINNIVS.

quæ de credito in merces obligatas vel ut ſalvæ ſint, vel ut naulum ſolvatur &c. ſequuntur in §. 1. & 2. *d. l.* 6. Itaque ratio illa, quæ in *pr. d. l.* 6. ponitur, *Hujus enim pecunia ſalvam fecit totius pignoris cauſam*, non concludit pro pignore, ſed pro jure prælationis ex hypotheſi pignoris conventione conſtituti. Sic quoque Iuſtinianus *Nov.* 97. *c.* 3. non definit quinam hypothecam vel tacitam vel expreſſam habeant, ſed occaſione hypothecæ lege vel conventione alicui conſtitutæ tractat de jure prælationis: cujus rei certiſſimum argumentum eſt, quod Iuſtinianus nominatim etiam eum in numero creditorum hypothecariorum recenſet, qui pecuniam in rem aliquam emendam credidit: quem tamen conſtat pecuniæ numerationem in cauſam pignoris non deducere, niſi expreſſim ſibi de hypotheca proſpiciat. *l. quamvis.* 16. *C. de pign.* quod ſi fecerit, etiam prælationis jus habet. *l. 7. C. qui pot. in pign. Nov.* 136. *c.* 3. *Don. c.* 4. *de pign. Vanderan. de priv. cred. c.* 8. *Bachov.* 1. *de pign. c.* 12. Diſſimilis quoque cauſa eſt domus conductæ & navis, ratione illatorum. Illata in domum tacite pro mercede ſunt pignori locatori, non utique omnia, ſed quæ illata ſunt, ut ibi maneant. *l.* 4. *l.* 7. §. 1. *inf. in quib. ca. pign. tac.* Navem autem non conducimus ut res ullæ illatæ in ea maneant, ſed ut alio tranſportentur; aut res noſtras nautæ locamus alio vehendas. Denique ſufficit magiſtro, quod merces illatas veluti jure pignoris pro naulo retinere poſſit: locator vero ædium, retinere nequit, quod eſt apud inquilinum. Jus autem retentionis proprie pignus non eſt *l. ſi in arca.* 33. *in fin ſup. de cond. indeb. l. heres.* 21. *inf. ad Se. Trebell.* ſed aliquid pignori ſimile & quaſi pignus. *l.* 13. §. *offerri.* 8. *inf. de act. empt. l.* 11. §. 1. *inf. de pign.* & de tali jure accipienda l. 5. *in fin. pr. ſup. ad exhib. ubi Faber in ration.*

(c) Cum

*non poſſit : videbatur quoque & contributionis gravami-
ne minime dominum obligari. Cæterum deciſio hæc omni-
no apud me expedita non eſt, quod & hoc quoque caſu do-
mini res, quantumvis furto ſublatæ, conſervatæ ſint.*
l. ſervus cujuſdam. ſup de cond. indeb. *Quid enim ſi
periiſſent? Videtur itaque ſub correctione mihi, ad eum
caſum Iulii Pauli reſponſum referendum eſſe, quo aliqui
mera paupertate depreſſi conferre non poſſint. Quid enim
ſi merces, præter quas nihil bonorum habet vector, furto
ei poſtmodum ablatæ ſint? Quod & Salicetus ſenſiſſe vi-
detur. Quid item ſi incendio abſumantur? Quid ſi in
hoſtium poteſtatem navem egreſſus inciderit? His ca-
ſibus, magiſtri detrimentum non erit. An ne igitur il-
lius ſolum qui jactum fecit? Exiſtimat Fulgoſius mi-
nime hoc admittendum eſſe. Etenim (inquit) ſi illud
fatendum ſit: quis jactum faciet? Tutius igitur contra* 3
Accurſium cum Fulgoſio dicendum videtur, commune c
*aliis omnibus detrimentum eſſe, ut & magiſter quoque
cæteris vectoribus annumeretur. An ne enim iniquum
eſt, eum qui ob communem utilitatem jactum fecit,
cæteris qui merces ſuas ſalvas habent, deteriorem
conditionem accipere? Sane ſecundum rationem admit-
ti non poteſt, eos quorum merces conſervatæ ſunt, im-
munes eſſe, eum vero qui jactum fecit, alterius pau-
perta-*

VINNIUS.

(*c*) Cum ait Vlpianus, id detrimentum magiſtri navis non eſſe, ſi quis ex vectoribus ſolvendo non ſit, non hoc ſignificat, nullam hujus damni partem magiſtrum ſequi, ſed non ſequi totum; non ad ſolum magiſtrum hoc detrimentum pertinere, ſed eſſe commune omnium, qui in nave fuerunt & ex lege Rhodia ad contributionem vocantur. Excuſatur igitur magiſter à toto, non à tanto, propterea quod fortunas & facultates cujuſque vectorum, plerumque ignotorum & è longinquo venientium excutere nec debet nec poteſt.

(*d*) Culpæ

pertatem ſuſtinere cogendum, mandatoque quaſi tacito ejeciſſe videtur, atque idcirco beneficium ſibi damnoſum eſſe non debet. Porro quod magiſtri detrimentum non ſit, tunc verum non eſt, cum ei culpæ aliquid imputari poteſt, Odofredus hic. *quod ad judicis arbitrium referri*
d *debet. Quid enim ſi in conveniendo vectores negligens ſit?* Bal. hic.

Si res quæ jactæ ſunt, apparuerint, exoneratur collatio. Quod ſi jam contributio facta ſit, tunc ij, qui ſolverunt, agent ex locato cum magiſtro, ut is ex conducto experiatur, & quod exegerit, reddat. Res autem jacta domini manet, nec fit apprehendentis: quia pro derelicto non habetur.

SVM-

VINNIUS.

(*d*) Culpæ magiſtri adſcribitur, ſi navem plus æquo oneraverit, aut perperam poſitis mercibus in foris aut acatio, *op den overloop off inde boot.* & ideo ſi ob hanc cauſam jactum fieri neceſſe fuerit, aut armamenta cædi, id detrimentum non ſarcitur communi contributione mercium, ſed ad ſolum magiſtrum, exercitorem, & navem pertinet. *art.8.d.tit. van ſchip-breeck. &c. Grot.3.introd.29.fac.l. ſi ſervus. 27.§. & ſimulum.23. ſup. ad leg. Aquil. l. qui inſulam. 30.§. mulas. inf. locat. Stracch. tract. de naut. nav. & navig. part.3. n.13.* In culpa quoque magiſter eſt, ſi ubi neceſſitas id exigit, aut fert conſuetudo, non adhibuit peritum loci nautam, *een lootſman off pilote*, cujus ductu evitatis brevibus aut ſaxis latentibus navis in portum agatur. Quod ſi neglexerit, ſingulis vicibus mulctatur quinquaginta aureis Realiis; & præterea ſi quid damni ob hanc cauſam mercatores ſenſerint, id omne ſarcire tenetur. *art.9.d.cap. van ſchip-breeck. Zeewerp. &c.* Plura hujus generis occurrunt paſſim in legibus nauticis Rhodienſium, Wiſbuicenſium, aliorumque populorum. adde *Stracch. ubi ſupra per tot. Tholoſan. lib. 29. ſyntagm. c.11.*

(*a*) Poſt

SVMMÆ RERVM.

1 *Invitus an & quando quis agere cogatur.*
2 *Socius rixoſus quomodo expellatur.*
3 *Nequitia nautarum.*
4 *Temeritas non admittenda.*
5 *Infirmo invito medicus adhibendus.*
6 *Malo per tempeſtatem in mare dejecto an contributio procedat.*

R*ecte ait Paulus exonerari collationem, quaſi dicat, omnino non tollitur, habenda eſt enim deteriorationis ratio.* l. navis. §. cum autem. inf. eo. *ſed exoneratur, id eſt, diminuitur, & levior eſt. Sed cur exoneratur? Vtique ne & rem habeat, & alieno detrimento pretium conſequatur.* arg. l. eleganter. §. ſi quis. in fi. de condic. ind. ſup.

Vt is ex conducto. *Quamvis igitur Dioclet. Antoninique Divorum Roman. Principum conſtitutione deciſum ſit,* C. ut nemo invit. agere. l. unic. l. fi. C. de uſur. pupill. *quod invitus nemo agere cogatur: illud tamen tunc verum non eſt, quando non pro ſe, ſed ad alterius commodum actio exquiritur, quod rationem habet, ne in poteſtate ſit magiſtri, jure ſuo cæteros privare. Ad agendum igitur nemo præciſe, ſed cauſative ſolum jure compelli poteſt.* Salic. Ful. & alii in d. l. unica. *Qua ratione, ſi in navi hoſpitiove rixoſus ſocius & quo cum quiete vivere non licet, receptus ſit: communi ſententia recipitur, contra magiſtrum hoſpitemve actionem dari, ut is cum rixoſo homine ex locato litem inſtituat, ut vel ſoluta penſione recedat, aut alios turbare deſinat.* Alberic. & alii in l. 1. ſup. eod. *Porro ſi abſens ſit magiſter, aut ſi periculum ſit in mora, aut ſi ſolvendo non fuerit:* 1 2

relicto

ſi nulla neceſſitate arborem detritam fortaſſis ſoricibus
commeſtam, ut novam conſequatur, deiiciat? Sed quid ſi
conſentire nolint vectores, obſtantene prohibitione, & de-
jectis funibus, maloque ad thecam, cui inſeritur, una cum
4 *antennis in mare devoluto, contributio procedet? Nonne*
obligatio conſenſum requirit? Procedet utique, & vecto-
rum temeritas recipienda non eſt. Vt enim cuilibet licitum
eſt pro damnato etiam invito appellare, ita & in cauſa
neceſſitatis iſtorum ſalutem quærere. Hinc Vlpianus
l. non tantum. inf. de appellat. Quid ergo ſi reſiſtat
qui damnatus eſt adverſus provocationem, nec velit
admitti ejus appellationem perire feſtinans? Adhuc
puto differendum ſupplicium. *Sed & Auguſtini ad*
Bonifacium teſtimonium adducere libet. Si (*inquit*)
cap.

VINNIVS.

aut cæſa ſint armamenta, æquitas contributionis locum habet, *d. l. 2. §. 1. ſup. l. amiſſa. §. 1. inf. eod. ſynopſ. Baſil. lib. 53. tit. 3. c. 12.* τοῦ ἱστοῦ τμηθέντος διὰ τὴν σωτηρίαν τοῦ πλοίου καὶ τῶν φορτίων, ἡ συνεισφορὰ γίνεται. Partem utramque hujus diſtinctionis breviter ſic exprimit Paulus *lib. 2. ſent. 7. Nave vel arbore vi tempeſtatis amiſſa, vectores ad contributionem non tenentur, niſi ipſis arborem ſalutis cauſa eruentibus navis ſalva ſit.* Iuan de Hevia Bolano *2. p. Cur. Filip. lib. 3. c. 13. n. 10.* paulo explicatius ſic: *Si por evitar peligro de tormenta, los que tienen à cargo la nave, cortaren o derribaren el maſtil ò entena con la vela, y cayere en la mar, y ſe perdiere, ſe ha de pagar pro rata entre la nave, y la hazienda que en ella va. Mas ſi eſto ſuccediere fuerca de viento, ò rayo del cielo. ò por otra occaſion fortuyta, en que el ſe cayere ò derribare, lo contrario ſe ha de dezir, como ſe dize en el derecho civil, y Real.* Id eſt, *Si ad evitandum periculum tempeſtatis navarchi arborem navis antennamve cum velis cæciderint aut dejecerint, eaque in mare delapſa ibi perierint, hoc damnum pro rata ſarciri debet contributione navis & mercium impoſitarum. At ſi iſtud evenerit violentia venti aut ictu fulminis aut quo alio caſu fortuito contrarium ſtatuendum erit, ſecundum jus civile & regium.*

(*b*) Ap-

cap. ipſa pietas. 23. q. 5. duo aliqui in una domo habitarent, quam certiſſime ſciremus ruituram, nobiſqne id prænunciantibus nollent credere, atque in eadem manere perſiſterent, ſi eos inde poſſemus extrahere vel invitos, quibus imminentem illam ruinam prædemonſtravimus, ut ulterius ſub ejus periculum non accederent, puto niſi faceremus, non immerito crudeles judicaremur. *His adde communi deciſione receptum eſſe, infirmo invito Medicos adhiberi poſſe. Di-* 5
cet aliquis, ſed an contributio procedet? Pro invito quidem ſolvere quis poteſt, l. ſolvendo. ſup. de negot. geſt. *ſed actionem contra debitorem intentare non poteſt*. l. fi. C. eod. tit. *Sane cum interſit magiſtri, navem merceſque ſalvari: contributionem procedere exiſtimo. Nam & in creditore ſecundo omnino conſtitutum eſt, ut priori creditori pro invito debitore ſolvendo pignus ſibi quoque conſtitutum auferre & contra debitorem actionem intendere poſſit.* l. 1. & 2. inf. de diſtrac. pignor. *Eaita-* b
que ratione huic quaeſtioni, quam ab alio examinatam non vidi, reſponderi poſſe exiſtimavero. Sed quid ſi ipſa tempeſtate & non adhibita ſerra in mare devolvantur? Iulianus l. navis. inf. eo. *ait, conferendum non eſſe; & idem in nauta dicendum eſt, quod ſuperius à Paulo in fabro conſtitutum vidimus.*

LEX

VINNIUS.

(*b*) Apparet Peckium non vidiſſe leges nauticas quibus expreſſe cautum eſt, quid circa caſum hîc propoſitum magiſtro liceat, & quibus obſervatis etiam repugnantibus vectoribus jacturam mercium facere armamentave cædere aut dejicere communis periculi vitandi cauſa poſſit, ut nihilominus contributioni locus ſit. de quibus nos *ſup. ad pr. l. 2.*

debet. Sint equidem alicui pignoris jure merces debitæ, quæ in navem invectæ ſunt, an ne tamen hi potiores in jure ſunt, qui rerum ſuarum ob communem utilitatem di-
a *ſpendium fecerunt? Sane illud controverſum eſſe non de-*
1 *bet, magiſtro & pro naulo, & pro contributione merces omnino, etiam prælationis jure, obligatas videri.* Bal. in l. certi juris. in 4. quæſt. C. locati. verſi. quid. ergo. *quod notatu dignum eſſe exiſtimo. Etenim iniquum eſſet, præferri his, quorum jactu merces ſalvatæ ſunt, eos, quorum, extincta mari re, jus omnino ſublatum eſſet. Quæ*

V I N N I V S.

(*a*) Quod hic pro certo & explorato habet Peckius, pro naulo & pro contributione merces in navem illatas tacite pignoris jure magiſtro teneri, & huic pignori adjunctum eſſe jus prælationis, non uſque adeo certum eſt, imo nuſquam expreſſe traditum, cum tamen omnes tacitæ hypothecæ per leges conſtitutæ ſint. Communi tamen ſuffragatione id receptum eſt. *Bart. & DD. poſt Gloſſ in l. 5. & 6. inf. qui pot. in pign. Bald. in l. 5. C. de locat. in quæſt. 4. Neguſ. de pign. memb. 4. part. 2. n. 140. Stracch. tract. de navib. p. 3. n. 29.* Illud certum eſt, magiſtrum pro naulo & contributione retentionem quaſi jure pignoris habere; *l. in fin. ſup. ad exhib. Conſol. del mare. c. come la roba puo eſſer ritenuta. & c. 272.* ſicut emptor rei venditæ, donec pretium ſolvatur. *l. 13. §. offerri. inf. de act. empt.* & commodatarius ob impenſas in rem commodatam factas. *l. 15. §. ult. inf. de furt.* item in ἀντιχρήσει, id eſt, contrario mutuo, creditor; cui etſi conceſſum eſt retinere fundi ἀντιχρηθέντος poſſeſſionem pignoris loco, donec illi pecunia ſolvatur: attamen jus pignoris eum non habere evincitur ex eo, quod amiſſa ἀντιχρήσεως poſſeſſione, ad eam repetendam hypothecaria agere nequit, ſed tantum actione in factum *l. 11. §. 1. inf. de pignor.* de quo erudite *Salmaſ. lib. de mod. uſur. c. 14.* Cæterum nec impeditur contributio, quod merces ſalvæ alicui ſint pignori obligatæ: nam etſi alienæ impoſitæ eſſent, tamen nihilomagis dominus earum à contributione immunis foret. Iunge *lit. B. ſeq.*

(*b*) Eis

Quæ deciſio, ne ad opinionum myriades deveniamus, ubi b *res clara eſt, expreſſo Vlpiani reſponſo comprobatur.*

l. in-

VINNIVS.

(*b*) Eis, qui in reſtitutionem ædificiorum pecuniam credide-runt, Divus Marcus in ea pecunia privilegium exigendi dedit. *l. ſi ventri.* 24. §. 1. *inf. de reb. auct. jud. poſſ. l. creditores.* 25. *ſup. de reb. cred.* Senatuſconſulto adjecta eſt & hypotheca, *l.* 1. *inf. in quib. ca. pign. tacit.* Hoc jus Accurſius & plerique omnes eum ſecuti ad eos etiam pertinere putant, qui in navem extruendam vel reficiendam inſtruendamve pecunias credide-runt. *Neguſ. de pign. memb.* 4. *part.* 2. *Gail.* 2. *obſ.* 12. *n.* 4. & pro certo ponit *Covar.* 1. *var. reſol.* 7. *n.* 3. Et quidem his etiam datum eſt privilegium exigendi, ut ſcilicet aliis creditoribus chirographariis, tale privilegium non habentibus, præferantur. *l. qui in navem.* 26. *l. quod quis.* 34. *inf. de reb. auct. jud.* ſed ex eo non recte inferas pignoris quoque jus iis datum eſſe. Nam & ei, qui in rem aliquam emendam pecuniam credidit, idem privilegium datum eſt. *dd. ll.* qui tamen hypothecam non habet, niſi expreſſe eam pactus ſit. *l.* 7. *C. qui pot. in pign. l. quamvis.* 17. *C. de pign. Nov.* 136. *c.* 3. & hoc etiam plerique fatentur. *Neguſ. d. memb.* 4. *n.* 163. *Covar. d. reſol.* 7. *n.* 3. quanquam diſſentit *Gail. ubi ſupra n.* 3. & nonnulli alii, quos citat *Covar. d. loc.* Sed neque eadem ratio eſt ædificii & navis, ut ſine expreſſo textu, quod in una cauſa placuit, ad aliam extendi non debeat. Etenim in ædificiis tuendis ſartiſque & tectis habendis verſatur dignitas, ſplendor & ornamentum urbis *l.* 2. *C. de ædif. priv.* atque ob hanc cauſam & alia quædam pro tuitione ædium ſpecialiter cauta, veluti ne tignum alienis ædibus junctum eximatur, eave, quæ ædium ſunt, legare liceat. *l.* 1. *inf. de tign. junct. l. cætera.* 41. §. 1. *& ſeqq. l.* 43. *de legat.* 1. quorum nihil ſimile in navi. Adducit Peckius pro firmanda comuni opinione notiſſimos & à cæteris quoque citatos textus in *l.* 5. *& l.* 6. *inf. qui pot. in pign.* quo tamen loco palam eſt non tractari, quomodo navis obligetur pignori, ſed quæri quis potior ſit ex iis, quibus obligata eſt diverſis temporibus. Reſpondet Ulpianus eum potiorem eſſe, qui in navem armandam, reficiendamve credidit; nempe cum huic quoque eſſet obligata, quod fit aperta conventione. Et cum hac ſuppoſitione etiam intelligenda & explicanda ſunt

l. interdum. cum. l. ſequen. inf. qui potior. in pign.
2 *Alii itaque exiſtimant aliam hujus rei expoſitionem accipiendam eſse, eoſque non ſolvendo hoc loco dicendos, qui alienas res, & furto ſublatas, quaſque dominus omni jure repetere poteſt, in navem intulere.* l. Incivilem. C. de furt. *Cum enim is domini conditionem deteriorem facere non*

VINNIVS.

quæ de credito in merces obligatas vel ut ſalvæ ſint, vel ut naulum ſolvatur &c. ſequuntur in §. 1. & 2. *d. l.* 6. Itaque ratio illa, quæ in *pr. d. l.* 6. ponitur, *Hujus enim pecunia ſalvam fecit totius pignoris cauſam*, non concludit pro pignore, ſed pro jure prælationis ex hypotheſi pignoris conventione conſtituti. Sic quoque Iuſtinianus *Nov.* 97. *c.* 3. non definit quinam hypothecam vel tacitam vel expreſſam habeant, ſed occaſione hypothecæ lege vel conventione alicui conſtitutæ tractat de jure prælationis: cujus rei certiſſimum argumentum eſt, quod Iuſtinianus nominatim etiam eum in numero creditorum hypothecariorum recenſet, qui pecuniam in rem aliquam emendam credidit: quem tamen conſtat pecuniæ numerationem in cauſam pignoris non deducere, niſi expreſſim ſibi de hypotheca proſpiciat. *l. quamvis.* 16. *C. de pign.* quod ſi fecerit, etiam prælationis jus habet. *l.* 7. *C. qui pot. in pign. Nov.* 136. *c.* 3. *Don. c.* 4. *de pign. Vanderan. de priv. cred. c.* 8. *Bachov.* 1. *de pign. c.* 12. Diſſimilis quoque cauſa eſt domus conductæ & navis, ratione illatorum. Illata in domum tacite pro mercede ſunt pignori locatori, non utique omnia, ſed quæ illata ſunt, ut ibi maneant. *l.* 4. *l.* 7. §. 1. *inf. in quib. ca. pign. tac.* Navem autem non conducimus ut res ullæ illatæ in ea maneant, ſed ut alio tranſportentur; aut res noſtras nautæ locamus alio vehendas. Denique ſufficit magiſtro, quod merces illatas veluti jure pignoris pro naulo retinere poſſit: locator vero ædium, retinere nequit, quod eſt apud inquilinum. Jus autem retentionis proprie pignus non eſt *l. ſi in arca.* 33. *in fin ſup. de cond. indeb. l. heres.* 21. *inf. ad Se. Trebell.* ſed aliquid pignori ſimile & quaſi pignus. *l.* 13. §. *offerri.* 8. *inf. de act. empt. l.* 11. §. 1. *inf. de pign.* & de tali jure accipienda l. 5. *in fin. pr. ſup. ad exhib. ubi Faber in ration.*

(*c*) Cum

non poſſit: videbatur quoque & contributionis gravamine minime dominum obligari. Cæterum deciſio hæc omnino apud me expedita non eſt, quod & hoc quoque caſu domini res, quantumvis furto ſublatæ, conſervatæ ſint. l. ſervus cujuſdam. ſup. de cond. indeb. *Quid enim ſi periiſſent? Videtur itaque ſub correctione mihi, ad eum caſum Iulii Pauli reſponſum referendum eſſe, quo aliqui mera paupertate depreſſi conferre non poſſint. Quid enim ſi merces, præter quas nihil bonorum habet vector, furto ei poſtmodum ablatæ ſint? Quod & Salicetus ſenſiſſe videtur. Quid item ſi incendio abſumamur? Quid ſi in hoſtium poteſtatem navem egreſſus inciderit? His caſibus, magiſtri detrimentum non erit. An ne igitur illius ſolum qui jactum fecit? Exiſtimat Fulgoſius minime hoc admittendum eſse. Etenim (inquit) ſi illud fatendum ſit: quis jactum faciet? Tutius igitur contra* 3 *Accurſium cum Fulgoſio dicendum videtur, commune* c *aliis omnibus detrimentum eſse, ut & magiſter quoque cæteris vectoribus annumeretur. An ne enim iniquum eſt, eum qui ob communem utilitatem jactum fecit, cæteris qui merces ſuas ſalvas habent, deteriorem conditionem accipere? Sane ſecundum rationem admitti non poteſt, eos quorum merces conſervatæ ſunt, immunes eſſe, eum vero qui jactum fecit, alterius paupertа-*

VINNIUS.

(*c*) Cum ait Vlpianus, id detrimentum magiſtri navis non eſſe, ſi quis ex vectoribus ſolvendo non ſit, non hoc ſignificat, nullam hujus damni partem magiſtrum ſequi, ſed non ſequi totum; non ad ſolum magiſtrum hoc detrimentum pertinere, ſed eſſe commune omnium, qui in nave fuerunt & ex lege Rhodia ad contributionem vocantur. Excuſatur igitur magiſter à toto, non à tanto, propterea quod fortunas & facultates cujuſque vectorum, plerumque ignotorum & è longinquo venientium excutere nec debet nec poteſt.

(*d*) Culpæ

pertatem ſuſtinere cogendum, mandatoque quaſi tacito ejeciſſe videtur, atque idcirco beneficium ſibi damnoſum eſſe non debet. Porro quod magiſtri detrimentum non ſit, tunc verum non eſt, cum ei culpæ aliquid imputari poteſt, Odofredus hic. *quod ad judicis arbitrium referri* d *debet. Quid enim ſi in conveniendo vectores negligens ſit?* Bal. hic.

Si res quæ jactæ ſunt, apparuerint, exoneratur collatio. Quod ſi jam contributio facta ſit, tunc ij, qui ſolverunt, agent ex locato cum magiſtro, ut is ex conducto experiatur, & quod exegerit, reddat. Res autem jacta domini manet, nec fit apprehendentis: quia pro derelicto non habetur. *SVM-*

VINNIVS.

(*d*) Culpæ magiſtri adſcribitur, ſi navem plus æquo oneraverit, aut perperam poſitis mercibus in foris aut acatio, *op den overloop off inde boot.* & ideo ſi ob hanc cauſam jactum fieri neceſſe fuerit, aut armamenta cædi, id detrimentum non ſarcitur communi contributione mercium, ſed ad ſolum magiſtrum, exercitorem, & navem pertinet. *art.8.d.tit.van ſchip-breeck.&c. Grot.3.introd.29.fac.l.ſi ſervus.27.§.& ſimulum.23.ſup.ad leg.Aquil. l.qui inſulam.30.§.mulas.inf.locat. Stracch. tract. de naut.nav.& navig.part.3.n.13.* In culpa quoque magiſter eſt, ſi ubi neceſſitas id exigit, aut fert conſuetudo, non adhibuit peritum loci nautam, *een lootſman off pilote*, cujus ductu evitatis brevibus aut ſaxis latentibus navis in portum agatur. Quod ſi neglexerit, ſingulis vicibus mulctatur quinquaginta aureis Realiis; & præterea ſi quid damni ob hanc cauſam mercatores ſenſerint, id omne ſarcire tenetur. *art.9.d.cap.van ſchip-breeck.Zeewerp.&c.* Plura hujus generis occurrunt paſſim in legibus nauticis Rhodienſium, Wiſbuicenſium, aliorumque populorum. adde *Stracch. ubi ſupra per tot. Tholoſan.lib.29.ſyntagm.c.11.*

(*a*) Poſt

SVMMÆ RERVM.

1 *Invitus an & quando quis agere cogatur.*
2 *Socius rixoſus quomodo expellatur.*
3 *Nequitia nautarum.*
4 *Temeritas non admittenda.*
5 *Infirmo invito medicus adhibendus.*
6 *Malo per tempeſtatem in mare dejecto an contributio procedat.*

R*ecte ait Paulus exonerari collationem, quaſi dicat, omnino non tollitur, habenda eſt enim deteriorationis ratio.* l. navis. §. cum autem. inf. eo. *ſed exoneratur, id eſt, diminuitur, & levior eſt. Sed cur exoneratur? Vtique ne & rem habeat, & alieno detrimento pretium conſequatur.* arg. l. eleganter. §. ſi quis. in fi. de condic. ind. ſup.

Vt is ex conducto. *Quamvis igitur Dioclet. Antoninique Divorum Roman. Principum conſtitutione deciſum ſit,* C. ut nemo invit. agere. l. unic. l. fi. C. de uſur. pupill. *quod invitus nemo agere cogatur: illud ta-* 1
men tunc verum non eſt, quando non pro ſe, ſed ad alterius commodum actio exquiritur, quod rationem habet, ne in poteſtate ſit magiſtri, jure ſuo cæteros privare. Ad agendum igitur nemo præciſe, ſed cauſative ſolum jure compelli poteſt. Salic. Ful. & alii in d. l. unica. *Qua* 2
ratione, ſi in navi hoſpitiove rixoſus ſocius & quo cum quiete vivere non licet, receptus ſit: communi ſententia recipitur, contra magiſtrum hoſpitemve actionem dari, ut is cum rixoſo homine ex locato litem inſtituat, ut vel ſoluta penſione recedat, aut alios turbare deſinat. Alberic. & alii in l. 1. ſup. eod. *Porro ſi abſens ſit magiſter, aut ſi periculum ſit in mora, aut ſi ſolvendo non fuerit:*

relicto

a *relicto maſtro, ſicum ipſis vectoribus judicium recte ſuſcipitur*. l. manifeſtiſſimi. §. 1. & ibi. Doc. C. de furt. *Cæterum ſi exactis debitoribus recuperaverit quod collatum erit, pro portionibus cuilibet reddere cogendus eſt. Sic ſi rem commodatam perdidero, &. pro ea pretium dedero, deinde res in poteſtatem tuam venit, Labeo ait, contrario judicio, aut rem te mihi præſtare debere, aut quod à me accepiſti reddere*. l. in commodato. §. fi. ſup. de commoda. *Sic, inquit Vlpianus*, l. ſi fullo. ſup. de condi. ſine cau. *ſi fullo veſtimenta lavanda conduxerit: deinde amiſſis his, domino pretium ex locato conventus præſtiterit, poſteaque dominus invenerit veſtimenta, ex conducto contra dominum actione, pretium recuperare poteſt. Planè quod hic Paulus ait, aliter locum non habet, quam ſi vere merces in mare projectas iterum dominus recuperaverit*. Fulgo. hic. Caſtren. & alii in d. l. ſi. fullo. *Nec enim apparuiſſe merces, nec quo in loco ſint noviſſe ſufficiet (multa enim interea accidere poßunt, ut dominus eas non conſequatur)* arg. §. illud. quæſitum. Inſtit. de rer. diviſio. *ſed apprehenſione opus eſt. At quid ſi per ſententiam ſolutum*

V I N N I V S.

(*a*) Poſtquam res, pro quibus jam contributio facta eſt, apparuerunt & recuperatæ ſunt, ait Iuriſconſultus eos, qui ſolverunt, ex locato agere debere cum magiſtro, ut is ex conducto experiatur cum eo, qui ſolutum accepit, ad repetendum, quod contributúm eſt, & quod exegerit, reddat. hoc autem circuitu non ideo utimur, ut magiſter inquietetur aut quo incommodo afficiatur; ſed ut ſervato juris ordine omnibus conſulatur. Denique ſi magiſter conventus malit actionem ſuam, quam habet, adverſus eum, qui ſolutionem accepit, præſtare, quam ejus exercendæ moleſtia ſumptuque ſe onerare, poteſt id facere ſecundum regulam *l. quod debetur*. 51. *in fin. inf. de pecul. l.* 16. §. *ult. ſup. de her. petit.* repete quæ *ſup. ad. pr. lit C.*

(*b*) Qui

lutum ſit? Communis eſt, quod ſine cauſa condictione ju- b
vantur. Quæ ad interpretationem §. iſtius reſtant, commodius poſtea explicabimus ad l. qui levandæ. inf. eo.

LEX III.

PAPINIANVS LIB. IX.

Reſponſorum.

Cum arbor aut aliud navis inſtrumentum, removendi communis periculi cauſa, dejectum eſt, contributio debetur.

Accurſius Papiniani reſponſum intelligendum exiſti- a
mat, ſi vel conſenſerint vectores, vel juſto metu de- 3
jecta arbor fuerit. §. ſi conſervatis, ſup. in l. 2. *Quid enim ſi nulla*

VINNIVS.

(*b*) Qui rerum ſuarum amiſſarum nomine ſolutionem per contributionis auxilium admiſit, iiſdem recuperatis recuſare non poteſt, quin id omne, quod accepit, reſtituat: quia licet ab initio debitum fuit, & quidem ab iis ipſis, qui ſolverunt, ex poſt facto tamen repertis mercibus, quæ amiſſæ credebantur, incipit fieri indebitum: ideoque & condictio ne indebiti videtur repeti poſſe, ne alioqui ex aliena jactura locupletetur is, cui non alia de cauſa ſolutum, quam ne in damno moraretur, vel utique condictione ſine cauſa, per *l.* 1. §. 2. *ſup. de condict. ſin. ca.* Hoc autem jus non mutat interveniens ſententia: nam recuperatis mercibus ceſſat ratio, ob quam ſolvendi neceſſitas à judice impoſita eſt: nec ullo colore ſolutum retineri poteſt, quod nullo jure ſolvendum fuit.

(*a*) Recte hic ſentit Accurſius. Etenim nave amiſſa, id eſt, naufragio facto, non fit contributio, neque vectores nautæ contribuunt nave vi tempeſtatis exarmata. *l.* 3. §. 1. *ſup. l. amiſſa.* 5. *pr. inf.* At ſi voluntate vectorum in ipſa trepidatione naufragii dejecta aut

ſi nulla neceſſitate arborem detritam fortaſſis ſoricibus commeſtam, ut novam conſequatur, deiiciat? Sed quid ſi conſentire nolint vectores, obſtantene prohibitione, & dejectis funibus, maloque ad thecam, cui inſeritur, una cum
4 *antennis in mare devoluto, contributio procedet? Nonne obligatio conſenſum requirit? Procedet utique, & vectorum temeritas recipienda non eſt. Vt enim cuilibet licitum eſt pro damnato etiam invito appellare, ita & in cauſa neceſſitatis iſtorum ſalutem quærere. Hinc Vlpianus* l. non tantum. inf. de appellat. Quid ergo ſi reſiſtat qui damnatus eſt adverſus provocationem, nec velit admitti ejus appellationem perire feſtinans? Adhuc puto differendum ſupplicium. *Sed & Auguſtini ad Bonifacium teſtimonium adducere libet.* Si (*inquit*) cap.

VINNIUS.

aut cæſa ſint armamenta, æquitas contributionis locum habet, *d. l. 2. §. 1. ſup. l. amiſſa. §. 1. inf. eod. ſynopſ. Baſil. lib. 53. tit. 3. c. 12.* τοῦ ἱστοῦ τμηθέντος διὰ τὴν σωτηρίαν τοῦ πλοίου καὶ τῶν φορτίων, ἡ συνεισφορὰ γίνεται. Partem utramque hujus diſtinctionis breviter ſic exprimit Paulus *lib. 2. ſent. 7. Nave vel arbore vi tempeſtatis amiſſa, vectores ad contributionem non tenentur, niſi ipſis arborem ſalutis cauſa eruentibus navis ſalva ſit.* Iuan de Hevia Bolano *2. p. Cur. Filip. lib. 3. c. 13. n. 10.* paulo explicatius ſic: *Si por evitar peligro de tormenta, los que tienen à cargo la nave, cortaren o derribaren el maſtil ò entena con la vela, y cayere en la mar, y ſe perdiere, ſe ha de pagar pro rata entre la nave, y la hazienda que en ella va. Mas ſi eſto ſuccediere fuerca de viento, ò rayo del cielo, ò por otra occaſion fortuyta, en que el ſe cayere ò derribare, lo contrario ſe ha de dezir, como ſe dize en el derecho civil, y Real.* Id eſt, *Si ad evitandum periculum tempeſtatis navarchi arborem navis antennamve cum velis cæciderint aut dejecerint, eaque in mare delapſa ibi perierint, hoc damnum pro rata ſarciri debet contributione navis & mercium impoſitarum. At ſi iſtud evenerit violentia venti aut ictu fulminis aut quo alio caſu fortuito contrarium ſtatuendum erit, ſecundum jus civile & regium.*

(*b*) Ap-

cap. ipſa pietas. 23. q. 5. duo aliqui in una domo habitarent, quam certiſſime ſciremus ruituram, nobiſqne id prænunciantibus nollent credere, atque in eadem manere perſiſterent, ſi eos inde poſſemus extrahere vel invitos, quibus imminentem illam ruinam prædemonſtravimus, ut ulterius ſub ejus periculum non accederent, puto niſi faceremus, non immerito crudeles judicaremur. *His adde communi deciſione receptum eſſe, infirmo invito Medicos adhiberi poſſe. Di-* 5
cet aliquis, ſed an contributio procedet? Pro invito quidem ſolvere quis poteſt, l. ſolvendo. ſup. de negot. geſt. *ſed actionem contra debitorem intentare non poteſt*. l. fi. C. eod. tit. *Sane cum interſit magiſtri, navem merceſque ſalvari: contributionem procedere exiſtimo. Nam & in creditore ſecundo omnino conſtitutum eſt, ut priori creditori pro invito debitore ſolvendo pignus ſibi quoque conſtitutum auferre & contra debitorem actionem intendere poſſit.* l. 1. & 2. inf. de diſtrac. pignor. *Ea itaque* b
ratione huic quæſtioni, quam ab alio examinatam non vidi, reſponderi poſſe exiſtimavero. Sed quid ſi ipſa tempeſtate & non adhibita ſerra in mare devolvantur? Iulianus l. navis. inf. eo. *ait, conferendum non eſſe; & idem in nauta dicendum eſt, quod ſuperius à Paulo in fabro conſtitutum vidimus.*

LEX

VINNIUS.

(*b*) Apparet Peckium non vidiſſe leges nauticas quibus expreſſe cautum eſt, quid circa caſum hîc propoſitum magiſtro liceat, & quibus obſervatis etiam repugnantibus vectoribus jacturam mercium facere armamentave cædere aut dejicere communis periculi vitandi cauſa poſſit, ut nihilominus contributioni locus ſit. de quibus nos *ſup. ad pr. l. 2.*

LEX IV.

CALISTRATVS LIB. II.

Quæſtionum.

Navis onuſtæ levandæ cauſa (quia intrare flumen vel portum non potuerit cum onere) ſi quædam merces in ſcapham trajectæ ſint, ne aut extta flumen periclitetur, aut in ipſo oſtio vel portu, eaque ſcapha ſubmerſa eſt: ratio haberi debet inter eos, qui in nave merces ſalvas habent, cum iis, qui in ſcapha perdiderunt: perinde tanquam ſi jactura facta eſſet, idque Sabinus Lib. II. Reſponſorum probat. Contra, ſi ſcapha cum parte mercium ſalva eſt, navis periit, ratio haberi non debet eorum, qui in nave perdiderunt: quia jactus in tributum nave ſalva venit.

SVMMÆ RERVM.

1 *Navis parva non ſemper majore deterior, & quando.*
2 *Scapha quid ſit.*
3 *Ratio §*

ELegantem ſane & frequentem caſum ob oculos hoc loco Caliſtratus ponit, de cujus deciſione inquirendum eſt. Sæpe etenim numero quæ portubus adhærent vada non uſque adeo profunda ſunt, & late patentia, ut oneratæ naves, ſi crebrioribus ventis oſtium cadatur,, & rever-

verberetur fluctu, tuto intrare queant, quod tunc maxime uſu venit, cum vel inſequente hoſte, vel nimia tempeſtate oborta, ſtationibus ancorarum contineri non poſſunt. Quo ſit, ut cum ex duobus malis alterum neceſſario eligendum ſit, in ſcaphas, quæ ut plurimum navibus adjunctæ ſunt, & tantam aquarum profunditatem minime requirunt, cum mercibus ſe conjiciant. Non recte igi- 1
tur, dum generaliter loquitur, ſenſiſſe videtur Euripides, dum navem parva ſcapha ſemper meliorem dixit. Quin potius cum in vada graviter non impingat ſcapha, navis vero graviſſime: his caſibus contrarium dicendum videtur. Colitur ſane apud nos non unius, ſed plurium naufragorum memoria, & vetuſtis admodum monumentis celebrata, qui amiſſa nave, ſcapharum beneficio defenſi ſunt. Scapha autem (quantum ex Bayſio col- a
ligimus) non ſolum naviculam ſignificat, ſed quicquid concavum in naviculæ fluviatilis formam factum eſt, ἀπὸ τοῦ σκάπτειν *hoc eſt, à fodiendo: unde vas illud culinarium in quo vaſa culinaria abluuntur, ſcapham Veneti appellant, Plutarchus quoque in Romulo, ſcapham appellat, quem alveum Livius vocavit, in qua Remus & Romulus fratres in Tyberim projecti fuerant.* Σκάφος *autem apud Græcos neutrum cum eſt, accipitur pro communi navium cujuſcunque generis vocabulo. Unde & apud Diodorum Siculum pro quadriremibus & quin-*

VINNIUS.

(*a*) Hæc & quæ ſequuntur ex Bayſio de re navali exſcripſit Peckius. Scapham vulgo βάλκαν & κυντελάδια dici ſcribit Harmenop. *lib.* 2. *tit.* 11. *par.* 9. Plutarchus in Demetrio ἐφόλκιον nuncupat: eodemque nomine appellatur *cap.* 34. & 44. *leg. Rhodiæ*. Belgis dicitur *de boot*, Gallis *l'equif*. Poteſt eodem nomine intelligi & id navigii genus, quod Belgæ & Angli *Lichter* vocant.

(*b*) Ea-

quinque remibus accipitur. Porro σκάφη, ſcapha, fœmininum apud Græcos, tanquam inſtrumentum navis eſſe à Labeone reſponſum eſt, ut ſi quis navem cum inſtrumento legaſſet, ſcapham quoque deberi. Sed Paulus l. fin. inf. de inſtruct. vel. inſtrum. leg. *contra : etenim ſchapha navis, non eſt inſtrumentum navis, nam mediocritate (inquit) non genere ab ea differt : inſtrumentum autem cujuſque rei neceſſe eſt alterius generis eſſe, quod & Pompon. lib. 7. Epiſtolarum placuit. Igitur dicendum eſt, quod eo in genere accipiebatur pro navicula quæ longis navibus inſerviebat. Nempe ad ancoras circumducendas, & referendas, item ad alligandas naves in portu, & ſi quando opus erat, ad victum conquirendum, & celeriter huc atque illuc divagandum, dum immineret periculum. Hinc Tullius Cicero* de inventio. lib. 2. *Poſtea aliquando & eos quoque vehementius tempeſtas jactare cœpit, uſque adeo, ut dominus navis, cum idem gubernator eſſet, in ſcapham confugeret. Igitur ſi navis portum cum onere intrare nequierit, & ob id merces in ſcapham trajectæ ſint, ne in ipſo oſtio, vel portu extra flumen periclitetur, eaque ſcapha ſubmerſa eſt : ratio haberi debet inter eos qui in navi ſalvas merces habuerunt, iiſque conferre tenentur, quorum communem ob utilitatem in ſca-*
b *pham merces trajectæ ſunt. Etenim cum mera nudaque alle-*

VINNIVS.

(*b*) Eadem plane æquitas contributionis faciendæ hoc caſu locum habet, quæ haberet, ſi ob jactum navis levandæ gratia factum merces in mari periiſſent. Nam cum navicularius communium mercium ſervandarum cauſa navem exonerat, merceſque in ſcapham trajectas periculo exponit, quæ poſtea perierunt, æquiſſimum eſt, communi eorum, quorum bona propter hanc exonerationem ſervata ſunt, contributione hoc damnum ſarciri, per *l. 2. in fin. pr. ſup. eod.* maxime ſi trajectio iſta

allevationis cauſa hic vertitur, nihil intereſſe æſtimandum eſt, jactus an in mare factus ſit, an cum ſcapha merces perierint. An ne enim cæteri per allevationem hanc conſecuti ſunt, ut merces ſuas ſalvas haberent? Vtique illud ſpectaſſe videtur Caliſtratus dum ait, perinde tanquam &c.

Contra autem &c. *Ejectis in ſcapham mercibus, ſi ea,* c *pereun-*

VINNIVS.

iſta ſacta ſit, non invito aut obluctante mercatore, & quo debuit tempore, inque navem idoneam: alias ex locato cum naviculario agi poterit: neque enim debet nautarum temeritas eorumve imperitia aliis damnoſa eſſe. *l. item quæritur.* 13. §. 1. *inf. locat. Harmenop. lib.* 2. *tit.* 11. §. 22. *add. art.* 50. *leg. naut. Caroli V.* Cæterum damnum duntaxat mercium in ſcapham immiſſarum & amiſſarum collationis conſortio ſarcitur, non etiam ipſius ſcaphæ, in quam trajectæ ſunt, amiſſæ: ſed hoc detrimentum ad ſolum dominum navis ſpectat. *Weytſ. tract. van avar. ſect. Voorts ſoo is de vrage.* Applicari hæc deciſio poſſet ad eos, qui obſeſſa urbe & periclitanti, paciſcuntur numerata obſeſſoribus ingenti pecunia, urbemque obſidione ita liberant, cum alias direpta fuiſſet. Procul enim dubio eſt, refundi illis oportere, quicquid ad avertendum commune & publicum periculum privati contulerint. *Ant. Morn. in obſerv. ad hunc loc.*

(*c*) Superiore caſu, cum ſcapha periit, & navis ſalva cum cæteris mercibus in portum venit, placet ideo contributionis æquitatem admitti, id eſt, eos, qui ſuas merces in nave ſalvas habent, ab iis, qui ſuas in ſcapha perdiderunt, ad contributionem poſſe compelli; quia nihil intereſt, trajectione mercium in ſcapham, an remedio jactus cæteris in communi periculo, ſalva nave, conſultum ſit. At hoc caſu, ubi ſcapha cum mercibus impoſitis ſalva eſt, navis ipſa cum reliquis periit, ratio non habetur eorum, qui in navi perdiderunt; utpote à quibus nihil factum eſt, ut eæ res, quæ in ſcapha erant, conſervarentur. Denique nec jactus in tributum, niſi ſalva nave venit. *hoc text. & l.* 5. *inf. eod. Paul.* 2. *ſent.* 11. *Ende niet alſmen ſchip en ſcharre verlieſt. Weytſ. d. tract. verſ. nu is de queſtie contrarie* Textum hunc mercatores noſſe oportere ait *Stracch. tract. de navib. p.* 2. *n.* 19. *add.*

pereunte poſtmodum nave, in tutum portum devenerit, his qui in navi res amiſerunt, contribuere non tenentur. Etenim cum (Hermogeniano autore l. amiſſæ. inf. eod.) *Rhodiæ legis æquitas iis ſubveniat, quorum jactus ſalvam fecit totius navigii cauſam: ad eos profecto extendi non debet, qui cæteris ſubſidio minime fuere. Neque enim navis ad hoc mercibus exonerata eſt, ut in tutum locum ſcapha deduceretur, ſed illud potius dicendum, ob navis ſalutem merces in illam invectas fuiſſe. Quis enim in ſcapham ceſſante contributione, & ubi*

Magnis nigreſcunt æquora ventis.
Erutaque ex imis fervet arena fretis.

in ſcapham projicere merces velit? Sane etſi ubi vadum profundum non eſt, tutius ſit (ut diximus) in ſcapham deſilire: priuſquam tamen à nave omnino diſſoluatur, periculo res non caret. Conto itaque (ſi caſus eveniat) protrudere ſcapham oportet, ne juxta navem adhuc volventibus vectoribus, vacillatione ejuſdem ſcapha evertatur.

d Quia jactus in tributum &c. *Caliſtratus his verbis deci-*

VINNIUS.

add. p. 2. *de la Curia Filipp. lib.* 3. *C. naufragio.* 13. *n.* 14. *& ſeq. Abrigement of all Sealauues. c. of contribution for lightning an diſburdoning of ſhips &c.* 20.

(*d*) Quod hîc Calliſtratus reſpondet, jactum in tributum ſalva nave venire, id Paulus 2. *ſent.* 11. ſic exprimit; *Collatio intributionis ſalva nave fieri debet.* id eſt, ſalva nave fit ob jactum collatio; naufragio facto ceſſat: neque is, qui jacturam fecit, mercibus per urinatores extractis his, qui naufragium fecerunt contribuere tenetur. Illud vero cotidiano uſu obſervari teſtatur *Weytſ. d. tract. verſ. Niet te min indien.* ut etſi navis, cujus levandæ gratia jactus quarundam mercium factus eſt, poſtea perierit, tamen domini receptarum & ſervatarum è naufragio mercium teneantur conferre his, qui ob jactum merces ſuas amiſerunt; propterea quod harum jactura facta eſt navis & reliquarum mercium ſervandarum,

deciſionis ſuæ rationem aſſignat. Iactus, inquit, tunc in contributionem venit, cum jactu facto navis ſalva facta eſt, Quod cum hic dici non poſſit, & æque vectorum quas in nave merces habent, pereunte ea, interiiſſent, contributio locum habere non debet. Quinimo ſi jactu facto, poſt abſumptam fluctibus navem, jactæ merces recuperatæ ſint, contributio earum rerum quæ in navi perierunt, admittenda non eſt. In quam ſententiam, quæ verior & probabilior eſt, noviſſimæ Iuriſconſultorum opiniones poſtea conceſſere. Caſtrenſ. & alii hic.

Sed ſi navis, quæ in tempeſtate jactu mercium unius mercatoris levata eſt, in alio loco ſubmerſa eſt, & aliquorum mercatorum merces per urinatores extractæ ſunt data mercede, rationem haberi debere ejus, cujus merces in navigatione, levandæ navis cauſa, jactæ ſunt, ab iis, qui poſtea ſuas per urinatores ſervaverunt, Sabinus æque reſpondit. Eorum vero qui ita ſervaverunt, invicem rationem haberi non debere ab eo qui in navigatione jactum fecit, ſi quædam ex his mercibus per urinatores extractæ ſint; eorum enim merces non poſſunt videri ſervandæ navis cauſa jactæ eſſe, quæ periit. *SVM-*

VINNIVS.

rum cauſa: ac niſi jactæ fuiſſent, eandem domini earum habuiſſent occaſionem eas, quales quales, recuperandi, quæ aliis mercatoribus oblata fuit, & quam iſtis jactura ademit. Atque huic uſui conſentanea videntur, quæ habet *Paul. Caſtrenſ. hic n.* 1. ſi bene mentem ejus percipio.

SVMMÆ RERVM.

1 *Vrinatores qui.*
2 *Colan homo & piſcis.*
3 *Ratio §.*
4 *Genus perire non poteſt.*

1 a VRinatores. *Id genus hominum Varro natatores interpretatur, non quidem ſuperficiales tantum illos qui abluendi corporis gratia natant, ſed qui ſe flumini marive committentes, ex fundo quantum fieri poteſt, injecta extrahunt, oraque ne fluctus intrent communiunt, & merularum in morem ad aquarias inquiſitiones longe oculatiſſimi ſunt. Hinc & Plinius phocas ranaſque ſub aqua diu urinari dixit.* cap. 37. lib. 1. *Horum alii aliis longe perſpicaciores ſunt, & diutius ſub flumine latent, quod præſente Auguſtiſſimo Cæſare Carolo, in noſtra Ziricæa-*

VINNIVS.

(*a*) Varro *lib. 4. de ling. Lat. Vrnæ*, inquit, *dictæ, quod urinant in aqua haurienda, ut urinatores. Vrinare eſt mergi in aquam.* Urinatores frequentiſſimam & apprime neceſſariam operam nautis præſtant; quippe per quos res naufragio merſæ aut in mare navis levandæ cauſa jactæ extrahi ſolent. Merſos pelagi ſcrutatotes vocat Statius *lib. 1. ſylv. 3.* Eorum miniſterium eleganter deſcribit Manilius *lib. 5. Aſtronomicon*, his verſibus;

Illis in ponto jucundum eſt quærere pontum,
Corpora qui mergunt undis, ipſumque ſub antris
Nerea & æquoreas conantur viſere Nymphas:
Exportantque maris prædas, & rapta profundo
Naufragia, atque imas avidi ſcrutantur arenas.

Fieri autem id ſolere emiſſo ſubtus aquas, quod urinantium buccis conceptum eſt, oleo, unde pellucidum fiat mare, inter peritiſſimos conſtare ſcribit Ant. Mornacius; eoque ſpectare illa Plinii, *Ore ſpargunt urinantes oleum, quoniam mitiget naturam aſperam, lucemque deportet.*

(*b*) Rem

ricaana civitate mea ætate conſpexi, & bello navali admodum neceſſarii ſunt, ut qui hoſtilem claſſem profodiendo multum diminuere poſſent. Ex iis autem omnibus qui 2
hac in re plurimum valuerunt, præcipuus fuiſſe traditur homo quidam (ut eleganter Alexander ab Alexan- b
dro ſcribit) cui nomen Colan inditum ferunt, cognomento Piſcis, ſingulari fato ſeu fortuna genitus, qui plus in aquis degere, quam in terris victitare ſolebat, eumque diebus ſingulis mare, & aquas petere neceſſum habuiſſe. Itaque inter marinas belluas complures dies verſabatur, & convivebat illæſus, haud aliter, quam ſi ex eis una fuiſſet. Penetrabat maris intima & remotiſſima, revertebatur ſæpe ad littus, & nautas de futuris tempeſtatibus præmonebat, ut apud Volaterranum quoque latiſſime deſcribitur. Sane illi hoc an fato an ſidere evenerit, in ambiguo plerique omnes reliquere. Nam tantum eum nando profeciſſe aſtruitur, ut maxima pelagi intervalla, ſpaciaque immenſa CCCCC. & ultra ſtadiorum, fœda tempeſtate & reluctantibus aquis, excellenti vi & velocitate, natatu peragraret, idque non ſemel facere conſueſſe: Donec (inquit Alexander) feſto annuo ſolennique die in Siculo freto effuſa multitudine ad ſpectaculum, in portu Meſſanæ, experiri credo volens, quantum præ cæteris urinando valeret: dum pateram auream, munus natantibus tunc à Rege in mare dejectum, ab imo eripere conatur, cum ſe in mare merſiſſe, dum illius ſtudio profunda exquirit vada, diu expectatus ab imo maris fundo, in quod ſe dejecerat, nunquam emerſit, neque poſtea inventus apparuit. Creditur in concavas illius pelagi cavernas, quibus totu

VINNIUS.

(*b*) Rem hanc pene incredibilem memorat Alexander ab Alexandro *lib.* 2. *genial dier.* c. 21. ex relatu Ioviani Pontani.

totus ille ſinus refertus eſt, incidiſſe: ipſumque in imas voraginis vorticibus rapidis ſemel delapſum, cum ſe recipere vellet, & ad ſuperiora niti, reverti nequiſſe: cumque diutius reluctatus, reſpirare nequiret, inter occurſantes ſcopulos undique inundantibus aquis oppreſſum, vitam interiſſe.

c Servaverunt. *Cur ita? Sane cum ſemel legitime & ob ſalutem navis jactus factus eſt, cumque ſemel jaciendo navem*

V I N N I V S.

(c) Peckii noſtri interpretatio obſcurior eſt loco ipſo Calliſtrati. Bartolus ita ſummam *hujus* §. concepit: jactantibus fit contributio ex mercibus recuperatis ex nave poſtea perempta: ſed recuperantes ex jactu in nave non contribuunt, id eſt, ſi jactura facta ſit, deinde naufragium, & naufragi merces per urinatores ſervaverint, conferre debent ei, à quo jactura facta ſemel navis conſervata eſt. *Paul.*2. *ſent.* 11. Is autem, qui jacturam fecit, mercibus per urinatores receptis his, qui naufragium fecerunt, non confert. Etenim ſufficit ad inducendam contributionem, quod jactus ſemel navem ſalvam fecerit, licet poſtea alio in loco, & nova tempeſtate oborta perierit: Nam quod poſtea ſupervenit, inſpici non ſolet. *l. ſi ſervus.*31. *ſup. fam. erciſc.* Quod vero urinatorum opera & data mercede merces recuperaverint, id nihil aliud inducere poteſt, niſi ut ejus quoque mercedis rationem haberi oporteat in ineunda extractarum rerum æſtimatione, ut tanto minus ex ſuis mercibus ſervaſſe videantur, quantum illud eſt, quod urinatoribus dederint: & conſequenter tanto minus pro rerum ſervatarum pretio conferant iis, quorum merces navis ſervandæ cauſa jactæ fuerant, & propter quem jactum ſemel periculum navis evaſit, licet alio loco perierit. At ex contrario ſi res jactæ per urinatores extractæ ſint, domini earum, non tenentur contribuere his, qui ſuas naufragio poſt ſecuto perdiderint; quia nihil ab his factum eſt navis ſervandæ cauſa. *hoc* §. *in fin.* Ita recte *Accurſ. Alberic. Bart. Caſtrenſ. & alii.* Exemplo rem illuſtrabimus. Nauta accepto onere Gadibus Vliſſingam petens, tempeſtate orta circa oſtia Tagi jactum fecit, quo jactu navis levata curſum continuavit: ſed ubi prope oram Zelandiæ venit, cum mercibus navis periit. Per uri-

navem præſervavit, caſus ille à quo incipere contributio non poſſet, in conſiderationem deduci non debet, cap. factum legitime, de re. jur. lib. 6. *ſed ratione bonorum per urinatores extractorum, contribuere tenentur. Quid* 3
enim ſi illo jacere nolente tota navis interiiſset? quamvis poſtea perierit, detrimento tamen illud jacienti eſſe non poteſt, qui omnibus beneficium præſtare conatus eſt l. ſed an ultro §. 1. de negot. geſt. *Sed cum ſuperius §. proximo dictum eſt recuperatis quæ jacta ſunt mercibus, iis contribuendum non eſſe, quorum merces in nave interierunt, cur non & idem hoc caſu recipitur? Cur & recuperatis rebus in nave deperditis, contributio non impeditur? An quia diverſum jus diverſam rationem conſtituat?* l. ſi ſocer à genero. inf. ſolut matr. l. de quibus. ſup. de legib. pulchre Dn. Præſes in loco à pari & ſimili. Et in loco à ratione legis ampla. *In eo utique differentia conſiſtit, quod præter hæc omnia quæ diximus, quæque à Caliſtrato inferius tradentur, ſi eodem in loco cum cæteris jacientis merces periiſſent, per urinatores quoque inveniri integræ potuiſſent, & quamvis ſi jactus factus non eſſet, interire quoque potuerint, illud tamen ſiniſtre in jacientis detrimentum interpretandum* non

VINNIVS.

urinatores autem Weſtcapellenſes (*duyckers van Weſt-capelle*) magna pars mercium extracta eſt. Domini extractarum harum mercium tenentur contributione ſarcire damnum jacturæ circa oram Luſitaniæ factæ. Quid aurem ſi res jactæ per urinatores Luſitanos extractæ fuerint, aut pleræque ſervatæ, naufragio autem perditarum nihil aut parum? Domini jactarum & deinde recuperatarum mercium non tenentur collationis conſortio ſarcire damnum ſubmerſarum prope Zelandiam, cum hic navis una cum mercibus perierit, ut dici non poſſit damnum ſervandæ navis cauſa datum. *Quint. Weytſ. tract. van avarie, ſect. It. een ſchipper van Calis. & 2. ſeq.*

(d) Quid

non eſt, ne à jactu quilibet abſtrahatur, & cum nemo jacere vult, vel lites oriantur & pugnæ, vel cum nave ipſa omnes ſimul fluctibus obruantur. Cæterum cum per urinatores aliquid recuperatur, ideo contributio pro jaciente admittitur, ne & is deterioris eſse conditionis quam cæteri cenſeatur. Igitur quod Caliſtr. ait, Iactus in tributum nave ſalva venit: *ea interpretatione accipi debet, ut omnino nihil referre exiſtimemus, ſi navis alio loco perierit.*

d Fulg. hic. *Quod non ita intelligendum eſt abſurde, ut ad minimi ſpatii locum referatur (nec enim quieſcit, ſed pergit ſemper ulterius) ſed ſi & tempus & loci diverſitas recte intercedat. Quid enim ſi jactum fecero antequam Bergas veniremus, & dehinc relicto iterum portu, Antverpiam navigando navis intereat? Salva fuit ſemel navigii cauſa, & recte alio loco periiſse dicetur. Sed cum (ut diximus) ſemel ſufficiat utiliter negotium geſtum eſſe*: d.l.ſed an ultro. *cur adverſus alios, quorum merces recuperatæ non ſunt, negotiorum geſtorum actio non dabitur? Sane communi ſententia receptum eſt,* Caſtrenſ. Fulgo.Bald.Salic.& Alberic.hic. *actionem hanc mere perſonalem non eſse, ſed in rem quodammodo ſcriptam (collatio enim pro rebus tantum repertis earumque æſtimatione procedit) atque proinde cum nullæ reperiantur,*
4 *exonerari debitorem. Etenim quamvis quantitatis & generis (quod perire non poteſt* l.incendium.C.ſi cert. petat.) *debitores, ſi æſtimationis portionem conſideremus, dici poſſint: cum tamen quantitas ea ad ſpeciem referatur, interitu ſpeciei ſine culpa debitorum proveniente, liberatio jure acquiſita eſt.* l. ſi ad libertatem. ſup. de noxalib. act.l.ſi ſervum. §.ſequitur. inf. de verb. oblig. Salic. Bal.

VINNIUS.

(*d*) Quid hoc caſu communi conſuetudine receptum ſit, ex Quintino Weytſio notavimus ſupra *ad pr. hujus l. 4. lit D.*

(*a*) Æqui-

Bal. & alii in d. l. incendium. *Sed hæc ita intelligenda ſunt, ſi nihil ſit quod cæteris vectoribus imputari poſſit. Quid enim ſi cùm ſalvare recuperareve merces poſſit, vector negligens ſit?* argum. l. quod te. ſup ſi cert petat. l. ex legati. inſ. de verb. oblig. *Non equidem me latet unumquemque rerum ſuarum dominum eſſe & arbitrum, ſed hoc ita, ſi aliis detrimentum inferre non velit. Quin potius cum ob communem ſalutem merces ſuas conſocius ejecerit, privatamque utilitatem publicæ poſthabuit: (potuiſſet enim facto etiam naufragio merces ſuas fortuna favente in portum aliquem adegiſſe) ſic & è contrario ſi vectores res ſuas recuperare negligant, ita ab officio decedunt, ut perpetuam infamiæ notam effugere non poſſint.*

Cum autem jactus de nave factus eſt, & alicujus res quæ in nave remanſerunt, deteriores factæ ſint, videndum an conferre cogendus ſit, quia non debet duplici damno onerari, & collationis & quod res deteriores ſunt. Sed defendendum eſt hunc conferre debere pretio rerum præſente. Itaque (verbi gratia) ſi vicenum merces duorum fuerint, & alterius aſpergine x. eſſe cœperint, ille, cujus res integræ ſunt, pro xx. confert, hic pro x. Poteſt tamen dici etiam illa ſententia, diſtinguentibus nobis, deteriores ex qua cauſa factæ ſint, id eſt, vtrum propter jactum inundatis rebus damnum ſecutum eſt, an vero alia ex cauſa: veluti quod alicubi jacebant merces in aliquo an-

gulo,

gulo, & unda penetravit, tunc enim conferre debebit, an ex priore cauſa, collationis onus pati non debet, quia jactus etiam hunc læſit? Adhuc nunquid & ſi adſpergine propter jactum deteriores factæ ſunt? Sed diſtinctio ſubtilior adhibenda eſt, quid ſi plus ſit in collatione quam in damno? (verbi gratia) hæ res xx. fuerunt: & collatio quidem facit x. damnum autem duo, deducto hoc quod damnum paſſus eſt, reliquum conferre debeat? Quid ergo ſi plus in damno erit, quam in collatione? utputa decem aureis res deteriores factæ ſunt, duo autem collationis ſunt? Indubitate utrunque onus pati non debet. Sed hic videamus, num & ipſi conferre oporteat? Quid enim intereſt, jactatas res meas amiſerim, an inundatas deteriores habere cœperim? Nam ſicut ei, qui perdidit, ſubvenitur: ita & ei ſubveniri oportet, qui deteriores propter jacturam res habere cœpit. Hoc ita Papinianus Frontoni reſpondit.

SVMMÆ RERVM.

1 *Calamitoſi miſericordia digni.*

2 *Ratio ſpecialitatis ſemper aſſignanda.*

3 *Merces ſæpe undis corrumpuntur.*

4 *Si navis lacera ſit & inde res deterioratæ, vector ex locato contra magiſtrum aget.*

5 *Navis bona quæ.*

6 *Scienti & volenti non fit injuria.*

Præ-

Præſens §. (*ut plures præfantur*) *difficilis eſt*, *& attentione dignus, in quo Caliſtratus omiſſa de jaciente quæſtione, de iis diſceptat atque inquirit, quæ ob tempeſtatem ingruentibus undis, in navis aliqua parte poſitæ merces deteriores efficiuntur an & pro his quoque jactu facto, omnino contribuendum ſit? Etenim cum duplici damno gravandus non videretur, & collationis ſcilicet, & quod res deteriores ſint, quid quæſo facilius æquiuſque dicendum videbatur, quam quod ad contribuendum compellendus non eſſet?* l. Divus. ſup. de offi. Præſid. *An ne enim in calamitoſos benignitas* (*ut Cicero teſtatur* lib. 1. Offic.) *propenſior eſſe debet? An ne ex Demoſthenis ſententia juſtum eſt miſereri eorum qui immerito infelices ſunt?* Eccle. 4. cap. cum percuſſio. 7. q. 1. *An ne ſcriptum eſt*, cor inopis ne afflixeris. *Sed hæc nos alio loco in* cap. bona fides. ext. de reg. jur. lib. 6. *late ſatis expoſuimus, quo remitto. Caliſtratus ſane æquitatem ipſam tanquam normam totius boni diligentiſſime imitatus, afflictis quidem his, quorum merces deteriores redditæ ſunt, afflictionem addere non voluit, ſed mediam viam inter vectorem ejicientemque in-*

VINNIVS.

(*a*) Æquitas contributionis omnes obligat, qui propter res aliorum jactas conſecuti ſunt, ut merces ſuas ſalvas habeant. *l.* 2. *in fin. pr. ſup. eod.* Atqui res, de quibus hic quæritur, domini non ideo minus ſalvas habent, quod hodie ſint deteriores: præſtat enim rem habere deteriorem, quam nullam. Ac proinde etiam pro his rebus contributio fieri debet: cæterum præſenti pretio, ut ait Calliſtratus, id eſt, æſtimatis hiſce rebus, quanti hodie ſunt, non quanti erant, cum navi imponerentur. Ita fit, ut non duplici afficiatur damno is, qui confert; cum non niſi detracto pretio deteriorationis conferat.

(*b*) Ait

ingreſſus, optima ratione conſtituit, detracta mercium deterioratione contribuendum eſſe. Alioquin enim iniquum eſset deteriorem eſſe ejus cauſam, qui jactum faciendo re ſua ſpoliatus eſt, quam ejus qui res ſuas, quamvis deteriores, tamen retinuit. Igitur ſi merces xx. Carolinorum in decem deteriores redditæ ſint: pro decem tantum exigi contributio poterit. Quod igitur à Iureconſulto reſponſum eſt præſente rerum pretio conferendum eſse, aliam interpretationem non habet.

b

2 Ex qua cauſa. *Quicquid enim contra communes regulas conſtitutum eſt, ratione cauſaque munitum omnino eſse debet, ut in omnibus cauſa receſsus attendatur.* Gl. in c. intelligentia de verb. ſignific. *Quam turpiter igitur errant hi, qui ſolutionem conciliationemque legum ignorantes, ad ſpecialitates ſuas confugiunt, hoc ex loco colligere licet. Non erat igitur (quaſi dicat conſultus) à collatione, data etiam deterioratione, omnino recedendum, niſi cauſa cognita, & ſi juſta deteriorationis ratio conſtitueretur.*

Pro-

VINNIUS.

(*b*) Ait Calliſtratus, ſi merces duorum vicenum fuerunt, id eſt, ſingulæ viginti aureorum, & unius ex hiſce merces integræ manſerunt, alterius vero deteriores factæ ſint aſpergine (vulgo & in Florent. legitur *aſpargine*) ea decem eſſe cœperunt, illum pro viginti conferre, hunc pro decem. quod rationi jam dictæ conſentaneum eſt. Non abs re fuerit, obiter hic indicare. quod c. 34. *legis Rhodiæ* cavetur; nimirum ſi navis lintea vehat aut veſtes, exercitorem διφθέρας καλὰς ſeu pellicea integumenta ciliciaque commoda habere debere, ne merces nudatæ aſpergnine marina corrumpantur. Item ſi navem ſentina oppleverit, id ſtatim ſignificare iis, qui merces in navi habent, ut eæ exponantur: alias ſi merces corruptæ ſunt, & ipſum & nautas teneri de damno. Secus ſi tempeſtas cauſam damni mercibus dederit, aut alius caſus fortuitus. *adde art.42. & 44.leg.mar.Car.V.*

(c) Si

Propter jactum. *Ea eſt quarundam mercium natura & qualitas, ut ſalſiſſimas Oceani undas recipientes penitus deſtruantur. Si igitur cum ponderoſiores in mare merces ejiciendæ erant, ingenti lapſu exurgentes undæ navemque penetrantes, deteriores merces hujuſmodi fecerint, aut ſi reſolutis ob ponderoſitatem ejectarum mercium aliorum receptaculis, damnum acceptum ſit: ejus rationem habendam eſſe, æquiſſimum videtur. Etenim & Rhodiæ legis ratio hic militat, in eo fundata, quod omnino ſecundum rationem ſit (ut Paulus ait) commune detrimentum fieri eorum, qui propter amiſſas res aliorum, conſecuti ſunt, ut merces ſuas ſalvas haberent. Quid autem intereſt, jactatas res meas amiſerim, an inundatas deteriores habere cœperim? Recte itaque Caliſtratus:* Sicut ei qui perdidit, ſubvenitur, ita & ei ſu- 3 c

VINNIUS.

(c) Si res alicujus in nave deteriores factæ ſint; & de harum rerum contributione quæratur, diſtinguendum ait Calliſtratus, qua ex cauſa res deteriores factæ ſint, utrum propter jactum damnum acciderit nudatis rebus (apud Accurſium legitur inundatis) quibus alioqui aſpergo undæ nocere non potuiſſet: an vero alia ex cauſa, veluti quod merces jacebant in angulo aliquo, & unda penetravit. Priore caſu ceſſare collationem ex parte illius, cujus res propter jactum deteriores factæ ſunt, cum & ipſi quoque pro æſtimatione deteriorationis conferri oporteat. *verſ. at ex priore cauſa.* Quid enim refert, ait, jactatas res meas amiſerim, an nudatas deteriores habere cœperim. *verſ. ſed hic videamus.* & mox, nam, inquit, ſicut ei, qui perdiderit, ſubvenitur: ita & ei ſubveniri oportet, qui deteriores propter jactum res habere cœperit. Enimvero non eo minus de præſenti pretio prorata æſtimationis conferre debebit is, cujus res deteriores ob jactum factæ ſunt: quippe qui nec aliud amiſit, quam quod res ſuas deteriores habere cœpit. *verſ. ſed defendendum. Weytſ. d. tract. v. En hoewel hier boven.* De poſteriore caſu dicam ſtatim.

ſubveniri oportet, qui deteriores propter jactum habere cœpit.

d Vnda penetravit. *Quid enim ſi lacera & pene diſſoluta*

VINNIVS.

(*d*) Poſterior caſus eſt, cum ex alia, quam jactus cauſa, res deteriores factæ ſunt, veluti ſi unda penetravit. Et ait Iuriſconſultus hoc caſu eum, cujus res deterioratæ ſunt, conferre oportere. *verſ. poteſt tamen dici.* An igitur hic contributio facienda pro portione æſtimationis rerum, quæ fuit, antequam fierent deteriores? Ita videtur concludendum, ſiquidem aliquem propoſitæ diſtinctionis effectum eſſe volumus: nam utique & priore caſu pro rebus propter jactum deterioratis, quatenus deterioratæ non ſunt, contribuendum eſt, ut modo oſtendimus. Sed magis eſt, ut hoc falſum ſit: nam quomodocunque aut quacunque ex cauſa res deteriores factæ ſunt, pretium earum ex præſenti tempore æſtimandum eſſe dictat ipſa æquitas, ne duplici damno dominus afficiatur, & collationis & deteriorationis. *arg. hujus par. in pr.* Quamobrem non dubito, quin hic locus interpolatus ſit & corruptus à Triboniano. Arguit hoc illa inelegans, & neſcio quibus interrogatiunculis involuta oratio. Subactæ in Latinitate & legibus Romanis aures facile verba veterum juriſconſultorum diſcernunt à circumducta & moleſta oratione Triboniani. *Aliter olent catuli, aliter ſues:*

Legitimumque modum digitis callemus & aure.

Antonii Fabri judicio tota hæc diſtinctio à verſ. *Poteſt tamen dici.* Triboniano potius, quam Calliſtrato adſcribenda eſt. Illa autem quæſtio tractari dignior, & forte an tractata à Calliſtrato fuit, an ei quoque, cujus res deteriores factæ ſunt, conferendum ſit ab iis, qui res ſuas ſalvas & integras habent. Ad hanc enim quæſtionem decidendam pertinet illa Papirii Frontonis diſtinctio, utrum ob jactum factæ ſint deteriores, an qua alia ex cauſa, ut priore caſu ei quoque conferri oporteat, haud ſecus ac ſi per jactum res in totum periiſſent: nam & quod fit deterius, ex parte perit: poſteriore vero caſu non item. Cæterum quod domino, cujus merces propter jactum deterioratæ, pro damno conferendum eſt ab omnibus, quorum merces ſalvæ & incorruptæ manſerunt, non facit, ut eo minus ipſe conferre debeat ei, cujus merces projectæ ſunt, pro rerum æſtimatione præſenti, detracta videlicet deterioratione. *verſ. ſed defendendum.* Facit autem

luta navis fuerit? Sane cum ob communem utilitatem deterioratio non acciderit, & contributionis onus domini mercium exigere non poſſunt. Sed an ex locato actionem 4
contra magiſtrum habeant, quæri poteſt. Nobis videtur e
ſub temperamento reſpondendum eſſe. Etenim ſi lacera rimoſaque navis fuerit, (quia ut Aphricanus l. qui fundum. inf. locati. *lib. 8. quæſtionum, & Paulus* l. ſi tibi. eo. tit. *lib. 34. ad edictum ajunt, locator ita rem locatam præſtare debet, ut oportune ea uti conductor poſſit) rectiſſime definiendum videtur, actionem vectori in magiſtrum ex locato denegandam non eſſe. Vt enim cujuſque facultates excutere nauta non debet,* d. l. 2 §. fi. ſup. eo.
ſic

VINNIUS.

rem hæc detractio, ut nihil viciſſim ei præterea conferre debeat ille, cujus merces jactatæ ſunt: quia jam ſatis contulit minus accipiendo, quam accepiſſet, ſi res deterioratæ non fuiſſent; alioqui duplici damno oneraretur. Alii vero, qui merces ſuas non modo ſalvas, ſed integras etiam habent, utrique conferre debent, & ei cujus merces jactæ ſunt, & illi, cujus res propter jactum deteriores factæ: quia nihil invicem ipſis conferendum eſt. Quod ſi cujus res ex alia, quam jactus cauſa, deteriores factæ ſunt, hic nulla fit contributio, ne ab iis quidem, quorum res ſalvæ & integræ ſunt, quia nihil factum eſt navis & mercium ſervandarum cauſa: ſed damnum quod contigit, caſui fortuito adſcribendum eſt, quo nomine non fit contributio. *l. 2. §. 1. ſup. l. 5. inf. eod.* convenit *art. 8. leg. naut. Philippi* II. *van ſchip-brekinge &c. art. 9. van Schipp. en Coopluyden. Weytſ. d. tract. verſ. Inſgelijckx.* & junge, quæ *ſup. ad d. l. 2. §. 1. lit. B.*

(*e*) Nullum dubium eſt, quin ſi culpa nautæ merces quorundam corruptæ fuerint, is eo nomine ex locato teneatur. Debet enim prius quam è portu ſolvat, navem præſtare ſartam tectam, bene eam ſtipare & picare, quod verbo nautico *calfaten*, vocant, ne rimis fatiſcentibus unda perfluat. quod & diſerte cautum *leg. naut. Phil.* II. *art. 6. van Schippers ende Cooplieden.* add. *Stracch. tract. de naut. navib. & nav. p. 3. n. 11. Conſolato del mare. c. di robba bagnata. 62. & ſeqq.*

ſic nec vectores gravandi ſunt, ut omnes & univerſos navium angulos exquirant, & ut juris præſumptione bonus quilibet eſſe cenſetur: certe ut vectores ſolvendo eſſe, ita & nautam rimoſam navem locare non velle præſuminus. His adde quod nec tempus, nec locus admittit, ut de conditione navis vector diſpiciat. l. 1. in princip. ſup. tit prox. *Quid enim ſi omnino navigationi parata ſit navis, plenaque vectoribus, qui hic angulos perſpiciet, qui ubique ab omnibus occupati ſunt? Qua ratione ſi magiſter ſolvendo non ſit, quod fieri poteſt, contra alios regreſſum non habet. Et ideo prudentis eſt viri, ſi tempus poſtulat,*
5 *bonam navem eligere. Navis autem bona dicitur, ut ad Lucilium 77. Epiſtola lib. 5. Annæus Seneca ſcribit, non quæ preciosis coloribus picta eſt, nec cui argenteum roſtrum eſt: ſed ſtabilis, & firma, & juncturis aquam excludentibus ſpiſsa, ad ferendum incurſum maris ſolida,*
6 *gubernaculo parens, velox, & non ſentiens ventum. Porro ſi ſciens prudenſque rimoſam navem ingrediatur (quia ſcienti & volenti injuria non fit, neque dolus* cap. ſcienti. de reg jur. in 6) *ad actionem admittendum non eſſe exi-*
f *ſtimo. Sed quid ſi uno merces omnes ejiciente, alius deinde & ſuas ejicere cogatur: priorne poſteriori contribuere tenebitur? Alberic. exiſtimat teneri. Etenim quamvis merces in nave non habeat, contributionis tamen ratione, quam ab aliis exigere poteſt, in totum liberari non debet.*

VINNIUS.

(*f*) Quid hic Peckius & Albericus ſibi velint, fateor me ineunda ratione contributionis non intelligere. Cur enim priores jactura res perditæ magis contributioni obnoxiæ, quam quæ perditæ poſteriore? Utique enim & harum nomine contributio ab aliis exigi poteſt. Illud

Sed fortaſſe ſignificare voluerunt, in æſtimandas eſſe tam res, quæ amiſſe ſunt propter jactum, quam quæ conſervatæ, *l.* 2. §. *porro autem.* 4. *ſup. eod. ubi* vide quæ notantur *lit. D.*

(g) Pone

Sed diſtinctio. *Summa diſtinctionis hæc eſt, ut ſi collatio damno major ſit, pro excedente tantum quantitate recipiatur, quod appoſitiſſimo exemplo Caliſtratus demonſtrat. E contrario, ſi damnum collationem excedat, quod ob jactum factum acceptum eſt, peti à cæteris contributio poterit. Qui autem ex loco detrimentum accepit, à contributionis exactione jure repellitur.* g

LEX V.

Hermogenianus Lib. II.

Iuris Epitomarum.

Amiſſæ navis damnum collationis conſortio non ſarcitur per eos, qui merces ſuas ex naufragio liberarunt. Nam hujus æquitatem tunc admitti placuit, cum jactus remedio, cæteris in communi periculo ſalva nave conſultum eſt. Arbore cæſa,

Vinnius.

(g) Pone mercatorem, de quo hic quæritur, conferre debere decem aureos, ſi damnum datum non fuiſſet; damnum autem aſperginis eſſe duorum aureorum: hîc plus eſt in collatione, quam in damno. Igitur deductis illis duobus aureis conferre cogetur, nimirum pro octo. Quod ſi damnum ſit decem aureorum, collatio duorum, hic quia plus eſt in damno, quam in collatione, dicendum eſt, eum conferre non cogendum. Imo potius ei conferendum eſt, propter damnum, quod ei datum eſt aliarum rerum conſervandarum gratia. Hæc autem diſtinctio cum nihil plane ſubtilitatis habeat, adduci non poſſum, ut credam, eam ſubtilem viſam eſſe Calliſtrato. Triboniano forte talis viſa, cui talia plerumque etiam quælibet tralatitia.

cæſa, ut navis cum mercibus liberari poſſit, æquitas contributionis habebit locum.

SVMMÆ RERVM.

1 *Navis una ſi aliam frangat, an contributio fiat.*
2 *Arbore navis cæſa an fiat contributio.*

a *Æquitas contributionis nave tantum ſalva locum habet, ut merito ab Hermogeniano reſponſum ſit, amiſſæ navis damnum collationis conſortio non ſarciri. Etenim ob hoc ſolum jactus fit, ut à maris violentia merces vectorum defenderentur. Sed quid ſi (quod ſæpiſſime gravi admodum orta procella accidit) in unam navem alia vento concitata impingens perierit, hiccine contributio locum habet? Non arbitror cũ & ob communem utilitatem naufragium factum non ſit. Sed an in exercito-*

VINNIUS.

(*a*) Non quemadmodum contributione omnium ſarcitur damnum, quod pro omnibus datum eſt communis periculi evadendi cauſa. *l. 1. l. 2. in fin. pr. ſup. eod.* ita & amiſſæ navis detrimentum ſarciendum eſt ab iis, qui ſuas res ex naufragio ſervaverunt. Ἀπολλομένου τοῦ πλοίου, οἱ σώσαντες ἐκ τοῦ ναυαγίου τὰ ἴδια, οὐ συνεισάγουσι· τότε γὰρ γίνεται συνεισφορὰ, ὅτε διὰ τὸ σωθῆναι τὰ λοιπὰ, σώου τοῦ πλοίου ὄντος, ἀποβληθῶσι. *lib. 53. Baſil. tit. 3. c. 12.* Facto naufragio ceſſat æquitas contributionis: quoniam aut nihil communis periculi removendi cauſa factum eſt, aut ſi quid factum, nemini id profuit. Et ideo, *als men ſchip en ſcharre verlieſt*, quod quiſque ex naufragio ſuum ſervat, ſibi ſervat, tanquam ex incendio. *l. cum depreſſa. 7. inf. eod.* Sed nec jactus in tributum venit, niſi ſalva nave. *l. 4. in fin. pr. & hoc text. Weytſ. d. tract. van avar. ſect. Nu is de queſtie.* Cæterum junge *ſect. ſeq.* & quæ inde notamus ad *fin. pr. l. 4. ſup. lit. D.*

(*b*) Locus

citorem invadentis navis actio dabitur? Quæſtio hæc ab b
ipſo Vlp.lib. 18.*ad edictum deciſa eſt* l.quemadmodum.
§. ſi

V I N N I V S.

(*b*) Locus iſte Ulpiani ex *lib.* 18. *ad edictum.* relatus *inf. l. quemadmodum.* §. 2. 3. 4. & 5. *ad leg. Aquil.* valde notabilis eſt. Ait Iuriſconſultus *d.* §. 2. *ſi navis impacta in navem vel ſcapham alterius damnum dederit, diſtinguendum ex Proculo, ſi in poteſtate nautarum fuit, ne id accideret, & culpa eorum factum ſit, lege Aquilia cum nautis agendum. Sed ſi fune rupto, aut cum à nemine regeretur, incurriſſet, cum domino agendum non eſſe.* quod poſtremum cum Ben. Straccha *tract. de naut. navib. & navig.* ſic interpretor, ſi vi tempeſtatis & impetu fluctuum funes rupti ſint, gubernator excuſſus, &c. nam ſi nauta in culpa ſit, quod forte vel non ligaverit navem, vel malis funibus ligaverit, aut bonis quidem, ſed negligentius, vel quod navem ſine ductore in flumen aut mare immiſit, haud dubie tenebitur. Atque hoc vel ex ipſo contextu *d.* §. 2. intelligi poteſt: ut proinde non ſit delenda negatio, & legendum, *cum domino agendum eſſe.* ut vult *Ant. Fab.* 5. *conj.* 17. & *in rational. ad d.* §. 2. Sed & in Baſil. legitur, ȣ̓χ ὑπόκειται ὁ δεσπότης. Porro ſequitur apud *Vlp.* §. 3. *Item Labeo ſcribit, ſi cum vi ventorum navis impulſa eſſet in funes anchorarum alterius, & nautæ funes præcidiſſent, ſi nullo alio modo, niſi præciſis funibus, explicare ſe potuerint, nullam actionem dandam.* & *par.* 4. *Si navis alteram contra ſe venientem obruiſſet, aut in gubernatorem aut in ductorem actionem competere damni injuriæ, Alphenus ait; ſed ſi tanta vis navi facta ſit, quæ temperari non potuit, nullam in dominum dandam actionem. ſin autem culpa nautarum id factum ſit, puto Aquiliam ſufficere.* Denique *par.* 5. *Si funem quis, quo religata navis erat, præciderit, de naue, quæ periit, in factum agendum.* Etſi autem hæc reprehenſione carent; nonnulla tamen legibus noſtris nauticis aliter ſancita. Primo cautum eſt, ſi duæ naves velificantes inter ſe ex occurſu colliſæ fuerint, non valentibus nautis impetum declinare, quo mutuo impulſu altera navium perierit, aut quod aliud damnum paſſa ſit, id detrimentum commune fore, ſive noctu id contigerit, ſive interdiu, ſive cœlo tempeſtuoſo, ſive ſereno ac ſudo. At ſi data opera vel culpa alterius id factum ſit, ad hunc ſolum damnum pertinere. Secundo, ſi

1 §. ſi navis. ſup. ad l. Aquil. *Si, navis (inquit) alteram contra ſe venientem obruiſset, aut in gubernatorem, aut in ductorem actionem competere damni injuriæ, Alfenus ait. Sed ſi tanta vis navi facta ſit, quod temperari non potuerit, nullam in dominum dandam actionem, ſi autem culpa nautæ id ſit actum, puto Aquilæ ſufficere. Porro*

VINNIUS.

una ex navibus laxatis velis ad anchoras ſtantibus aut religatis, ſine culpa nautæ ſoluta in aliam incurrens damnum dederit, hujus damni ſemiſſem ad navem ſolutam ſpectare: quod ſi ipſa ob hoc damnum acceperit, illius ſolius detrimentum eſſe. Tertio, Si navis paſſis velis peregre veniens in aliam navim ſtationem habentem invecta damnum huic navi intulerit, eum qui ita velificans venit, partem dimidiam damni læſæ navi dati refundere debere; & ſeſe una cum ſociis navalibus purgare dato jurejurando ſua culpa id factum non eſſe: niſi tamen is, qui læſus eſt, contrarium oſtendat, & ſe ipſum quoque extra omnem culpam eſſe: eo enim caſu navem peregre venientem totum damnum alteri illarum ſarcire teneri. *leg. naut. Caroli V. art.* 46. 47. & 48. *Philippi* II. *tit. van ſchepen, die malcanderen beſchadigen. art.* 1. 2. & 3. Et conſimilia cauta legib. Wiſbuicenſ. *art.* 27. 48. 49. 50. & 71. & *Weſtcapellenſ. art.* 16. Pertinet ad rem propoſitam *cap.* 36. legis Rhodiæ, quod, quia prolixum, verbis tantum Latinis referam. Si navis, inquit, velificans in aliam navem in portu quieſcentem, vel quæ vela laxarit, interdiu delata fuerit; omnis tam colliſio, quam interitus, ad exercitorem pariter, & ad ipſos vectores ſpectat: ac reliquum eſt, ut & merces in contributionem veniant. Quod ſi res noctu acciderit, qui vela laxaverit ignem accendat. Si ignem non habeat, clamores edat. Quæ ſi facere neglexerit, & navem perire contigerit, ſe ipſum perdidit; modo hæc in hunc modum probata teſtimoniis fuerint. Quod ſi veli curator negligens fuerit, & excubiis agendis præpoſitus obdormierit; qui paſſis velis navigat, veluti in brevia delatus perit, & damnum ei præſtet, in quem impetum fecit. verba legis ſunt, ὃν κρύσῃ ἀζήμιοι φυλαττέτω.

(c) Etiam

Porro ſi funem quis, quo religata navis erat, præcide- 2
rit de nave quæ periit, in factum dandam eſſe actionem. c
Porro quamvis pro nave amiſſa locum non habeat collatio : tamen pro arbore imminente tempeſtate & ſub qualitatibus ſuperius ad præcedentis cap. initium relatis, cæſa, contributio recipitur, quod rationem habet, cum arbor ob navis ſalutem perierit, ejuſque jactus totius navigii cauſam defendit.

LEX VI.

Julianus Lib. LXXXVI. *Digeſtorum.*

Navis adverſa tempeſtate depreſſa, ictu fulminis deuſtis armamentis, & arbore & antenna Hipponem delata eſt : ibique tumultuariis armamentis ad præſens comparatis, Hoſtiam navigavit, & onus integrum pertulit. Quæſitum eſt, an ii, quorum onus fuit, nautæ pro damno conferre debeant? Reſpondi, non debere. Hunc enim ſumptum inſtruendæ magis navis, quam conſervandarum mercium gratia factum eſſe.

SVM-

Vinnius.

(c) Etiam cum armamenta dejiciuntur aut cæduntur ex ea cauſa, ex qua jactus mercium fieri ſolet, id eſt, removendi communis periculi & ſervandæ navis gratia, contributioni locus eſſe debet : quoniam eadem hoc caſu ratio ſubeſt æquitatis. *ſup. l. 2. par. 1. in fin. & l. 3. eod.*

 (a) Quam-

SVMMÆ RERVM.

1 *Fulmen quotuplex, & cujus natura ſit.*
2 *Hipponenſis civitas qua.*
3 *Caroli 5. Imp. victoria.*
4 *Tumultuaria armamenta qua ſint.*

a *Armamenta qua ſunt, abunde ſatis annotavimus* ad. l. 1. ſup. tit. 1. *Igitur ſi exuſta fulmine armamenta navis habet, in contributionem ea venire non debent. Illud ſane controverſum non eſt, velum, antennas, armamenta denique altiora vel tempeſtate vel fulmine facillime deiici. Hinc apud Virgilium legitur:*

Stridens Aquilone procella
Velum adverſa ferit, fluctuſque ad ſidera tollit.
Franguntur remi, tum prora avertit, & undis
Dat latus, inſequitur cumulo præruptus aquæ mons

Accurſius autem hoc loco annotat, quoddam fulmen adurere, quoddam afflare, quoddam diruere. Sed hac
b *pulchrius apud Annaum Senecam explicantur.* Fulminum (*inquit ille*) genera ſunt illa, quod terebrat, quod diſcutit,

VINNIVS.

(*a*) Quamvis per conſequentias armata & inſtructa navi merces quoque conſerventur, hujus tamen ſumptus nomine non fit collatio: quoniam, ut hic ait Iulianus, is ſumptus inſtruendæ magis navis, quam conſervandarum mercium gratia fit. Ex lege autem Rhodia id duntaxat impendii in contributionem venit, quod non ob aliam cauſam, quam ut navis & merces conſervarentur, factum eſt. Quod vero in caſu propoſito navis ſalvum & integrum onus. Hoſtiam pertulit, id ut ita fieret ad curam & officium nautæ pertinuit.

(*b*) Leguntur hæc apud Senecam *lib. 2. nat. quæſt. c.* 40. Initium hujus loci in prioribus editionibus Peckii truncum eſt: deſunt

diſcutit,quod urit. Quod terebrat ſubtile eſt & flam- 1
meum, cui per anguſtiſſimum ſuga eſt, ob ſynceram & puram flammæ tenuitatem: quod diſſipat. comglobatum eſt, & habet admixtam vim ſpiritus coacti & proceloſi. Itaque illud fulmen per id foramen, quod ingreſſum eſt, redit & evadit. Hujus late ſparſa vis rumpit, icta non perforat. Tertium illud genus, quod urit, multum terreni habet, & igneum magis eſt quam flammeum. Itaque relinquit magnas ignium notas, qnæ percuſſis inhæreant. Quod urit, & fuſcat, tribus modis urit: aut enim aflat, & levi injuria lædit aut comburit, aut accendit. Omnia iſta urunt, ſed genere & modo differunt. Quodcunque combuſtum eſt, utique & uſtum eſt. At non omne quod uſtum, utique & combuſtum eſt.

Hipponem. *Civitas eſt Africæ hæc, Præſulatu Divi* 2
Auguſtini celebris, quam invictiſſimus auguſtiſſimuſque c
Imperator Carolus ejus nominis Quintus, expugnata Car-

V I N N I U S.

deſunt enim illa, *quod terebrat*, *quod diſcutit, quod urit*, quæ omnino ut exprimantur, exigit auctoris diſtributio: Forte operarum negligentiæ id adſcribendum. Idem tamen defectus eſt & in noviſſima editione Antwerpienſi: ſed illa etiam inſignibus mendis ſcatet, eademque omnia vitia habet, quæ Hagenſis.

(c) Hippo, cujus hic meminit Iulianus, eſt urbs Numidiæ in ora maritima, nobilitata potiſſimum D. Auguſtini epiſcopatu. Hodie vocatur Bona, ut tradit Hadrianus Iunius. Dicebatur olim & Hippo Regius. Silius *lib.* 3.

Antiquis dilectus regibus Hippo.

Quo etiam nomine ab Auguſtino non ſemel appellatur, maxime in epiſtolis. Eſt ejuſdem nominis & alia urbs Africæ, ſed à litore remotior, quæ quod in paluſtri loco ſita eſt, Hippo diarthytus, id eſt, dilutus vocabatur. Meminit ejus Plin. *lib.* 5. *c.* 4. *& aliis locis.*

(d) Tu-

Carthagine, quam Tunctum dicunt, cæteriſque locis circumviciuis devaſtatis, & immaniſſimo Chriſtiani nominis hoſte Oenobarbo profligato, funditus una cum arce illi impoſita per inclytum Melphitarum Principem, evertit.

4 Tumultuariis armamentis. *Exiſtimat Accur. tumultuaria armamenta eſſe, quæ in auxilium contra tumultum & impetum maris quæſita ſunt. Ego aliter ſentio, nec puto aliquem hac in re cum Accurſ. ſentire. Exiſtimo itaque tumultuaria hic armamenta dici, quæ ſubitaneè, præpropere & rapide empta ſunt, & ex tempore conquiſita, non autem juſte & plane fabrefactà. In qua ſignificatione tumultuarium Livius accepiſſe videtur in* lib. primo de bello Maced. *Duabus (inquit) legionibus ſubitariis, tumultus ejus cauſa ſcriptis, additiſque ad eas quatuor cohortibus de exercitu ſuo, Cajum Appium Præfectum ſociorum, hac tumultuaria manu per Vmbriam agrum Bojorum invadere juſſit. Sed & ſic Budæum quoque ſentire video* ad l. 1. int. depoſiti.

Hoſtiam. *Civitas eſt hæc (ut Strabo deſcribit) in oſtiis Tyberinis ſita, ab Anco Martio condita, cujus & Plinius* lib. 19. nat. hiſtor. in principio. *quoque meminit, in ipſo maris fluminiſque confinio, ut totius mundi opes illo veluti maritimo urbis hoſpitio reciperentur. Inde Cardinalem noſtrum Hoſtienſem dictum arbitror. Cætera quæ ad legis iſtius explicationem pertinent, ex ſuperioribus non magno negocio peti poſſunt.*

LEX

VINNIUS.

(*d*) Tumultuarium dicitur, ut ait Budæus, quicquid properatum ac ſubitarium, aut rapide factum quæſitumve eſt, ut tumultuarium opus, id eſt, αὐτοχέδιον, tumultuarius miles, tumultuarius exercitus. *Liv. lib. 5.* id eſt, raptim & feſtinanter conſcriptus. Cicero 1. *in Anton. orat.* bellum ſubito ac derepente concitatum tumultum appellari ſcribit. Ita hoc verbum accipi poteſt in *l. 1. §. 1. inf. depoſ. l. 23. in fin. de reg. jur.*

(*a*) Nihil

LEX. VII.

PAULUS LIB. III.

Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

Cum depreſſa navis, aut dejecta eſſet, id quod quiſque ex eo ſuum ſervaſſet, ſibi ſervare reſpondit, tanquam ex incendio.

LEX. VIII.

IVLIANVS LIB. II.

Ex Minicio.

Qvi levandæ navis gratia res aliquas projiciunt, non hanc mentem habent, ut eas pro derelicto habeant: quippe, ſi invenerint, eas ablaturos, & ſi ſuſpicati fuerint, in quem locum ejectæ ſint, requiſituros: ut perinde ſit, ac ſi quis onere preſſus in viam rem abjecerit, mox cum aliis reverſurus, ut eandem auferret.

SVMMÆ RERVM.

1 *Differentia inter miſsilia & merces.*
2 *Vlpianus Iuliano conciliatus.*
3 *Dictio (plerumque) quomodo interpretanda.*
4 *Inventor mercium quid facere debeat.*
5 *Inventor an aliquid petere poſsit.*

Alia

1 *Alia ſane cauſa eſt earum rerum quæ tempeſtate or-*
a *ta, levandæ navis gratia in mare ejiciuntur, quam ſi quis miſſilia in vulgus proiiciat, quæ pro derelicto ex modo jaciendi habere cenſetur.* § penul. Inſtitut. de rer. diviſ. *Etenim quæ in mare alleviandi gratia proiiciuntur, dominorum manent: quia palam eſt non eo animo abiici, quod quis eas habere nolit, ſed quo magis cum ipſa rate mortis mariſque periculum effugiat. Igitur ſi quis eas fluctibus expulſas, vel etiam ipſo in mari nactus, lucrandi animo abſtulerit, furtum committit. Sed de his ad eas leges latius dicemus, quas ad nauticam materiam pertinentes, ex titulo Pandectarum de incendio,*
b *naufragio, & ruina examinabimus. Sed quidam putant*

VINNIUS.

(*a*) Nihil hic Peckius ad *l. cum depreſſa.* 7. ſed ratio hujus legis ex iis, quæ ſupra dicta ſunt, ſatis intelligitur, nimirum collationi locum non eſſe, niſi quid factum ſit ſervandæ navis cauſa, quo & navis ſalva evaſerit; ac proinde ſi navis depreſſa fuerit, nemo ad contributionem vocatur. *Depreſſa*, id eſt, *ſubmerſa. Cic. pro Arch. Poët. Cum interfectis ducibus depreſſa hoſtium claſsis, & incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis &c. Cæſ.* 1. *de bell. civ. Partem navium deprimunt, partem cum hominibus capiunt. Deprimunt*, id eſt, *demergunt*, καταδύουσι Græci *Baſil.* 53. ναυαγήσαντος τοῦ πλοίου, ὅπερ ἄν τις ἐκ τῶν ἰδίων σώσῃ, ἑαυτῷ ἔχει, ὥσπερεὶ ἐξ ἐμπρησμοῦ. *Alſmen ſchip. en ſcharre verlieſt, vermogen de kooplieden hare goederen, die aen ſtrande komen ofte noch in Zee drÿven, yegelick de zijne te aenvaerden; ſonder eenige contributie den anderen te doen. Ende die meeſt berght die minſt verlieſt. in aller manieren, off die uyt den brandt gehaelt waren. Weytſ. tract van avar. ſect. Nu is de queſtie contrarie.*

(*b*) Qui oborta tempeſtate levandæ navis gratia res aliquas in mare projiciunt, non hanc mentem habent, ut eas pro derelicto habeant, ſed ut levata nave maris periculum effugiant: quam ob cauſam res ita jactas dominorum permanere infinitis locis traditum eſt. §. *ult. Inſt. de rer. diviſ. l.* 9. §. *ult. inf. de acq. rer. dom. l. pen. inf. pro derel. l. interdum.* 21. §. 2. *inf.*

putant aliud ab Vlp. traditum eſſe, ut in ambiguo creda-

VINNIVS.

inf. de acq. poſſ. l. quæcunque. 58. *inf. de acq. rer. dom. l.* 2. *in fin. l.* 8. *hoc. tit. Harmenop. lib.* 2. *tit.* 11. §. 19. Attaliata *ſynopſ. tit.* 48. τὸ ῥιπτούμενον, inquit, οὐ γίνεται ἀδέσποτον, ἀλλὰ τοῦ δεσπότου μένει &c. Iavolneus *d. l.* 21. §. 2. *de acq. poſſ. non poteſt videri id pro derelicto habitum, quod ſalutis cauſa interim dimiſſum eſt.* Et ſecundum hæc Petrus Garſias *lib. Le grand routier & pilotage de la mer. Si un navire à faict ject de pluſieurs marchandiſes &c. il eſt à preſumer, que celuy, qui a faict le dit ject, à encore intention & vouloir de les recrouvrer.* Cum his tamen committitur Vlpianus, quaſi ille à cæteris omnibus diſſenſerit, putaveritque jactum fieri animo derelinquendi, aut ſaltem credendum eſſe plerumque eo animo fieri, & quaſi periturum ſit, quod jactatur. quæ fere ejus verba ſunt in *l. falſus creditor.* 43. §. *pen. inf. de furt.* Reſpondet Weſenbecius Ulpianum eo loco de jactu ſpontaneo loqui, de eo videlicet, qui ſimpliciter nec urgente aliqua neceſſitate res aliquas in mare projicit, hunc nimirum in hac actione mere voluntaria credibile eſſe pro derelicto velle habere id, quod videtur ut periturum jactare, ſicut & alias res ſponte abjecta aut deſerta, tanquam pro derelicto habita, noſtra eſſe deſinit. *l.* 1. *inf. pro derelict.* ſed ita niſi ea ſit rei circumſtantia, ut temporis cauſa, & requirendi animo abjectum cenſeri debeat. Et quamvis hanc reſponſionem quidam ut ineptam explodant; alii hic hæſitent, ut Nic. de Paſſeribus in *conciliar. leg.* eam tamen locus ipſe non parum juvat. Nam ex fine *d. par. pen.* manifeſtum eſt Ulpianum diſtinxiſſe inter id, quod ſimpliciter, & non ſimpliciter jactatum ſit. Idem denique Ulpianus in *l. Pomponius. inf. de acq. rer. dom.* ait, quæ naufragio amittimus, noſtra quidem eſſe deſinere, non tamen ſtatim, ſed ubi recipi non poſſunt, id eſt, ubi non eſt, cur credatur aliquis animum domini retinere, ubi nulla talis voluntatis indicia extant: nam ſi miſſi eſſent, qui rem inquirerent, aliud eſſet judicandum. Loquitur quidem Ulpianus in *d. l. Pomponius.* de eo, quod naufragio amiſſum eſt, non de eo, quod levandæ navis gratia ejectum: cæterum idem in utroque juris eſt; quoniam utrumque eſt in deperdito, neutrum in derelicto. Iavolenus *l. interdum.* 21. §. 1. & 2. *inf. de acq. poſſ.*

(c) Hoc

credatur, dominum voluntate relinquendi abjeciſſe, in l. falſus §. ſi jactum. inf. de furt. Si jactum (*inquit*) ex nave factum alius tulerit, an furti teneatur. quæſtio in eo eſt, an pro derelicto habitum ſit: & ſi quidem derelinquendi animo jactaverit (quod plerumque credendum eſt, quum ſciat periturum) qui invenit
2 ſuum fecit, nec furti tenetur. *Mihi profecto videtur nihil eſſe facilius quam Vlpianum reconciliare Paulo, Iuliano, Cajo, & cæteris Iureconſultis, ſi hanc dictionem*
3 plerumque *non ſæpe, ſed interdum interpretemur, hoc modo, plerumque, id eſt, interdum credendum eſt, derelinquendi animo jactaſſe, quum ſcilicet ſciat periturum; puta ſi in medio mari bene procul à terra jactum fiat, ut vix credi poſſit, non habitum pro derelicto, quum recuperandi ſpes nulla ſupereſſet, & ſciret, id eſt, crederet periturum.* Idem ſentit Conna. lib. 2. cap. 2. *Sic Cicero de Inventione* 2. Fortuita ſunt, quæ plerumque, non ſem-
c per eveniunt, *id eſt, quæ interdum. Nam & quæ raro accidunt, fortuita tamen dicuntur. Porro ſi is qui invenit, neſciat cujus ſit, probe fecerit ſi aut per libellum, aut per præconem indicaverit inveniſſe ſe rem deperditam, & à domino, ut ſibi videtur, amiſſam, quam ſe redditurum pollicetur, qui ſuum id eſſe demonſtraverit.* Faber & *alii.*

VINNIVS.

(c) Hoc enim pacto palam oſtendet, ſe non tuliſſe eam rem animo furandi *d. l. falſus creditor. par. ſed. ſi 7. & ſeq. de furt.* Quid ergo ſi poſt hujuſmodi libellum propoſitum, aut (ſicubi conſuetudo eſt) poſt inſinuationem præconis voce factam, nemo ſeſe offerat, qui rem inventam ut ſuam repetat? Poterit inventor, ſi pauper eſt, eam ſibi ceu munere Dei conceſſam retinere: ſin dives eſt bene & pie fecerit, ſi in uſus aut alimoniam pauperum eam convertat. *Fab. Cant. Schneid. ad §. ult. Inſt. de rer. div. Welwod tit. 24. abridgem. of all ſea-lawes. Bart in d. l. falſus creditor. par. qui alienum.*

(d) Mera

alii. in d. §. penul. *Quibus omnibus rite & ſolemniter peractis, ſi nemo compareat: vel ſibi, vel cæteris æque paupertate oppreſſis, ſi inops eſſe reperiatur, aſſcribere poterit. Si autem dives ſit, vel in pauperum, vel in Eccleſiæ uſum convertere debet.* auth. omnes peregrini. C. communia de ſucceſſio. *Et hæc ſecundum juris legiti-* d

mas

VINNIUS.

(*d*) Mera injuria eſt, nulla probabili cauſa præcedente ſuum alicui auferre: atque ob id antiquis ſemper religioſum fuit bona naufragorum fiſco addicere. Extat de ea re conſtitutio Conſtantini *l. 1. C. de naufrag.* in hæc verba: *Si quando naufragio navis expulſa fuerit ad litus, vel ſi quando reliqua terram attigerint, ad dominos pertineat: fiſcus meus ſeſe non interponat. Quod enim jus habet fiſcus in aliena calamitate, ut de re tam luctuoſa compendium ſectetur?* Apud nos cautum eſt, ut ſuas cuique res ruptas deperditaſque repetere liceat, modo id fiat intra annum & ſex ſeptimanas, impenſæque ſolvantur, quæ forte factæ ſint ab harum rerum ſuſceptoribus, cum mediocri mercede cuſtodiæ nomine. *Grot. lib. 2. introd. ad juriſprud. Bat. c. 4. adde c. 4. ſtat. Zel. placitum Philippi* II. *van Zeedrift.* Caroli V. 10. *Decemb.* 1547. & plura ejuſmodi citata à Sim. Groenweg. ad *Grot. d. loc.* In Gallia eo jure utuntur ex conſtitutionibus Ludovici XII. & Henrici III. ut non niſi intra duos menſes dominis liceat abjecta aut naufragio deperdita perſequi: alioqui extractorum tertia pars urinatoribus conceditur, tertia Almyralio, tertia fiſco vindicatur, aut Dynaſtis, quorum in finibus extracta ſunt. *l'Almiral de Franc. Ant. Mornac. in l. 2. in fin. ſup. hoc tit.* Idem in *l. 4. §. 1. eod.* ubi tamen hoc procedere refert, ſi intra annum & diem à naufragio non fuerint repetita, ex Terrieno veteris Norman. conſuet. interprete: unde forte & Welwod ſumpſit, quod tradit in *compend. leg. naut. tit. 24. and no mam claiming the ſame for the ſpace of a yeere and à day &c.* convenit *c. 249. di roba trovata. lib. conſul.* Apud Petrum Garſiam *d. lib. le grand routier.* hoc tantum habetur: *Et pourtant ceux qui les trouveront, ſont tenus les reſtituer à celuy qui en fera la pourſuite, ou en faire des aumones pour Dieu.* Rebuffius autem ad *conſt. reg.*

mas conſtitutiones recepta ſunt, à quibus multarum nationum conſuetudinibus hodiernis temporibus receſſum eſt, quibus cavetur omnes omnino res, quas alluens mare ejecit, ad loci præfectos, per inventores deferendas eſſe. Sed an re inventa inventori aliquid debeatur, apud veteres dubitatum fuit, & ſane Ulpianus ait probe peti non poſſe, ſi nihil in eas res impenſum ſit, ſed honeſte recipi poſſe, in l. falſus. §. plerique. inf. de furt.

LEX IX.

Voluſius Mætianus ex lege Rhodia.

Ἀξίωσις εὐδαίμονος Νικομηδέως πρὸς Ἀντωνῖνον βασιλέα. Κύριε βασιλεῦ Ἀντωνῖνε, ναυφράγιον ποιήσαντες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, διηρπάγημεν ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰ-

κούν-

VINNIUS.

gloſſ. 5. proœm. n. 74. ſcribit, ex conſuetudine generali quando fit naufragium, dominum territorii occupare illa bona tanquam oberrantia: quam tamen conſuetudinem ut peſſimam damnat. atque ut ex Mornacio *obſerv. ad l. 9. inf. eo l.* diſcimus, de facto tantum hoc obſervatur ſine ullo jure. Nihil ait tam repugnat Chriſtianæ pietati, imo legi naturæ ac civili, quam ſi illiſa ſcopulis nave, naufragii reliquias vel nobilis vel quivis alius auferat. ac proinde graviter coërcendas & Almiraliorum & officiorum ereptiones frequentiſſimas, potiſſimum Dynaſtarum ſeu regulorum, qui ad oras maris imperitant. Lex Rhodia tormentis ejuſmodi prædones ſubiici, damnumque in duplum ſarciri jubebat, βασανίζεσθαι, καὶ τὴν προσγενομένην ζημίαν ἀπολογεῖσθαι κατὰ τὸ διπλάσιον. *add. auth. navigia. C. de furt. Gail.* 1. *obſ.* 18. *Gudelin. de jur. nov. lib.* 5. *c.* 10. *Chriſtin. vol.* 5. *deciſ.* 64. *Grot. lib.* 2. *de jur. bell. & pac. c.* 7. *Bodin. lib.* 1. *de repub. c.* 10. ubi graviter invehitur in præcipitem illam rerum in litus expulſarum publicationem.

(*a*) Libe-

κυρίων. Ἀντωνῖνος εἶπεν Εὐδαίμονι. ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης. τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ, ἐν οἷς μήτις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται. τοῦτο γὰρ αὐτὸ καὶ ὁ θειότατος Αὔγουστος ἔκρινεν. id eſt, libellus Eudæmonis Nicomedienſis ſupplicatorius ad Antoninum Imperatorem. Domine Imp. Antonine, facto in Italia naufragio, ſpoliati direptique ſumus à ſervis publicis, qui Cycladas inſulas inhabitant. Reſpondit Antoninus Eudæmoni. Ego quidem mundi dominus, lex vero maris. Lege id Rhodia, quæ de rebus nauticis præſcripta eſt, diſceptetur: quatenus nulla ei noſtrarum legum adverſetur. Hoc idem Divus quoque Auguſtus judicavit.

SVMMÆ RERVM.

1 *Cyclades inſulæ quæ.*
2 *Imperator an ſit dominus mundi.*
3 *Romanis an totus mundus paruerit.*
4 *Principes omnes quomodo Imp. ſubſint.*
5 *Conſuetudo contra leges non valet.*

CYclades. *Inſulæ ſunt Cyclades (ut Plinius teſtatur)* 1 *in Ionio mari, quarum prima Andrus cum oppido, a deinde*

VINNIUS.

(*a*) Liberandus eſt textus Græcus mendis aliquot, quibus judicio eruditorum laborat. Pro ναυάγιον ποιήσαντες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, lege aut cum Salmaſio *lib. de mod. uſur. c. 4.* ἐν παρα-

deinde Tenos cum oppido, quam ob aquarum abundantiam Ariſtoteles Hydruſſam appellatam ait, & alia plurima

VINNIUS.

παραλίᾳ, id eſt, in litore ſeu ad oram maritimam: aut ἐν τῇ Ἰκαρίᾳ, id eſt, in mare Icario, ut reſtituit Grotius *in ſparſ. flor.* Nam hæc duo conſiſtere non poſſunt, naufragium facere ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, & expilari à publicanis Cycladum. Samuel Petitus *lib. 3. miſc. c. 1.* & Ioan. Seldenus *lib. 1. mar. clauſ. c. 25.* reponunt ἐν τῇ Τηλίᾳ, in mari Teleo. quod non ſine ratione diſplicet Salmaſio. Pro ὑπὸ τῶν δημοσίων, ex ſententia Salmaſii & Grotii repone, ὑπὸ τῶν δημοσιωνῶν, id eſt, τελωνῶν, à publicanis. Pro τῷ νόμῳ Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ, lege κρινέσθω τὰ ναυτικὰ judicentur res nauticæ, quod & ad oram notatum eſt in jure navali Rhodiorum, quod Tiberius, Hadrianus, Antoninus &c. ſanxerunt, *tom. 2. jur. Græco Rom. ſect.* ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀντωνῖνος, unde pars hujus legis nonæ à Voluſio Mæciano exſcripta eſt. Harmenopulus *lib. 2. tit. 11.* τὰ ναυτικὰ πάντα, καὶ ὅσα κατὰ θάλασσαν κρίνεται, Ῥοδίῳ τέμνεται νόμῳ & Docimius ad *fin. tom. 2. d. jur. Græco-Rom.* κατὰ τοὺς Ῥοδίους νόμους τὰ ναυτικὰ ζητήματα κρίνεται ſecundum leges Rhodias controverſiæ nauticæ deciduntur. Hoc idem & Salmaſius judicat. Ioan. Seldenus uno ſpiritu hæc legit, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης, τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ. quæ lectio etſi inepta & abſurda videtur Salmaſio, ut & revera eſt: (quid enim hoc ſignificat ut alia omittam, ὁ νόμος κρινέσθω τῷ νόμῳ, lex judicetur lege?) mire tamen placet Seldeni populari Thomæ Rivio ad *fin. lib. 3. hiſt. naval. med.* advocanti Dionyſium & Iacobum Gothofredos. Credibile porro eſt publicanos bona naufragorum, quorum dominus intra certum tempus lege præfixum non apparebat, ſibi ceu fiſco vindicaſſe: cæterum ea aſſervare ſolitos, proque ea cuſtodia jus habuiſſe partem eorum bonorum, dominis ea tempeſtive repetentibus, retinendi. tantam nimirum, quanta definita erat lege Rhodia, quæ pro jure gentium ex conſenſu populorum in illo mari vigebat. Atque ad hoc jus naufragos ſupplicantes remittit Antoninus. Illud mihi perſuadere non poſſum lege Rhodia naufragia omnia ſtatim & ſine dilatione fiſco vindicata fuiſſe, quo nihil poteſt excogitari crudelius: Quid enim tam crudele atque inhumanum, quam miſeros naufragos, ἀσύλητον μέρος, diripere? cum contra

rimæ quæ late apud eundem recenſentur. Dictæ Cyclades, quod in cycli formam diſponantur. Nam à promontorio Ceraſto, circa Delum in orbem ſitæ ſunt.

Dominus mundi. *Impatiens hic moræ Albericus, con ra Gallorum Regem à ſubjectione Imperatoris ſe eximentem, indignabundus exclamat. Omnes enim nationes* 2 *de jure Imperatori ſubſunt.* cap. Adrianus. 92. diſtinct. *& (ut Bal.* ſup. in procemi. digeſt. *ait) in univerſa ditione ſupremus eſt, quæ aſcendentem deſcendentemque & utrumque latus aſpicientem ſolem reſpicit, & in omnes inſulas ad late patentis Oceani receſſus imperium eius extenditur.* auth. ut omnes obe. judicibus provincia. b §. ſed. hæc. conſiderantes. *Quinimo & pleriſque viſum eſt in hæreſis crimen incidere eum, qui contrarium defendere pertinaciter conatur.* Bart. in. l. hoſtes. inf. de capt. & poſtli. rever. *Axioma iſtud an Imperator totius mundi dominus ſit, multis in locis latiſſime diſputatur,*

VINNIUS.

tra lex Rhodia, ut eſt nauticarum legum vetuſtiſſima, ita & ab æquitate tantopere commendatur, ab εὐνομίᾳ & ἐπιεικείᾳ à Strabone *lib.* 14. ab aliis paſſim ut irreprehenſibilis. Docimius ad *fin. jur. Græc. Rom.* Εἰσὶ γὰρ οἱ τῶν Ῥοδίων νόμοι τῶν ἄλλων ναυτικῶν νόμων παλαιμφέστεροι, καὶ ἔχουσιν εἰς τὰ πλείω καλῶς, καὶ ἐν τοῖς περισσοτέροις τυγχάνουσιν ἀνεπίληπτοι. Iunge quæ nos *ad l.* 1. *C. de nauf. lib.* 1.

(*b*) Bartholus hæreticum auſus eſt pronuntiare. qui neget Imperatorem Romanum jus habere imperandi in omnes populos, quamvis remotiſſimos & hactenus incognitos: non tam ideo, ut opinor, quia Imperatores Romani interdum ſe mundi dominos vocant, quam quod etiam in ſacris literis imperium Romanorum nomine orbis terrarum, τῆς οἰκουμένης, appellatur, ut *Luc. c.* 2. Sed vel pueri ſciunt talia aut per exceſſum dici, aut per excellentiam, & intelligi eam duntaxat terræ portionem, quæ Romanis parebat.

tatur, & dum quiſque ingenioſus videri cupit, ſuoque Principi, poſtpoſita etiam veritate, placere: accidit, ut
3 *in centum opinionum myriades quæſtio deducatur. Multæ ſunt equidem provinciæ quæ Romano Imperio non paruerunt, ut Scythia, & Sarmatia, & ultra Euphratem fluvium univerſus Oceanus, aliæque nationes plurimæ, quas ex iis titulis colligere poſſumus, qui de armis & aliis rebus ad bellum pertinentibus ad hoſtes non tranſvehendis, conſtituerunt.* C. de commerc. & eunuc. *Alii in* l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcr. *jura hæc ad conſonantiam quandam & harmoniam reducere cupientes, de jure quidem omnes Principes omneſque regiones & regna Romanorum Imperatori ſubeſse contendunt, nonnullos tamen reges vel vi, vel privilegio, vel præſcriptione immunes eſse. Quorum tamen reconciliatio a pleriſque ridetur, eo quod verba non ad factum, ſed ad jus referri debeant.* Alc. ad l. 1. C. de ſumma trinit.
c *Ego ſane in eorum ſententiam tranſeo, qui Imperato-*

rem

VINNIUS.

(c) Hæc Peckii ſententia non minus, quam ſuperior illa Alberici, Bartoli, Baldi & aliorum, ut ridicula, explodenda eſt; & damnanda, ut injurioſa in alios Reges & Principes, qui germanorum Imperatoribus nunquam ſubjecti fuerunt. Neque enim Germani unquam Galliam, Hiſpaniam, Angliam &c. tenuerunt: nec ipſi Romani omnes Aſiæ aut Africæ ditiones. Quid quod Germani, qui Romanum Imperium obtinere dicuntur, ipſis Romanis, quibus provinciæ iſtæ paruerunt, infenſiſſimi hoſtes fuere. Nimirum Romani bello illato per injuriam multas provincias ſubegerunt, quorum jugum belli & gentium jure populi viciſſim excuſſerunt. Conſtat utique nec in omnia, quæ fuere populi Ro. Imperatorem nunc jus habere, multa ut bello quæſita, ita bello amiſſa: alia pactionibus, alia derelictione in aliarum gentium aut regum jus tranſiiſſe: quaſdam etiam civitates olim plane ſubditas, poſtea ex parte tantum ſubditas, aut tantum inæqualiter fœderatas eſſe cœpiſſe. Om-

nes

rem reſpectu univerſalis regiminis, de jure mundi dominum eſſe declarant. Et quamvis alia ad particulares Principes pertineant: univerſitas tamen de jure ad Au- d *guſtum ſolum. Igitur etſi diverſa regna diverſi reges obtineant: hi tamen omnes (niſi ſpeciali privilegio exempti reperiantur* Bal. hic.) *Imperatori non ſecus ſubeſſe, quam Pontifici Cardinales, cæterique eccleſiaſtici ordines, tenentur. Recte ne igitur, an perperam agant, qui non ſolum Romanorum Imperatori in immaniſſimos Chriſtiani nominis hoſtes bella paranti ſubſidium non exhibent, ſed omnem omnino lapidem moventes obſtaculum præbere conantur, Chriſtiani hominis eſto judicium.*

Quatenus nulla &c. *Quæ igitur conſuetudine contra* e *leges*

VINNIUS.

nes vero hi modi aut amittendi aut mutandi juris non minus adverſus Imperatorem Romanum, quam adverſus alios valent. vide *Grot. lib. 2. de jur. bell. & pac. c.* 22. De Principum inter ipſos dignitate prærogativa vide *Bodin. lib.* 1. *de repub. c.* 10. ubi aſſerit nullam in Europa monarchiam magis eſſe regiam Francica.

(d) In eandem rem citatur Peckius à Zoeſio *n.* 13. *ad h. tit.* Cæterum Zoeſius aperte fatetur regna illa, quæ modo memoravimus, pluresque alias provincias Imperio Germanorum minime ſubjectas eſſe. Moderatius quoque loquitur de ſuppetiis mittqndis Imperatori expeditionem in Saracenos paranti. ait enim, *vel ſaltem impedimento non eſſe.* puod utique officium pietatis eſt.

(*e*) Voluerunt itaque Romani Imperatores controverſias nauticas lege Rhodia dirimi, niſi quid aliter nominatim legibus Romanis definitum eſſet. ὅταν μὴ ἄλλος νόμος ἐναντιούμενος τοῖς τῶν Ῥοδίων νόμοις εὑρίσκηται. *Harmen. ubi. ſup.* ἐὰν δὲ ἕτεροι νόμοι ἐναντιῶνται αὐτοῖς, ἀργοῦσιν οἱ τῶν Ῥοδίων νόμοι, καὶ οἱ ἄλλοι τὸ κράτος ἔχουσι. ubi vero leges aliæ ipſis adverſantur, ceſſant leges Rhodiorum & illæ aliæ robur obtinent. *tom.* 2. *jur. Græco-Rom. in fin.* Derogarunt Romanæ leges legi Rhodiæ in eo, quod admiſerunt etiam trajectitiam pecuniam ſine periculo creditoris accipi poſſe; quanquam eo caſu majus

leges ab aliquibus recepta ſunt jure ſubſiſtere non debent. l. conſuetudinis. C. quæ ſit longa conſuetudo. *& longiſſimi temporis præſcriptione firmitatem acquirere non poſſunt.* Fely. in c. cum contingat. nu. 5. de foro competen. c. fi. de conſuet. *Etenim non abſque delectu conſuetudo admittitur, ſed tunc tantum ubi contra*
f *ſcriptam legem non pugnat.* Præpoſitus in c. conſuetudinis, in fi. 11. diſtin. & in c. in iſtis, nu. 3. 4. diſtinc. *At ſi omnino in ratione fundata eſt, quadraginta annorum ſpatio legi frenum imponere poſſe à pleriſque, & communi ſententia reſponſum eſt.* Gloſ. & Doct. in d. cap. fi. de conſuet.

LEX X.

LABEO LIB. I.

Πιθανῶν *à Paulo in Epitomen redactorum.*

Si vehenda mancipia, conduxiſti, pro eo mancipio, quod in nave mortuum eſt, vectura tibi non debetur. PAULUS. Imo quæritur, quid actum eſt: utrum

VINNIUS.

legitima uſura fœnus non debeatur. *l.* 4. *inf. de naut. fœn.* cum lege Rhodia non aliter licuerit pecuniam trajectitiam fœnore dare, quam ut periculum ejus reſpiceret creditorem. *Salmaſ. ubi ſup.* Nos quoque *ſup. ad l.* 2. §. *ſi conſervatis.* 1. *& par. ſi navis.* 3. *utrobique lit. B.* notavimus per §§. iſtos derogatum capitibus legis Rhodiæ 9. 31. 35. 41. & 43. ut referuntur. *d. tom.* 2. *jur. Græco. Rom. ſub. fin.*

(*f*) Totum hoc potius arbitrio judicis relinquendum, ut & cætera, quæ certo jure definita non ſunt. *arg. l.* 1. §. 1. *inf. de jur. delib. l.* 9. *C. de bon. auct. jud. poſſ. Cujac.* 20. *obſ.* 1. *Menoch. conſ.* 543. *Ant. Fab.* 1. *juriſpr. Papin.*

utrum pro iis qui deportati eſſent, merces daretur? Quod ſi apparere non poterit, ſatis erit pro nauta, ſi probaverit impoſitum eſſe mancipium.

SVMMÆ RERVM.

1 *Actus contrahentium debent regulari ſecundum eorum intentionem.*
2 *Debitor quomodo interitu rei debitæ liberetur.*
3 *Corpora mortua vivi graviora.*
4 *Caſus fortuitus quomodo excuſet.*
5 *Advocati non perducentes cauſam ad finem, an conſequi debeant totum ſalarium.*

Quid actum ſit. *Cum actus agentium, & eorum qui contrahunt, ſecundum intentionem, verba, mentem eorundem, interpretationem recipiant & effectum: illud omnino ante omnia diligentiſſime inquirendum erit, quid expreſſe inter ſe egiſſe contrahentes probari poſſit.* l. ſed Celſus. §. ſi fundus. inf. de contrahen. empt. *Vnde ſi a non*

VINNIVS.

Papin. 2. pr. 11. Diod. Tulden. ad tit. Inſt. de jur. nat. gent. & cir. c. 4.

(*a*) Labeo hoc non dicit, ſed Paulus notans Labeonem in propoſito contrarium ſimpliciter reſpondentem. Quorſum autem à Peckio citetur. *Nov. de jurejur. à morient. præſt.* non video. Igitur ſecundum ſententiam Pauli primum hic inſpiciendum eſt, quid actum ſit inter vectorem & magiſtrum navis, uti & alias *l. ubi. verborum 21. inf. de reb. dub. l. 34. de reg. jur.* utrum pro his, qui navi impoſiti ſunt, merces daretur, an pro his, qui deportati ſeu tranſvecti eſſent. Et poſteriore quidem hoc caſu aſſentitur Paulus Labeoni; quia in eſt hæc conditio, ſi deportati fuerint *Caſtr. hic. n. 5.* Cæterum

non appareat quid actum ſit: ſatis erit pro nauta (ut Labeo ait) ſi probaverit, impoſitum mancipium eſſe.in auth. de juramen. à morien. præſt. *Cur ita? Cum mors omnia ſolvat, cur mortua ſpecie vel interempta, vector non liberabitur? Sane quod mors omnia ſolvere dicatur, ad naturalem tantum, non item ad civilem diſſolutionem pertinet*, l. ſi Titius. inf. de verb. ob. *& ad hunc ca-*
2 *ſum applicari non poteſt* l. ſi ſervum. §. ſequitur. inf. de ver. ob. *Speciei quidem debitor, ſi ſine culpa ea interierit, obligationis vinculo liberatur: ſed quantitatis in genere, quod perire non poteſt, obligatus extincta nihilominus ſpecie manet.* l. incendium. C. ſi cert. pet. *Porro cur impoſitionis probatione tantum à Labeone gravetur magiſter, mirum non eſt, quod cum de mente verbiſque expreſſis conſtare non poſſit, in obſcuris (ut Paulus ait) quod veriſimilius eſt, inſpici ſolet.* l. in obſcuris. inf. de reg. jur. *Sed quid hic eſt veriſimile? Vtique illud quod nauta qui operam præſtat, animalium mercinmque periculum*

VINNIVS.

terum in dubio, ſi non appareat, quid acti ſit, pro nauta ait ſufficere, ſi probaverit impoſitum eſſe mancipium, ex eo videlicet, quod eſt veriſimilius. *l. in obſcuris.* 114. *de reg. jur. l. ſi venditor.* 38. *§. ult. inf. de act. empt.* Vehebatur enim mancipium, & tranſvectum quoque fuiſſet, ſi in navi non expiraſſet. *add. Stracch. de navib. p. 3. n. 16. & ſeqq.* Poteſt hoc idem trahi ad caupones & cænacularios, alioſque omnes, qui mercedem ex facta in ædibus ſuis commoratione exigunt. Nam cum ſint loca meritoria, id eſt, quæſtus mercediſque gratia locari ſolita, ſatis eſt ad alimentorum aut locationis pretium, ſi caupo vel cænacularius moratum apud ſe aliquem probaverit. *Ant. Mornac. hic.* Quid ſi ex ancilla, quæ vehebatur, infans in navi natus ſit? Vectura nulla eo nomine debetur; ſed aliis rationibus, de quibus in *l. ſed addes. 19. par. ſi quis mulierem. 7. inf. locat. & not. Gothof. ex Caſtrenſ.* Quæ hic Peckius de re debita perempta, & de debitore generis, plane ſunt ἐξαγώνια.

(*b*) Regu-

culum in ſe ſuſcipere noluerit. Quid enim ejus intereſt obſecro, mortuane an viventia animantia transferat? Quinimo & hoc dici ſolet, mortuis corporibus neſcio 3
quid magni ponderis ineſſe. Caſus igitur fortuitus ære 4
alieno non liberat debitorem, quod & in mutuo Iuſtinianus in §. item is. Inſtit. quib. mod. re contrahit. oblig. *& in pignore, & generaliter tandem Alexander Imp. in* l. quæ fortuitis. C. de pign. act. *reſpondit. His addi poteſt generalis illa regula, Civili Pontificioque* b
jure

VINNIUS.

(*b*) Regula ab Ulpiano tradita *l. in jure.* 161: *de reg. jur.* nihil ad caſum propoſitum facit. *In jure civili receptum eſt,* ait Ulpianus, *quoties per eum, cujus intereſt conditionem non impleri, fiat quominus impleatur, perinde haberi ac ſi conditio impleta fuiſſet.* puta cum per eum ſtat, quominus impleatur conditio, qui ſi impleta eſſet, debiturus erat. *l. Iulius Paulus.* 81. *in fin. de cond. & dem.* Apud Iulianum *l. jure civili.* 24. *eod. tit.* converſo modo regula concepta legitur, dempta ſcilicet negatione, *quoties per eum cujus intereſt conditionem impleri, fit quominus impleatur* &c. Sed non dubito, quin lectio iſta vitioſa ſit, & addenda negatio ex *d. l.* 161. Non enim minus Iulianus, quam Ulpianus, regulam hanc illuſtrat exemplo ſtipulationis, non cum per ſtipulatorem ſtat, cujus intereſt conditionem impleri? ſed cum per promiſſorem cujus eam non impleri intereſt, factum eſt, quominus impleretur. Denique falſum eſſe conſtat, ſi ipſe ſtipulator aut legatarius impediat, quominus impleatur conditio, eam pro impleta haberi. *l. in teſtamento.* 31. *in fin. l. cum ita.* 94. *verſ. diverſa. d. tit.* Poteſt ſane dari caſus, ubi pro impleta habetur conditio etiam cum per eum, cujus intereſt eam impleri, fit quominus impleatur; ſed tunc intelligi eum oportet, cujus in perſona conditioni parendum eſt? ut puta ſi juſſus ſim hæredi dare decem, & ille accipere nolit. *l.* 5. §. *item ſi qua. inf. quand. dies leg.* Poſtremo in omnibus cauſis pro facto accipitur id, in quo per eum, qui facere debet (non per extraneum aliquem, aut quo caſu fortuito) aut per eum, cujus intereſt non fieri, eumve, cum quo nobis res eſt, mora eſt, quominus ille faciat, juxta definitionem *l. in omnibus.* 39. *de reg. jur.* exempla in

l. pen.

jure probata, quod imputari non debet ei per quem non ſtat, ſi non faciat quod per eum fuerat faciendum. l. jure civili. inf. de reg. jur. *Igitur etiam ſi ad locum deſtinatum non perducat, quod fortaße propter fœtorem ejicienda ſint ea animalia, nihilominus vectores tenentur, quod & Divus Antoninus cum Divo Severo conſtituit.* Cum (*inquit*) per te non ſtetiſſe proponas, quo minus locatas operas Antonio Aquileio ſolveres, fidem contractus compleri æquum eſt. l. ſed addes. §. fi. inf.
5 locati. *Sic & Advocati, ſi per eos non ſteterit quo minus cauſam agant, honorario privari non debent*, l. qui operas. eo. tit. *de quibus omnibus ad ipſas communes regulas latiſſime à nobis diſſeritur.*

Si ea conditione navem conduxiſti ut ea merces tuæ portarentur: eaſque merces nauta, nulla neceſſitate coactus, in navem deteriorem (cum id ſciret te fieri nolle) tranſtulit, & merces tuæ cum ea nave perierunt, in qua noviſſime vectæ ſunt: habes ex conducto cum priore nauta actionem. PAVLVS. Imo contra: ſi modo ea navigatione utraque navis periit: cum id ſine dolo & culpa nautarum factum eſſet.

SVM-

VINNIUS.

l. pen. inf. de naut, fœn. l. Labeo. ſ. de contr. empt. l. Mævia. 13. *de am. legat. l. hæres.* 66. *de cond. & dem. cum ſimil.* Nihil autem horum accommodari poteſt ad ſpeciem hic propoſitam; cujus deciſio petita ex eo, quod vero videtur ſimilius, & rei, de qua agitur, aptius, ſicut in dubio, cum non apparet, quid actum ſit, facere jubemur. *l. quoties.67. l. in obſcuris.*114. *de reg. jur. add. Stracch.*

SVMMÆ RERVM.

1 *Nauta quomodo ſuſceptas merces in aliam navem tranſmittere poſſit.*
2 *Præſens & non contradicens videtur conſentire.*
3 *Subſtitutus per alium qualis eſſe debeat.*
4 *Culpa præcedens caſum fortuitum quando obſit.*
5 *Præſumptio contrariam probationem admittit.*
6 *Nautarum temeritate multi perierunt.*

Nulla neceſſitate coactus. *Quid enim ſi navis ſine dolo & culpa magiſtri vitium fecerit? Quid ſi in anteriore profectione, à piratis capta ſit? Poteſt utique fieri quod cum nauta mercator ea lege convenerit, ut ea nave quæ ex Hiſpaniis expectatur, tranſvehi debeant. Quid item ſi emiſſis bellorum furiis mutuæ naves ab hoſtibus detineantur?* Sane *ſi tale quid evenerit, excuſandus videtur nauta, qui merces ſuſceptas, contractus complendi gratia in alienam navem tranſmittit. Sed an in deteriorem? Puto & dolum & culpam hic præſtandam eſſe ſed pereuntibus rebus de interitu non tenebitur, qui in culpa reperiri non potuit.*

Te fieri nolle. *Igitur ſi præſens ſit dominus mercium, & cum impedire poſſit, taceat, conſentire videtur.* cap. con-

VINNIUS.

Stracch. de navib. n. 16. & 5. *ſeqq.* qui in propoſito tres caſus ex *Signor. de Homod. conſ.* 195. diſtinguit.

(*a*) Species hic propoſita hujuſmodi eſt: Magiſter navis, qui merces meas vehendas conduxerat, eas ſine voluntate mea & ſine ulla neceſſitate tranſtulit in aliam navem deteriorem, quæ una cum mercibus meis periit. Labeo ſimpliciter reſpondet, experiri me poſſe cum priore nauta, ut mihi hoc damnum reſar-

2 continebatur. extr. de his quæ fiunt à Prælatis. *& contra nautam actionem non habet. Regulariter tamen,* (*ut lib.* 3. *Quæſtionum Paulus ait* l. cum de indebito. inf. de prob.) *nemo ita reſupinus eſt, ut facile res ſuas jactet & indebitas profundat. Et ideo contra nautam præſumptio aſſumitur, ſi dicat exiſtimaſſe ſe mercium dominum hoc permiſſurum fuiſſe. Sed quid ſi in navem æque bonam aut meliorem tranſmiſerit? Quæſtio hæc in utramque partem ſuſtentabilis eſſe videtur. Etenim quis in dolo culpave nautam conſtituet, qui meliorem ſeu æque bonam navem eligendo hoc unice egiſſe videtur, ut domini merces ſalvæ in portum deducerentur? Quinimo à grati hominis officio decedere & in meliorem navem merces transferenti injuriam facere dicendus eſt, qui diligenti magiſtro culpam imponere conatur. Contra: quid ſi alterius*

V I N N I V S.

ſarciat, actione ex conducto locato. Paulus autem Labeonem reprehendit, quod ita ſimpliciter reſpondeat, cum potius hic adhibenda fuerit diſtinctio, an ea navigatione utraque navis perierit, an illa tantum, deterior, in quam merces meæ trajectæ. Et poſteriore quidem caſu non negat admittendam Labeonis ſententiam: priore autem caſu falſam eam eſſe dicit; ſi modo utraque navis ſine dolo malo & culpa nautarum perierit. Cujus rei hæc ratio eſt, quod æque perituræ erant merces meæ, etſi in deteriorem illam navem, tranſlatæ non fuiſſent, Nullum enim videtur nauta meis mercibus damnum dediſſe, quas conſtat æque fuiſſe perituras. *l.* 7. *par & alia.* 4. *verſ. idem ait inf. quod vi aut clam.* Iuan de Hevia. *p.* 2. *Cur. Phil. lib.* 3. *c. dannos.* 12. *verſ. ſi el maiſtre.* 25. Similis textus eſt in *l. ſi plures.* 14. *par.* 1. *inf. depoſ.* ubi naturalis rei interitus ad dominum actorem pertinet, utique cum interitura æque fuiſſet, etſi reſtituta eſſet actori. Vnde notat Paulus Caſtrenſis, non teneri aliquem de caſu, etſi culpa præceſſerit, quando talis caſus eveniſſet etiam culpa non interveniente. Peckius hic more ſuo παρεκβαίνει.

(*b*) Nimi-

terius navis magiſtri non æque navigandi peritiam habeant? Quid ſi orta tempeſtate locatori potius quam aliis, merces ſuas conductor credere velit? Quid ſi induſtria electa perſona eſt? l. inter artifices. inf. de ſolut. d. l. ſi fidejuſſor. §. 1. ſup. qui ſatiſda. cogan. *Cur ſe prudens in difficultates injecit? Ego, ſub correctione, ſic diſtinguendum exiſtimo, ut ſi nulla neceſſitate coactus in alienam navem, non conſentiente domino, immiſerit, omnino de culpa teneri, & cum factum unius alterius factum dici non poſſit, ut nec ideo alteri alter ejuſmodi factum delegare invito domino poſſet, à verbis formaque contractus recedendum non eſſe.* l. ſi quis ex eodem. C. de murileg. lib. 11. ad fi. Zaſius ad l. continuus. nu. 3. inf. de verbo. ob. *Porro ſi neceſſitate compulſus in æque bonam ſeu meliorem navem ſuſceptas merces immiſerit, & inter magiſtros differentia nulla ſit, ut intereſſe aliquod prætendere mercator non poſſit, quod ad ejus qui Iurisdictioni præeſt cognitionem pertinere exiſtimo, excuſandum eſſe credidero.* 3

Utraque navis. *Etenim cum res æque apud priorem nautam interiiſſet, domini mercium intereſſe videri non poteſt, ut recte per exceptionem*, tua non intereſt. *à lite contra locatorem inchoata, à judicio repellatur.* l. ſi cui legetur. §. ſi Titio. & ibi Iaſon, inf. de legat. 1. *Neque pugnat cum his quod de depoſito alio loco*, l. 1. §. ſi rem. inf. depoſiti. *à Domitio Ulpiano reſponſum eſt. Si, inquit, rem vendidiſti depoſitam, eamque poſtea redemiſti in cauſam depoſiti: etiam ſi ſine dolo malo tuo poſtea perierit, teneris depoſiti: quia* b *ſemel*

VINNIUS.

(*b*) Nimirum in actionem depoſiti venit omnis dolus ſive præteritus ſive futurus. *l. 1. par. non tantum. 20. inf. depoſ.* In ſpecie

ſemel dolum feciſti cum venderes, Sed hoc id circo dicitur: quia ſi res depoſita vendatur, ſtatim actio depoſiti compe-

VINNIUS.

ſpecie autem propoſita in *d. l.* 1. *par. ſi rem.* 25. *eod.* negari non poteſt, quin dolus admiſſus ſit à depoſitario, cum rem depoſitam inſcio deponente vendiderit & tradiderit atque ita eam contrectaverit lucri faciendi gratia. Quid quod non dolus tantum hoc modo committitur, verum etiam furtum. *l.* 1. *par.* 3. *l. ſi pignore.* 54. *pr. &* 1. *inf. de furt.* Quamvis autem ea res, poſtquam, ut hic proponitur, in cauſam depoſiti redempta erat, perierit; nihilominus tamen actione depoſiti tenetur depoſitarius, perinde ac ſi res adhuc extaret, ut non doli præſentis ratione, qui nullus videri poteſt, ubi res perempta eſt; ſed tamen propter dolum præcedentem, cum vel ſola mora ſufficiat ad transferendum periculum in debitorem. *l. ſi ex legati.* 23. *inf. de verb oblig.* Nec videri poteſt dolus præcedens purgatus eſſe ob id ſolum, quod depoſitarius rem ex pœnitentia redemerit, cum ad purgandam moram, etiam eam, quæ citra dolum intervenit, neceſſaria ſit oblatio. *l. ſi ſervum.* 91. *par.* 3. *inf. d. tit. l. qui decem.* 72. *pr. & par.* 1. *inf. de ſolut.* Sed & in caſu propoſito furtum factum eſt, cujus ratione depoſitarius etiam condictione furtiva teneri cœpit. *l. qui furtum.* 16. *ſup. de cond. furt. l. ſi quis inficiatus.* 13. *par.* 1. *inf. depoſ.* Iam autem certum eſt condictionem furtivam non niſi per oblationem aut novationem poſſe tolli. *l. parvi refert.* 17. *l. ult. ſup. de cond. furt.* Semper enim in reſtituenda ea re, quam nec debuit auferre, fur moram facere videtur. *l.* 8. *par.* 1. *d. l. ult. eod. tit.* Quid ergo eſt, quod Paulus *l.* 4. *par. item Labeo.* 10. *inf. de uſurp. & uſuc.* ſcribit, eum qui rem depoſitam vendidit, eamque deinde ex pœnitentia redemit, videri in eadem cauſa & eodem jure eam habere, quo habebat, antequam venderet? Nimirum hoc, poſſe à tempore recuperationis, quaſi vitio furti purgato, rem illam uſucapi, perinde ac ſi furtiva nunquam fuiſſet, utpote quæ reverſa ſit in poteſtatem domini, de quo illic Paulus diſputat. At ea redemptio & recuperatio ſola non ſufficit; ad purgationem doli. Poteſt quippe dolus eſſe ſine furto, licet ſine dolo furtum eſſe non poſſit. junge *l.* 1. *par. rectiſsime.* 34. *l. ſi vi.* 15. *l. pen. inf. de vi & de vi arm. l. qui decem.* 10. *in fin. pr. inf. de fideic. libert.* Longe autem diverſa ſpecies eſt, quæ proponitur in *pr. parag.* 1. *hujus l. ult.*

(*a*) Ait

competit, cui ſatisfieri oportet re ipſa, vel ejus æſtimatione reſtituenda. Itaque ſi ea perempta ſit & extincta, neceſſe eſt eum, quo cum agitur, æſtimationem ejus ſecundum legum obſervationem exſolvere. At hic domino mercium nulla adhuc actio erat nata. Nam ſi ad portum utraque navis ſalva perveniſſet, nec deteriores fuerunt navis vitio merces redditæ: nihil eſt quod dominus de nauta conqueri poterit. Sane poteram ab initio cum nauta agere, ut dicta nave merces meæ tranſvehantur: poſtquam autem vectæ ſunt ſeu illa ſeu alia, ſi intereſſe probari non poſſit, ad ineptam & inutilem actionem confugere non poteſt. Etenim ſi quid deeſt nobis, judicio petere poſſumus: ſed nugari, & ſine cauſa judicem adire non licet. Porro quod dici ſolet culpa præcedente fortuitum caſum culpoſo obeſſe: l in reb. l. ſi ut certo. §. ſed interdum. ſup. commodat. *aliter verum non eſt, quam ſi abſque ea culpa fortuitus caſus minime eveniſſet, quod hic non eſſe, manifeſtiſſimum eſt.*

Sine dolo & culpa. *Sed quam hic culpam, quem dolum conſiderabimus ſi navis utraque interierit? Sane ut recte a Platone reſponſum eſt in* Meno. vel de virtute. lib. 4. *natura neminem bonum videri, mirum non eſt, ſi mille nocendi artes reperiantur. Quid igitur ſi rimoſam laceramque navem habeat & multo mercium æſtimatione inferiorem, qui in alienam navem ſuſceptas tranſtulit? Quid ſi is oppreſſa nave altera, in quam nulla neceſſitate coactus mercatorum merces conjecit, & ubi ad ſe periculum redundare ex negligentia videt, rimoſæ ſuæ navis ultro jacturam facere, culpamque ſuam eo quaſi infortunio obducere velit? Præſumitur quidem ſuum jactare neminem velle* l. cum de indebito. inf. de probat. *ſed hæc præſumptio uſque adeo fortis non eſt, quin ab alia*

5 *quoque, quæ validior eſt, ſuperari poſſit. Hinc dici ſolet, juris præſumptionem contrariam probationem admittere.* laté Alc. ad tract. de præſum. circa princip. *Quis enim non mallet viliſſimæ navis jacturam facere, quam edocta negligentia culpave, pretioſiſſimarum mercium æſtimationem præſtare? Sed unde hæc ſumi poterunt? Difficilis me hercule conjectura non eſt, ſi ſine gubernatore in flumen navem miſerit, & tempeſtate orta navem temperare non potuerit, & navem perdiderit: quod & Domitius Ulpianus lib. 33. ad edictum ait.* l. item quæritur. inf. locati. *Quid item ſi graviſſima tempeſtate ingruente &*

Ubi totum à ſedibus imis
Una Euruſque Notuſque ruunt, creberque procellis,
Africus, & vaſtos volvunt ad ſidera fluctus,

navemque priorem cum mercibus interire reſpiciens, obtegendæ culpæ gratia, in medios fluctus temerarius opprimendam ratem coniiciat? l. fi. C. de navicular. lib. 11. & l. quotiens. C. de naufrag. eod. lib. *Quis non hæc attentaturos arbitrabitur, qui natandi peritia freti, ne vectorum quidem corporibus, Deos omnes obteſtan-*
6 *tium, parcere imminente procella conantur? Ah quoties vectorum corpora, nimia nautarum temeritate in diſcrimen abducta ſunt? Vidit noſtra ætas navem Bergis ſolventem, & ad noſtras Zireceanorum Nundinas properantem, triginta aut pluribus vectoribus onuſtam, ob unius nautæ temeritatem interiiſſe. Is utique ſi & ſuorum & aliorum nautarum admonitiones admiſiſſet, tam flebile naufragium factum non eſſet. Denique cum caſus hi culpam ut plurimum & fere ſemper in ſe contineant: boni judicis erit quid ex circumſtantiis definiendum ſit, colligere.*

Idem

Idem juris erit, ſi prior nauta publice retentus, navigare cum tuis mercibus prohibitus fuerit. Idem juris erit, ſi cum ea conditione à te conduxiſſet, ut certam pœnam tibi præſtaret, niſi ante conſtitutum diem merces tuas eo loci expoſuiſſet, in quem vehendas eas merces locaſſes: nec per eum ſtaret, quo minus remiſſa ſibi pœna ſpectaret. Idem juris in eodem genere cognitionis obſervabimus, ſi probatum fuerit nautam morbo impeditum navigare non potuiſſe. Idem dicemus, ſi navis ejus vitium fecerit, ſine dolo & culpa ejus:

SVMMÆ RERVM.

1 *Impeditus an alium ſubſtituere teneatur.*
2 *Impeditus quomodo excuſetur.*
3 *Impeditus quomodo à pœna excuſetur.*

Publice retentus. *Vt ſi in vincula conjectus ſit, ſi ob* 1 *publicam profectionem detineatur, ſi ab hoſtibus captus*

VINNIUS.

(*b*) Ait Iuriſconſultus idem juris in hoc caſu eſſe; nempe idem, quod in ſuperiore, cum utraque navis periit ſine dolo & culpa nautarum; videlicet ut nec hoc caſu cum priore nauta publice retento, quaſi fidem fregerit, ex locato agi poſſit. Neque enim nautæ imputari poteſt, quod ipſe ſua navi merces tuas non vexerit, cum publice, id eſt, auctoritate publica, fuerit retentus, tanquam reipub. non tibi operam daturus, & prohibitus cum

captus ſit, & ſi qua his ſint ſimillima: Sane ut caſus hi Vlp. authore. l. ſed & ſi quis §. 1. ſup. ſi quis caut. jud. ſiſti. *iis qui in judicio ſiſtere non poſſunt, exceptionem pariunt: ita & nautis quoque obeſſe non debent. Sed hæc ita ab aliquibus interpretationem habent, ſi domini con-*

VINNIUS.

cum mercibus tuis navigare. Siquidem nullus dolus nullaque culpa videri poteſt ejus, qui juſſu magiſtratus aliquid facit, aut intermittit, cum parere neceſſe habeat. *l. non videtur.* 167. §. 1. *l. is damnum.* 169. *de reg. jur.* Caret culpa, inquit Caſſiodorus, qui imperata perfecerit: & nimis iniquum eſt, ut ille patiatur diſpendium, qui imperium fecit alienum. *lib.* 12. *var. epiſt.* 3. & *lib.* 2. *epiſt.* 26. Imo contra qui imperio magiſtratus non paret, eum dolo malo carere non poſſe reſpondet Iavolenus *l. non poteſt.* 199. *de reg. jur.* Sed nec illud tuo nautæ imputari poteſt, quod merces tuas forte in aliam navem deteriorem tranſtulerit, cum eas ipſe in ſua nave deportare prohiberetur. Etenim credibile eſt te, ſi eam prohibitionem magiſtratus ſciviſſes, conſenſurum fuiſſe, ut in aliam navem tuæ merces transferrentur. Et quamvis ponamus hanc navem deteriorem fuiſſe, quam quæ conducta erat, utique tamen talem fuiſſe ponendum eſt, ut commode navigatura merceſque tuas deportatura crederetur. Nam ſupponere debemus cum Paulo neque dolum neque culpam priori nautæ imputari poſſe. Si igitur cum forte meliorem navem invenire poſſet, nihilominus in deteriorem minuſque validam mercimonia tua conjecerit, eſt quod ei imputetur? præſertim ſi quam vel minimam cauſam habuerit ſuſpicandi te invito id fieri. *arg. l. ſi cum.* 82. *in fin. inf. de ſolut.* niſi fortaſſe juſſu etiam atque imperio magiſtratus in illam navem minus idoneam merces tuæ trajectæ fuerint Nave publice detenta, *van hoger hant gearreſteert ofte gepreſt zijnde*, quando vecturæ pretium & quatenus debeatur, aut contractus nauticus ſolvatur, *vide art.* 2. 3. 4. *leg. naut. Philippi* 11. *vanden ſchipper ende Kooplied.* & *Caroli V. art.* 37. 38. 39. Alia quædam circa caſum, quo publica auctoritate navis impeditur, quominus aut oneretur, aut eo naviget, quo ut navigaret, convenerat, vide apud auctorem libri *del Conſolato del mare. c. di nave, che non porra fare il viaggio promeſſo per impedimento di ſignori.* 188. & *ſeq.*

(*b*) *Facit*

ductoriſve conſenſu alium ſubſtituere non poſſit. Quid enim ſi vehendas merces ſuſcipiens, ægritudine detentus in alienam navem, conſentiente domino, mittere queat? Igitur cum periculum ad eum pertineat, minus peritum nautam eligere non debet, & ne ex nave quoque delegata damnum eveniat, omnibus modis providendum eſt. l. continuus. §. ſi ab eo. inf. de verb. oblig. & ibi Zaſius. *Porro ſi ita à principio conventum ſit, quod per alium tranſvehi merces non poſſint, ſecus eſſe à nonnullis exiſtimatum invenio.* Roma. in l. 1. ſup. ſi quis caut. nu. 16. *Videntur itaque duo hæc à nautis probanda eſse, non ſtetiſſe per eos, quominus pactis conventis ſatisfactum ſit, & quod per æque idoneos minime ſervire potuerint.* Roma. in d. l. 1. §. quod diximus. nu 5. facit text. in l. quibus diebus. inf. de condit. & demon. Bar. in l. qui commeatum. inf. de re milit. *Sed nec hæc indiſtincte recipiuntur. Etenim ſi dolo culpave in difficultatem inciderit, omni beneficio indignus eſt, & pœnam, & intereſſe præſtare tenebitur.* l. fidejuſſor. §. 1. ſup. qui ſatiſda. cogan. Caſtren. & alii hic. *Quid enim ſi illicitas merces evehens in portu adhuc reprehenſus, detentus ſit? Quid ſi ob vectigalia Principi non perſoluta, Quid ſi ob homicidium ſeu latrocinium perpetratum?* 1 2

Remiſſa ea pœna. *Quod difficultate à pœna liberentur*

VINNIUS.

(*b*) *Facit l. ſi putator.* 31. *ſup. ad leg. Aquil.* ubi cum de damno dato quæritur, Paulus ait de culpa agi poſſe, quotiens prævisum non eſſet, quod à diligente prævideri potuiſſet. Caſus, qui hoc verſiculo proponitur, talis eſt: Nauta ea conditione à te conduxit, ut certam pœnam tibi præſtaret, niſi intra conſtitutum diem merces tuas eo loci expoſuiſſet, in quem devehendas eas

tur nautæ, non aliter ex communi ſententia recipitur, quam ſi

VINNIUS.

eas locaſſes. Is publica auctoritate retentus & cum tuis mercibus navigare prohibitus, denuntiavit tibi per ſe non ſtare, quominus remiſſa ſibi ea pœna expectaret: ſcilicet ut poſtquam reipub. operam navaſſet, tuas merces deportaret. Tu autem non vis ei pœnam remittere. Hoc publico impedimento objecto cum nihil aliud nauta facere potuerit ad evitandam pœnam (quam alioqui conſtat ipſo jure committi. *l. ult. inf. de naut. fœn. l. ad diem 77. inf. de verb. oblig.*) niſi ut merces tuas in aliam navem conjiciat; ſi hæc navis perierit, tuum id detrimentum erit, non nautæ. Hæc meo judicio Iuriſconſulti ſententia eſt, & quidem ſatis aperta. Cujacius *lib. 3. obſ. 2.* pro his verbis, *quominus remiſſa ſibi pœna ſpectaret*, reponit, *quominus remiſſam ſibi eam pœnam ſpectaret.* quod quem ſenſum habeat, nemo facile dixerit. Exiſtimo cum Ant. Fabro Iuriſconſultum verbum ſimplex poſuiſſe pro compoſito; *ſpectaret*, pro *expectaret.* quod veteribus familiare. Sic paſſim dicunt *parere*, *ſi paret*, pro *apparere*, *ſi apparet*; *penſare*, *penſatio*, pro *compenſare* &c. Verſiculo proxime ſequenti in *Pand. Flor.* legitur; *Idem juris in eodem genere cogitationis obſervabimus &c.* quod nullo ſenſu donari poteſt. In aliis legitur, *in eodem genere cognitionis.* quod probat *Cuſac. d. loc.* mallem *conditionis* aut *conventionis.* ut intelligamus à Paulo eandem ſpeciem retineri, quam proxime tractaverat, nempe de nauta, qui conduxit merces vehendas eadem conditione; ut niſi ante conſtitutum diem eas eo loci expoſuiſſet, in quem ex conventione devehendæ erant, certam pœnam præſtaret. In eadem quoque ſpecie retenta eadem conditione præſtandæ pœnæ, ſi merces ad diem conſtitutum deportatæ non ſint, ait Paulus, ſi probatum fuerit nautam morbo impeditum navigare non potuiſſe eum ex locato non teneri. Quæ deciſio hanc rationem habet, quod inpoſſibilium nulla ſit obligatio. *l. 185. de reg. jur. l. ſi. homo. 69. de verb. oblig. l. §. ſi quis judicio. ſup. ſi quis caut.* Plane aliud dicerem, ſi per alium res æque expediri poſset. *arg. l. ult. inf. de cond. inſt.* Sed ad navigationem præſentia & facto perſonæ opus eſt, uti & ſpecie *d. l. 2. §. ſi quis judicio.* Ait porro Iuriſconſultus; *Idem dicemus. ſi navis ejus vitium fecerit ſine dolo malo & culpa ejus.* nimirum in eodem genere conventionis de certa pœna præſtanda, niſi merces condu-

ſi eam difficultatem prævidere minime potuerit. Cæterum ſi potuerit, aliud omnino dicendum eſſet. Zaſius & alii in l. ſtipulatio iſta. inf. de verb. ob. & in l. continuus. §. illud. eo. tit. *Quid enim ſi merces eo tempore vehendas ſuſcipiat, quo cum hoſte bellum proclamatum erit, cum induciæ exſpiraverint? Quid ſi hoc conductor ignoret? Sane omnino hoc caſu dicendum eſt minime eos excuſari, qui in ſpontaneam difficultatem ſeſe conjicientes, mercatores decipere voluerunt.* d. l. ſi. fidejuſſor. §. 1.

Si conduxiſti navem amphorarum duorum millium, & ibi amphoras portaſti: pro duobus millibus amphorarum pretium debes. PAULUS Imo ſi averſione navis conducta eſt, pro duobus millibus merces debetur: ſi pro numero impoſitarum amphorarum merces con-

VINNIUS.

conductæ ad diem conſtitutum in eum locum tranſportatæ atque expoſitæ fuerint, in quem mercator eas devehendas locaſſet. Objici hic poſſet, quod navicularius in caſu propoſito conditioni ſatiſfacere potuerit quæſita alia nave, atque ita pœnam evitare, niſi ad navigandum requireretur tam navis præſentia, quam nautæ, nec minus eſſet impoſſibile nautam navigare ſine navi, quam navem ſine nauta. Quemadmodum autem nauta, morbo navigare impeditus, alium ſubſtituere nec poteſt, niſi mercator conſentiat, nec cogitur, etſi mercator velit; quia ſuas operas, non alienas, locavit, ita & cum illa ipſa navis, in qua merces deportari convenerat, vitium fecit ſine culpa nautæ, non cogitur aliam quærere, quæ eundem uſum præbeat, & in locum alterius, de qua convenerat, ſubſtituatur. Plene & plane hæc expoſuit Ant. Faber: Caſtrenſis attigit: apud cæteros fere, ut & apud Peckium, altum de his ſilentium eſt.

conſtituta eſt, contra ſe habet. Nam pro tot amphoris pretium debes, quot portaſti.

SVMMÆ RERVM.

1 *Averſione vel adverſione conducere quid ſit.*

a *Ex generalibus regulis deciſio hæc Labeonis rationem habet. Etenim cum per nautam non ſtet quominus conventioni ſatisfaciens, duo millia amphorarum recipiat: imputari ei hoc merito non poteſt,* c. imputari. extr. de reg. jur. li. 6. *ſed integram mercedem recipere debet. Cæterum averſione conducere quid ſit, varie inter varios*
1 *definitur. Alciatus enim hoc loco* parerg. jur. lib. 6. cap. 28. *averſione conducere exiſtimat aliud eſſe nihil, quam ſi conductor adverti voluerit, quot amphorarum navis capax*

VINNIVS.

(*a*) Non Labeonis, ſed Pauli Labeonem notantis hæc diſtinctio & deciſio eſt. Labeo enim ſimpliciter reſpondet, ſi conduxeris navem amphorarum duo millium, & ibi amphoras portaſti, licet numero pauciores, pro duobus millibus amphorarum pretium te debere. Paulus vero diſtinguendum ait, utrum per averſionem navis conducta ſit, an pro numero impoſitarum amphorarum: priore caſu veram eſſe concedit Labeonis ſententiam: poſteriore contra ſe habere ait, mercedemque deberi non pro pluribus amphoris, quam quot portati; Quæ diſtinctio ratione tam aperta nititur, ut credibile non ſit, aliud ſenſiſſe Labeonem. Paulo familiare eſt, quaſi quaſi occaſione oblata, ac tantum non contradicendi ſtudio, Labeonem reprehendere, & quandoque non ſatis bona fide cum eo agere: idque eum feciſſe in tota hac. *l. ult. & in l. pen. §. 1. & 2. inf. de acq. rer. dom. l. ult. inf. de uſuc.* aliiſque locis, facile quivis vel mediocriter in jure noſtro verſatus deprehendet. Iunge Benvenutum Straccham *tract. de nav. p. 3. n. 5. & multis, ſeq.* ubi ſex diverſas facti ſpecies ad propoſitum pertinentes accurate examinat.

(*b*) Quid

capax eſſet. Cæterum Franciſcus Connanus Adverſionem *legit, exiſtimatque navem per adverſionem conductam dici, ſi conducentis periculo conducta ſit. Igitur ſi nihil omnino portatum ſit, vel quia noluit conductor, vel quia aut tempeſtate, aut naufragio, aut imbecillitate, aut vetuſtate non potuit: locatori nihilominus ob ſuſceptum omne periculum, niſi ſi quid ſpecialiter exemptum ſit, integram mercedem exolvere tenetur. Accedamus nunc ad flebilem illam, ſed utiliſſimam naufragiorum materiam.* b

AD

VINNIUS.

(*b*) Quid ſit adverſione aut per averſionem (ita enim omnino legendum, non adverſione) emere aut conducere, expoſitum eſt *ad l.1. §. exercitorem. 15. ſup. de exerc. act.* nimirum idem, quod Græci dicunt ἐν ὁμάδι, in univerſo, Galli, *en gros*, noſtrates *by den hoop, ſonder mate*, Cui opponitur emere aut conducere certo pretio conſtituto *v. c.* in ſingula jugera, in ſingulas vini amphoras, in ſingulas operas &c. Atque hujus quoque locutionis rationem ibidem dedimus. De agro vendito ad numerum jugerum, vel citra jugerum enunciationem, *vid. l. qui fundum. 40. pr. & §.2. inf. de contr. empt. Ant. Mornac. ibid. deciſ. 18. Cur. Holland.*

Ad Tit. IX. FF. XLVII.

De incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata.

PETRI PECKII COMMENTARIUS.

CVM

Notis & Obſervationibus

ARNOLDI VINNII.

Conteſtatum ante omnia hic volo te, Lector, non expoſiturum me hoc titulo niſi eas leges, quæ ad rem nauticam pertinent. Illud enim noſtri eſt inſtituti. Cætera vel adfinia ſunt, vel ab aliis utcunque ſuis locis examinata.

AD RUBRICAM.

SVMMÆ RERVM.

1. *Rapina ne in bello quidem à veteribus permiſſa.*
2 *Hominis dignitas.*
3 *Rapina quomodo ſingulariter in raptore punita.*
4 *Deus cur males vivere permittat.*

5 De-

5 *Delicta puniri debent.*
6 *Templa quis Chriſto primus conſtruxit.*

Fertur Aurelianus Cæſar tam ſeveræ diſciplinæ fuiſſe, ut Tribuno per Epiſtolam mandavit, ut militum manus contineret, ne quis pullum, aut ovem raperet, aut uvam ex vineis, aut ex ſegete ſpicas, Sed & Divinus Plato Dialogo v. de legibus, *idem omnino* 1
ſentiens, ab hoſtium ſpoliis abſtinendum eſſe exſtimat. Quæ ſi vera ſunt, ſi inimico nocere non liceat: quid de his dicendum cenſebimus obſecro, qui non hoſtium, non inimicorum, non vim inferentium, ſed amicorum, ſed concivium, ſed miſerorum naufragorum merces fœdiſſimo delicti genere rapina diripiunt? Quis humanæ eloquentiæ vi ſatis poſſet explicare, quanta gravitate nobis ob oculos poſuerit Deus Opt. Max. legem naturæ de honeſtate vivendi, de non lædendo proximum: de reddendo cuique ſuum? Igitur quis ſatis mirari queat, hominem 2
rem omnium nobiliſſimam, & principem mundi ſublunaris, tam pii parentis præceptum contemnere, & contra omne humanitatis officium, itineris ſui conſocium, quo in patriam pergimus omnes, nefaria contrectatione fortunis boniſque exuere? Vah miſerum ſervitutis genus huccine te conditum exiſtimas? Cum natura nobis communis ſit, & præter hanc alia multa, aer & mare, & ignis, & aqua, & fontes, & vita, & mors, & adoleſcentia, & ſenectus, & morbus, & ſanitas, eſcæ, & veſtium indigentia. Sed & ſpiritualia quoque, ſacra menſa, dominicum corpus, regni promiſſio, lavacrum regenerationis, purgatio peccatorum, ſatisfactio, & redemtio: quomodo non indignum eſt, qui tot tantiſque mutuo communicamus, de ſcelere tam eſſe diverſos, atque idem non ſervare

vare cognomentum, ſed ipſorum animalium de ſe præbere feritatem? Chryſoſtomus de pœnit. homill. 7. *Recte admonuit Heſiodus divitias non raptas, ſed divinitus datas, longe potentiores eſſe. Quod etſi ita eſſe eos haud latet, nihil tamen curæ divino huic templo mancipant, quin eo neglecto, qua poſſunt fraude, alienas fortunas ad ſua domicilia transferre conantur. Scribit Plinius ædituum quendam, fracta in ore annuli gemma quem rapuerat, ſtatim expiraſſe.* natur. hiſtor. lib. 33. cap. 1. *Quod ſi non longanimitatem ſuam in tales oſtenderet Deus, ſed ejuſmodi exitio delicta puniret: dignam omnino mercedem recepiſſe dicerentur. Mirari igitur non oportet, cur Deus è cujus ſolo nutu pendent omnia, patitur hos ſuos inimicos vivere. Nam ſi tam Deus illis eſſet inimicus, quam ipſi ſunt Deo, punctum profecto temporis non perſeverarent. Ipſi quidem oderunt Deum, ſed ipſe cum ſit mitiſſimus, manſuetiſſimus, optimus, illos non odit: abeſt enim à ſancta illa & beata natura odium, affectus tam teter & deformis. Sed tamen cum ea ſit nefariorum hominum mens & cogitatio, quod protracta pœnarum executione, quidvis interea licitum ſit: viſum fuit veteribus illis Iureconſultis, imo & ipſis Auguſtiſſimis Romanorum principibus, eos quos in officio natura continere non poteſt, pœnarum magnitudine à delictis ſubmovere. Etenim, ut apud Tullium Ciceronem in* oratione pro Roſcio Amerino *eſt. quemadmodum juſtus atque honeſtus labor honoribus, præmiis ac ſplendore decoratur, ita & vitia hominum atque fraudes, damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exiliis, morte mulctari debent.* Cicero de natura Deo. lib. 1. *Nam delictum, quo impunitius, eo effrænatius fit: quia niſi fuerit vindicatum, innoxios propoſita impunitatis ſpes mortalium*

animos

animos criminibus invitat. Et criminalem igitur & civilem actionem introduxere. Si quis enim naufragio nave rateque expugnata, quid rapuiſſe, recepiſſe dolo malo, damnive quid his rebus dediſſe dicetur, in quadruplum in anno quo primum de ea re experiundi poteſtas fuerit, poſt annum autem in ſimplum judicium datur. l. 1. inf. eo. *Vt autem nihil ex naufragiis diripiatur: vel ne quis colligendis iis extraneus interveniat, multifariam proſpectum eſt. Nam & Divus Adrianus a-* 6
quiſſimus Princeps, & qui Lampridio teſte, primus Chriſto templa condere inchoavit, edicto præcepit, ut hi qui juxta litora maris prædia poſſident, ſcirent quando navis vel fracta intra fines agri cujuſque fuerit: ne naufragia diripiant, in ipſos judicia Præſides his qui res ſuas direptas querantur reddituros, ut quicquid ſibi naufragio ademptum probaverint, id à poſſeſſoribus jure recipere poſſint. l. ne quid. inf. eo. *Sed & criminaliter agi poteſt, & pro perſonarum qualitate, qui Iuriſdictioni præeſt, pœnarum afflictiones moderari debebit.* l. de ſubverſis. C. de naufrag. lib. 11. l. 1. infra. eo. *Sed de his per ordinem vedebimus.* LEX

VINNIUS.

(a) Titulus hic inſcribitur, *De incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata.* id eſt, de iis, quæ ex incendio, ruina, naufragio, rate, navi expugnata, rapta dicentur. Apud Harmenopulum *lib.* 6. *tit.* 7. περὶ τῶν ἐξ ἐμπρήσμου ἁρπαγῶν, καὶ τῶν ἐκ ναυαγίου. *de raptis ex incendio & naufragio.* In *Baſil. lib.* 60. *tit.* 17. adjunguntur alia, nulla naufragii facta mentione, περὶ τῶν ἁρπαγὰς ἐξ ἐφόδου ποιούντων, εἴτε ἀπ᾽ ἀγροῦ, εἴτε ἐξ ἐμπρησμοῦ, ἢ καταπλώσεως. *De rapinam ex impreſſione facientibus, ſive ex agro, ſive ex incendio, vel ruina.* Ultima tamen conſtitutio ejuſdem tituli ad eos pertinet, qui ex naufragio vel expugnata navi, ἀπὸ ναυαγίου ἢ πλοίου πορθηθέντος, quid rapiunt. Praxin hujus tituli habes apud Oldendorp. *claſſ.* 7. *act.* 8. cæterum junge, quæ nos *inf. l.* 1. *hoc. tit. lit. A. ad fin.*

(a) Nun-

LEX I.

ULPIANUS LIB. LVI.

Ad Edictum.

Prætor ait: In eum, qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata quid rapuiſſe dolo malo, damnive quid in his rebus dediſſe dicetur, in quadruplum in anno, quo primum de ea re experiundi poteſtas fuerit, poſt annum in ſimplum judicium dabo. Item in ſervum & familiam noxale judicium dabo. Hujus edicti utilitas evidens eſt, & juſtiſſima ſeveritas, ſiquidem publice intereſt, nihil rapi ex hujuſmodi caſibus. Et quanquam ſunt de his facinoribus etiam criminum executiones: attamen recte Prætor fecit, qui forenſes quoque actiones criminibus iſtis propoſuit.

SUMMÆ RERUM.

1 *Actore non probante reus abſolvitur.*
2 *Raptor an ut fur conveniri poſſit.*

Dicetur *Supple,* & probetur, *ut Bartolus hic monuit. Sed ea ſuppletio (ut mihi videtur) omnino*
1 *neceſſaria hoc loco non eſt, quod ſciamus, actore non probante, reum omnino ab impetitione abſolvendum eſſe* l. actor. C. de probat. *In re igitur certa, dubitationes ſupplendo*

plendo ingerere non expedit, & ex ſequentibus quæ qualiſve probatio requiratur, facilime colligi poteſt.

Quadruplum in anno. *Sed an in quadruplo æſtimatio à ipſave*

Vinnius.

(*a*) Nunquam jure noſtro actio in duplum, triplum, aut quadruplum concepta, mere pœnalis habetur, niſi præter actionem, quæ pœnæ perſequendæ gratia comparata eſt, prodita ſit & alia, qua ſeorſum rem ipſam perſequamur aut vindicando aut condicendo. Hoc autem in nulla alia actione pœnali admiſſum eſſe legimus, præterquam in actione furti ſive manifeſti ſive necmanifeſti, quarum illa in quadruplum, hæc in duplum ita conceptæ ut extra pœnam quadrupli aut dupli domino ad huc ſuperſit rei ipſius vindicatio aut condictio. §. *ult. Inſt. de obl. quæ ex del* §. *ſic itaque.* 14. §. *ex maleficiis.* 18. *Inſt. de act. l. ſi pign.* 54. §. *cum furti.* 3. *inf. de furt. l.* 7. *par.* 1. *ſup. de cond. furt.* Proinde omnino dicendum eſt, actionem ex hoc edicto non mere pœnalem, ſed mixtam eſſe, ut in quadruplo etiam ipſius rei perſecutio contineatur; pœna autem tripli ſit: ſicut & generalis illa vi bonorum raptorum. *pr. Inſt. vi bon. rapt. par. vi autem.* 19. *Inſt. de act.* ita & *Chriſt. vol.* 5. *deciſ.* 60. *n.* 4. *& ſeqq.* Enimvero quemadmodum is, qui vi res alienas quoquo modo rapit, etiam furti tenetur, & manifeſti quidem, ſi in ipſo delicto ſit deprehenſus, per *l.* 2. *par. cæterum.* 10. *par. pen. inf. vi bon. rapt. d. pr. Inſt. eod. l. ſi quis.* 52. *par. ult. l. ſi vendidero.* 80. *par. cum raptor.* 3. *inf. de furt.* ita utraque illa actione, eadem diſtinctione ſervata, etiam cum eo experiri poterit, qui tenetur ex hoc edicto. *arg. d. l.* 5. *inf. hoc tit. l. in eum.* 18. *C. de furt. ubi Gloſſ. & DD.* Gravior etiam pœna conſtituta *auth. navigia. C. d. t.* Diſerte autem locutus ſum de actionibus in duplum &c: conceptis: nam omnes illæ mere pœnales habendæ, quibus non perſequimur duplum, triplum &c. ſed certam pœnæ ſummam delicto ſimpliciter impoſitam, ſine conſideratione alterius rei, veluti 50. aureos. *l.* 7. *ſup. de juriſd. l. pen. & ult. ſup. de in jus voc.* &c. Hodie pœnæ legitimæ & honorariæ, quæ privatis litigatoribus applicabantur, exoleverunt, relicta ſola poteſtate ejus, quod ipſis abeſt, judicio civili perſequendi, procuratoribus fiſci vindictam pu-

ipſave res computari debeat, non omnino male quæritur. Etenim ſi (Cajo authore) l. ſi quis. inf. eo. *vi bonorum raptorum judicio teneatur, qui ex naufragio ſervatam rem, vel alio loco poſitam rapuit, computandam eſſe definitum eſt* Inſtit. de vi. bono. rap. §. 1. & l. 1. ſup. d. tit. *At cum idem reſponderit furti quoque actionem naufragis dari, dubietas non minima exoritur, quod ubi in eam quadruplum venit, totum illud pœna eſt, & res ipſa ultra pœnam repeti adhuc nihilominus poterit.* §. quadrupli. §. furti. Inſti. de act. *Circa diſſolutionem iſtius quæſtionis tot ſunt ſententiæ quot ſunt capita, & ut Terentius in Phormione ait, ex tribus Conſultis primus ait, ſecundus negat, tertius deliberandum cenſet. Sane hac in re imprimis reſpondendum videtur, furti nec manifeſti actio-*
2 *ne teneri raptorem, ſi deprehenſus ab aliis non fuerit. Et hoc caſu actio hæc furti ita cum actione hac concurrere videtur, ut ſi furti prius agatur, non tollatur actio de bonis raptis, ut ſaltem in ea quod amplius eſt conſequatur:*
b *ſi contra, tollitur furti nec manifeſti actio. Quod ſi in*

VINNIUS.

publicam perſequentibus judicio criminali, ut jam pene ſupervacua ſit hæc diſputatio. repete quæ nos ad *l. ult. par. hac autem actione. ſup. naut. caup. ſtab. lit. B.*

(*b*) Imo contra & ratio ſuadet, ut raptor manifeſtus, ſeu in ipſo delicto deprehenſus etiam furti manifeſti actione, eaque mere pœnali teneatur, & quadrupli pœnam ſuſtineat, utpote qui quovis fure, quantumvis manifeſtario, ſit improbior. *l. 2. par. cæterum. 10. inf. vi bon. rapt. pr. Inſt. eod.* & perſpicue ſatis id textus ſignificant in *l. ſi quis. 52. par. ult. l. ſi vendidero. 80. par. cum raptor. 3. inf. de furt.* Quod autem in *l. 1. & l. ſi quis egerit. 88. inf. de furt.* tantum mentio fit actionis furti nec manifeſti, ex eo non protinus concludendum eſt furti manifeſti cum raptore nunquam agi poſſe. Nam vel ideo id factum dici poteſt, quoniam furti nec manifeſti actio ſemper competit etiam adverſus raptorem manifeſtarium (nemo enim

in rapina deprehendatur, non ideo furti manifeſti adverſus eum agetur : quia Prætor ita pœnam edixit, ut non niſi in quadruplum raptor conveniri poſſit. Et cur hoc caſu non niſi tripli pœna multetur, fur autem manifeſtus quadrupli, ea ſolum videtur eſſe ratio, quod in aliis multo acerbius fure puniatur, ut ſuo loco à Commentatoribus annotatum invenietis. ad. §. 1. Inſtit. de vi. bono. rap. ad authentic. Navigia. C. de furt. *Quod autem* C *Vlpianus hic ait, criminum quoque executiones in raptores ejuſmodi legibus conſtitutas eſſe: inferius ſuo loco annotabimus.*

Item ait Prætor, *Si quid ex naufragio.* Hic illud quæritur, utrum ſi quis eo tempore tulerit, quo naufragium fit: an vero etiam ſi alio tempore, hoc eſt, poſt nau-

VINNIUS.

enim prohibetur agere actione mitiore) vel quia in ſola furti nec manifeſti actione locum habet, quod illic tradunt Iuriſconſulti, ſi quis in duplum egerit, adhuc ſupereſſe actionem vi bonorum raptorum in id, quod in hac actione amplius eſt. Sunt qui putant cum raptore, ut cum fure manifeſto, ſemper in quadruplum agi poſſe, quaſi raptor non poſſit non eſſe manifeſtarius. quod refellit *d. l. ſi quis.* 52. *par. ult. de furt.* ubi Iuriſconſultus & exemplum proponit raptoris non deprehenſi, videlicet ſi quis rapuerit ex ædibus, in quibus nemo erat, & eum de bonis quidem raptis in quadruplum poſſe conveniri ſcribit, ſed furti non niſi nec manifeſti. Sed nec conſpectio furem aut raptorem manifeſtum facit, verum apprehenſio aut ad apprehendendum concurſus & acclamatio. *l.* 3. *l.* 7. *par.* 1. *&* 2. *inf. de furt.*

(*c*) Qui ita cum Peckio reſpondent, peccant cum eodem Peckio ignoratione elenchi. Hoc enim quæritur, cur prætor, ex cujus edicto & actio furti manifeſti, & actio vi bonorum raptorum deſcendit, hanc illa fecerit mitiorem.

naufragium? namque res ex naufragio etiam hæ dicuntur, quæ in litore poſt naufragium jacent. Et magis eſt, ut eo tempore;

LEX II.

GAJUS LIB. XXI.

Ad Edictum Provinciale.

Et loco,

LEX III.

ULPIANUS LIB. LVI.

Ad Edictum.

Quo naufragium fit, vel factum eſt, ſi quis rapuerit, incidiſſe in hoc edictum videatur. Qui autem in litore rem jacentem poſtea, quam naufragium factum eſt, abſtulerit: in ea conditione eſt, ut magis fur ſit, quam hoc edicto teneatur: quemadmodum is, qui quod de vehiculo exciderit, tulit. Nec rapere videtur, qui in litore rem jacentem tollit.

SVMMÆ RERVM.

1 *Rapina major furto.*
2 *Tempus ſi requiratur ad aliquem actum, probari debet.*
3 *Locus delicti probandus.*
4 *Nicolaus Everardi Præſes.*
5 *Vehiculi genera varia.*
6 *Rapina eſt genus ad furtum.*

Recte.

Recte quidem mea ſententia, divinus Plato dixiſſe ✱ *videtur* de legib. dialo. 12 *furtum illiberale eſſe, rapinam vero manifeſtam, turpiſſimam. Quod ſi de furto nec manifeſto intelligatur, ad præſentem Iuriſconſultorum deciſionem perquam appoſitiſſime applicari poterit. Etenim cum ridiculum ſit omnino, levioris eſſe conditionis eum qui in ipſo conſpectu naufragii, & in ipſa miſeriæ facie rem aufert, quam qui ex intervallo ſubducit: diſtinctio inter peccantes adhibenda eſt, ut is in quadruplum teneatur qui naufragii tempore rapuit, is vero qui poſt naufragium clancularie, furti nec manifeſti ſolum.* l. 1. ſup. de vi. bonor. rapt. *Porro ſi inventus ſit, & in furto vel abductione ipſa deprehenſus: quid juris ſit, ad calcem præcedentis §. expoſuimus. Nam ſi in furto manifeſto quadruplum pœna ſit, in rapina vero triplum tantum: potior (me hercule) primo aſpectu raptoris, quam furis conditio videretur. Quo pacto igitur manifeſtus fur ſit qui rapuit,* l. ſi vendidero, §. cum raptor. ſup. de furt. *explicatur. Cæterum cum tempus alicui rei præfixum, de forma ejuſdem & ſubſtantia*

Vinnius.

(a) Illud omnino obſervandum eſt, ex naufragio rapi, auferri id dici, quod occaſione naufragii, eodem tempore & loco, quo naufragium fit rapitur, aufertur. κατὰ τὸν χρόνον καὶ ἐν τόπῳ, ἐν ᾧ τὸ ναυάγιον γέγονε. Nam qui rem ex naufragio ſervatam & alio loco poſitam abſtulit, rapuit, aut in litore jacentem poſtquam naufragium factum eſt, furti tenetur, aut alias vi bonorum raptorum, non ex hoc edicto. *l.* 1. *in fin. l.* 2. *l.* 3. *pr. l.* 5. *eod.* Sic ex incendio rapi id dicitur, quod propter incendium rapitur, vel ex ipſo igne, vel ex loco ubi incendium fit, vel ex adjacentibus prædiis. *d. l.* 1. *par. ex incendio.* Similiter ex ruina rapi dicitur, ſive quid ex his, quæ ruerunt, ſive ex adjacentibus

2 *ſtantia eſſe dicatur* : l. fi. & ibi Bal. Salyc. & alii. C. de precib. Imp. offeren. Iaſon in l. 1. §. editiones. ſup. de eden. *conſequens eſt, eum qui agit, admiſſi criminis tempus probare debere*, cap. præſentium. de teſtib. lib. 6. *Quod ſi non fecerit, utilis condemnatio minime ſequetur.* Iaſon in rub. C. qui admit. ad bono. poſſeſſio.
3 nu. 6. *Sed & locum quoque quo rapina naufragiumque committitur, exprimendum eſſe, dubium non eſt. Etenim cum à tempore ad locum & è contrario, validum in jure argumentum ducatur, ut incomparabilis ille Iureconſul-*
4 *tus D. Præſes conterraneus meus perpetuo obſervandus, in locis ſuis egregie admodum & inſigniter expoſuit: quæcunque de tempore dicta ſunt, in loco quoque locum habere debent.* d. ca. præſentium. & l. libellorum. inf. de accuſat. *Unde eſt, quod ſi teſtes de loco rogati diſcreparent, titubarentve: actio hæc quæ à Prætore naufragis prodita eſt, ut proponitur, locum habere non poſſet. Sed quid, an dies quoque hac in re omnino declarandus ſit? Sic arbitror. Si enim tempus præciſe probari debeat: cui dubium eſſe poteſt, an & ipſius diei expreſſio neceſſaria ſit? Recte igitur communi ex ſententia receptum eſt, ubi ex tempore dieve delictum gravatur, eum qui agit, tempus diemque de neceſſitate exprimere oportere. Quare ſi ſtatutum ſit, eum qui in convivio colaphum alicui tali die impingit, ultra ſtatutam à legibus pœnam centum ſolidis mulctandum eſſe, dies omnino cum loco probabitur.* Vide Bar. in d. l. libellorum. & practi. Ferra. in forma inquiſit. in verbo, anno.

Magis

VINNIUS.

tibus rapiat, dummodo ruinæ tempore rapiat *l. 1. par. item ruinæ.* eodemque modo explicandum, quod dicitur de rate, navo expugnata, *d. l. 5. inf.*

(*b*) Ma-

Magis fur. *Non dixit Ulp. in ea conditione eſt, ut magis fur ſit quam raptor, ſed, in ea conditione eſt, ut magis fur ſit, quam hoc edicto teneatur. Etenim cum* b *Iuſtiniano teſte, nemo magis alienam rem invito domino contrectat, quam qui vi rapit, atque idcirco improbus fur dicatur: mirum alicui fortaßis videretur quod Ulp. ait, eum qui poſt naufragium abſtulit, magis raptore furem eſſe. Quare ne omnino confundantur quæ à conſultis diſtinctæ ſunt maleficiorum ſpecies: recte ait Ulp. eum qui ita ſurripuit, ſpeciali raptorum pœna non teneri.*

De vehiculo. *Vehiculorum curruumque (ut & hoc* 5 *obiter annotem) diverſa fuiſſe genera, non una facie apud authores legimus. Nam & Eſſedum, & Petoritum, Ciſium, Carruca, Carpentum, Pilentum, Arcera, Plauſtrum, Rheda, & Sarracum, Epiredium, quod Barbarum eſt, Carri, Covinum, & Arcirma, licet diverſi generis, omnes tamen vehiculorum numero fuere. Petoritum enim Gallicum fuit, rotarum 4. Covinum Britannorum,*

Vinnivs.

(*b*) Manifeſtum eſt Vlpianum hoc loco furem opponere iis omnibus, qui ex hoc edicto tenentur; nimirum iis etiam qui citra vim ex naufragio quid abſtulerunt aut amoverunt: nam & illi ad hoc edictum pertinent, *hac l. 3. par. non tantum. & ſeq.* Hoc igitur ſignificat Iuriſconſultus, ſi quis rem in litore jacentem, poſtquam naufragium factum eſt, abſtulerit, eum ut furem ſimplicem actione ordinaria furti, non illa ex hoc edicto, tanquam furem qualificatum, ut loquuntur in foro, teneri. Quod ſi cum cuſtos appoſitus eſſet, vim adhibuit, dubium non eſt, quin ut raptor teneatur in quadruplum judicio vi bonorum raptorum. *l. 5. inf.* Græci in *Baſilic.* Ὁ τὸ σωθὲν ἀπὸ ἐμπρησμοῦ καὶ καταπτώσεως, καὶ τεθὲν ἐν ἄλλῳ τόπῳ κλέψας, ἢ ἁρπάσας, καὶ κλέπτης καὶ ἅρπαξ ἐστιν, μάλιστα ἐὰν μὴ ἠγνόησε πόθεν ἦσαν. Qui rem ſervatam ex incendio & ruina & alio loco poſitam furatur vel rapit, & fur & raptor eſt: maxime ſi non ignorabat, unde eſſet.

norum, Eſſeda Belgarum, Carrucæ Germanorum, & Gallorum. Arcera infirmorum: erat enim plauſtrum tectum undique. Eas quidem carrucas etiam in Italia frequentes fuiſſe comperimus. Quippe Nero Cæſar, nunquam minus M. carrucis iter feciſſe proditur, longo ſemper agmine impedimentorum incedente. Pilentum veneti coloris erat, quo matronæ vectabantur caſtæ quas poſtea Baſternas dixere. late Alex. ab Alex. Genial. Dier. lib. 2. cap. 3. *Si quis igitur quod de his ignorantibus dominus* c *excidit, lucrifaciendi cauſa ſuſtulerit, frequentius eſt, ut de*

VINNIUS.

(c) Qui rem in litore jacentem poſtea quam naufragium factum eſt, tollit, comparatur cum iis, qui tollunt ea, quæ ignorantibus dominis decidunt de curru aut vehiculo in via, quos utique conſtat hoc edicto non teneri, ſed furti duntaxat obſtringi, ſi quidem lucri faciendi gratia ea abſtulerint. Nam ſi non ut lucrentur, auferant; ſed reddituri ei, cujus ea eſſe poſtea apparuerit, ne furti quidem tenentur. *l. falſus.* 43. §. *ſed ſi neque. & ſeq. ſup. de furt.* Illud non intereſt ſciverint, an ignoraverint, cujus eſſent. Nihil enim ad furtum minuendum facit, quod cujus ſint, ignorent. *d. l. falſus.* §. *qui alienum.* quippe cum omnes ſcire debeant, quod ſuum non eſt, hoc ad alios modis omnibus pertinere. *l. ult. C. unde vi.* Proinde ſi quis neſciat cujus ſit, recte probeque faciet, ſi libellum proponat continentem inveniſſe ſe, & redditurum ei, qui ſuum id eſſe demonſtraverit. Hoc enim facto palam oſtendet ſe non tuliſſe eam rem animo furandi. *d. l. falſus.* §. *ſed ſi.* 7. *& ſeq.* Quid ergo ſi poſt hujuſmodi libellum propoſitum aut (ſicubi conſuetudo) poſt inſinuationem præconis voce factam nemo ſe offerat, qui rem inventam ut ſuam repetat? Poterit inventor, ſi pauper eſt, eam ſibi ceu munere Dei collatam retinere: ſin dives eſt, bene & pie fecerit, ſi in uſus & alimoniam pauperum eam convertat. ita *Bart. in d. l. falſus.* §. *qui alienum. Fab. Cantiunc. Schneid. ad* §. *ult. Inſt. de rer. diviſ.* Quid juris hodie hic obſervetur, doceo ad *l.* 7. *inf. eod.*

(d) Bar-

ut de furto potius, quam de rapina teneatur. Sed nec quicquam intereſſe exiſtimatum eſt, ſive ſcit, ſive ignoraverit cujus ſit. Quippe cum Iuſtiniano ad Iohan. Prætorii præfectum, teſte, omnes ſcire debeant, quod ſuum non eſt, hoc ad alios modis omnibus pertinere, l. ult. C. undi vi. *nihil ad furtum minuendum facit, quod cujus ſit, ignoretur, & ita Domitius Vlpianus reſpondit raptor* l. falſus §. qui alienum. ſup. de furt.

Nec enim rapere &c. *Indicat Vlpianus differentiam inter rapinam & furtum. Etenim omnis quidem fur eſt, ſed non omnis fur raptor.*

Deinde ait Prætor. *Rate, nave expugnata.* Expugnare videtur, qui in ipſo quaſi prælio & pugna adverſus navem aliquid rapit: ſive expugnet, ſive prædonibus expugnantibus rapiat.

SVMMÆ RERVM.

1 *Expugnare navem quid:*
2 *Capta ab hoſtibus juſto bello noſtra ſunt.*
3 *Beneficio juvari, non decipi convenit.*
4 *Belli indicendi mos veteribus quis fuerit.*
5 *Tybarenorum inſignis fides in bello.*

Quid ſit expugnare navem latius inferius indicat Caliſtratus, ad cujus expoſitionem quicquid in edi- a
cto continetur, referri debet. Porro & tunc expugnari 1
hoc loco dicitur, cum prælium adverſus navem ſuſceptum eſt.

V i n n i v s.

(*a*) Bartolus ad hunc locum notat textum hujus *l.* & *l.* 5. *inf. eod.* eſſe ſingularem ad hoc, quod participium præteriti

2 *eſt. Sed hæc ad juſtum bellum referri non poſſe exiſtimo. Etenim cum ea quæ ab hoſtibus acquiruntur jure gentium noſtra fiunt:* §. item quæ ab hoſtibus. Inſtit. de rerum diviſ. *dubium profecto eſſe non poteſt, an ulla cum hoſtibus bello etiam peracto actio nobis competere queat. Bellum igitur Cæſarianis cum Gallo gerentibus, ſi navale in mari prælium committatur, quod rapitur, jure gentium occupanti omnino conceſſum eſt. Porro ſi Anglus quiſpiam quo cum bellum non geritur, compoſitionis gratia ficte ſe ingerens, aliquid pugnantibus aliis rapue-*
3 *rit: ad reſtitutionem compelli poteſt, quippe (ut Iulius Paulus ait) juvari nos non decipi beneficio convenit.* l. in commodato. §. ſicut autem. in fi. ſupra commodati. *Sed & illud quod Caliſtratus ait, comprehendi edicto qui prædonibus expugnantibus rapiunt, eadem ratione intelligendum exiſtimo, & quod ad hoſtium quoque expugnationem referri poſſit, ſi modo qui rapit hoſtis quoque expugnatæ navis non fuerit. Cæterum ſi bellum juſtum non ſit quod geritur, de quo alio loco* ad l. hoſtes. inf. de verb. ſignific. *late diſſeritur, res captæ & occupatæ in dominium raptorum non tranſeunt, & idcirco ad legis noſtræ deciſionem pertinere videntur.* vide Bar. ad l. hoſtes, inf. de cap. & poſtlimi. rever. *Et hæc quidem quæ diximus juris ſunt, ſed utilitatem ex hominum nequitia magnam non habent, cum de juſto bello poſt amiſſas res*
4 *diſputare, difficile ſit. Olim ſi cui bellum indicendum foret, aut pia & juſta arma movenda, mos veteribus erat, prius res repeti, mox bellum denunciare: quippe cum nullum putarent juſtum bellum, niſi quod rebus petitis gereretur, aut antea denunciatum foret, & ſolenni modo indictum. Fœcialibus enim prohibentibus, aut non probantibus, neque Conſuli, neque Senatui, aut populo arma in*

hoſtes

*hoſtes ſumere licebat. At nunc an ille mos qui à veteri-
bus ſanctè ſincereque obſervatus fuit, apud omnes omnino
Principes obſervatur, aliorum eſto judicium. Ego pro-* 5
*fecto Tybarenorum fidem ſatis probare non poſſum, qui
non prius cum hoſte congrediebantur, quam diem, locum
& decertandi horam, ex fide per Fœciales renunciarent.*

Non tantum autem qui rapuit, verum is quoque, qui recepit, ex cauſis ſupraſcriptis tenetur: quia receptores non minus delinquunt, quam aggreſſores. Sed enim additum eſt, *Dolo malo*: quia non omnis qui recepit, ſtatim etiam delinquit: ſed qui dolo malo recepit. Quid enim ſi ignarus recepit: aut quid ſi ob hoc recepit, ut cuſtodiret, ſalvamque faceret ei, qui amiſerat? Utique non debet teneri.

SVMMÆ RERVM.

1 *Receptatorum genus peſſimum.*
2 *Recepiſſe quis dicatur.*
3 *Sanguinem ſuum redimere licet.*
4 *Dolus quomodo probetur.*
5 *Zelandorum conſtitutio de naufragiis.*

R*ectè ait Martianus*, l. 1. inf. de receptat. *peſſimum* 1
genus receptatorum eſſe, ſine quibus latere nemo 2
diu poteſt. Qua ratione æquiſſime profecto conſtitutum

VINNIVS.

eſt

riti temporis verificatur in tempore præſenti vel in continenti elapſo.

(*a*) Eadem habes apud Paulum *l. congruit.* 13. *ſup. de offic. præſ.* Idem *lib.* 5. *ſent. tit.* 3. *ſublatis*, inquit, *ſuſceptoribus cupido graſſantium conquieſcit.* Nos

V 5

dici-

b *eſt à legiſlatoribus, eadem pœna utrumque afficiendum eſſe. Unde & a Baldo reſpònſum invenio, mulierem receptatricem cum fure ipſo in crucem adactam fuiſſe,* in l. eos. C. de furt. *Recepiſſe autem videtur, qui refugium abſcondendi præſtat, vel in ſuo, vel in alieno loco.* l. 2. dict. tit. *Sed hæc ad eos tantum referre oportet, quos admiſſum crimen minime latere probatur. Probari autem poterit, vel per famam publicam, vel per vicinos, vel per alia indicia quæ ad probationem æquus judex omnibus examinatis ſufficere arbitrabitur,* Bar. in d l. 1, & alii in d. l. eos. *At ſi ignorantes receperint, quod regulariter præſumitur.* cap. præſumitur. de reg. jur. lib. 6. *aliud jure conſtitutum reperitur. late* Hippolit. de Marſ. in l. qui falſam. inf. ad l. Cornel. de fal. *Sed & ſi invitus recipiat, & coactus, eodem jure utimur.* Socin. conſil. 90, in 1. vol. num. 8. & 9. *Sic ſi bannitum & proſcriptum invitus & per vim recipiat ruſticus, in legem peccare minime videtur.* Hipp. in l. 1. inf. ad l. Cornel. de ſicar. num. 90. *Eos quoque apud*

VINNIUS.

dicimus, *waren daer geen heelers, daer waren geen ſteelers.*

(*b*) Non minus delinquunt receptores, quam ipſi latrones, aggreſſores, fures: ideoque pari pœna puniuntur. *hoc text. l. 1. inf. de receptat. l. 1. C. de crim pecul. l. 1. C. Theod. de his qui latron.* Ὅμοιόν ἐστι τὸ ἁρπάσαι καὶ τὸ ὑποδέξασθαι τὰ ἁρπαγέντα εἰδότα. Idem eſt rapere, ac ſcientem rapta ſuſcipere. *lib. 60. Baſil. Den heeler is niet beter, als den ſteeler.* Plato *lib. 12. de legib.* in eandem ſententiam ἐὰν τις, inquit, κλεμμάτων ὑποδέχηται τὴν αὐτὴν ὑπεχέτω δίκην τῷ κλέψαντι. Simile eſt illud Quintiliani *declam. 225. Proximos, inquit, eos eſſe exiſtimo transfugis, à quibus tranſfugæ recipiuntur. hoc enim natura idem eſt, facere ſeu probare.* quod ad receptores bannitorum Bartolus & alii ad *tit. de receptat. inf.* traducunt. Enimvero qui maleficii ignarus aliquem recepit, pœna receptatorum non tenetur. *hoc text. l. 1. C. de his qui latron. l. 12. C. ad leg. Fab.*

(c) Igno-

apud quos cum rebus raptis affines, cognati, fratres, parentes, & alii ſanguinis vinculo aſtricti, reperiuntur, neque abſolvendos, neque ſevere admodum puniendos Paulus conſtituit. Non enim (inquit) d. l. 2. *par eſt eorum delictum, & eorum qui nihil ad ſe pertinentes recipiunt. Significans & ſanguinis conjunctioni & affinitati multa extra ordinem à jure eſſe conceſſa. Etenim ſi quis excommunicationis vinculo alligatus, ab hominum Chriſti fidelium convictu coërceri ſubmoverique debeat: is tamen & à parentibus & à conſanguineis cæteriſque neceſſariis omnibus recipi poteſt.* cap. inter alia. §. præterea, ext. de ſentent, excommunicat. *Sed & judicem & delatorem corrumpere ob ſanguinis conjunctionem permittitur.* Alberic ad l. 2. *Verum hæc non aliter intelligenda erunt, quam ſi ſurreptarum raptarumque parte non gaudeant. ne ſub benignitate legis graviſſime peccetur.* 3 c

Dolo malo. *Sed quis erit ſceleratæ hujus voluntatis judex? Sane, cum homo externa tantum cernit, is ſolus animadverſor videbatur, qui mentem intuetur.* 4

Unde

V i n n i v s.

(c) Ignoſcendum aliquo modo eſt iis, qui conſilium pro tuendis liberis, parentibus, fratribus, cognatis & affinibus ſuis capiunt. per. *l. nec in ea. 22. §. ult. inf. ad leg. Iul. de adult. l. milites. 13. §. ult. inf. de re mil.* Virgilius 12. *Æneid.*

Tu pro germano ſi quid præſentius audes,
Perge, decet.

Ad quod Servius, nam licet, inquit, germanam illicita etiam, pro fratris ſalute tentare. Utique non par horum delictum eſt, atque eorum, qui nihil ad ſe pertinentes latrones recipiunt. *l. 2. inf. de receptat.* & quamvis non æque ſevere puniuntur, non tamen in totum excuſantur; ſed μέσως πῶς τιμωροῦνται, medio quodam modo. *Baſil.* 60. *tit.* 27. impoſita videlicet multa aliqua pecuniaria pro modo delicti & facultatum, ſecundum *DD. in d. l. 2. inf. de receptat.*

Unde & veteres crimina quædam ad Dei ultionem remiſerunt : veluti ingratitudinem : Seneca : lib. 1. de. benefic. *& Cicero de legibus* 2. *ſic ait.* Ad divos adeunto caſte, pietatem obſervanto,opus amovento: qui d ſecus faxit, Deus ipſe vindex erit. *Cæterum quamvis dolus omnino in animo ſit, ab exterioribus tamen indiciis* 5 *facile cognoſcitur*, l. dolum. C. de dolo. *& cum lege Zelandorum nemini, exceptis iis qui à principe authoritatem habent, res naufragorum apprehendere ſub capitis pœna liceat* : cap. 4. articul. 13. *ipſo facto dolus præſu-* e *mitur. Recte igitur ad propoſitum Baldus ait*, in d. l. dolum.

VINNIUS.

(*d*) Qui dolo aliquid factum eſſe dicit, docere debet dolum admiſſum eſſe *l.quotiens.*18.*par.* 1. *ſup. de probat.* Poteſt autem dolus probari etiam ex indiciis; ſed debent eſſe perſpicua. *l.* 6. *C. de dol*: Proinde & præſumptionibus hic dabitur locus nimirum ſi ex factis atque indiciis externis dolus arguatur : nam cum hæc indicia & facta allegat actor, hoc ipſo dolum probat, utique ſi ſatis perſpicua ſint, ut eſſe poſſunt. *Maſcard.* 1.*concluſ.* 531. *Menoch.* 5. *præſumpt* 3.

(*e*) Dicam obiter diſtinctius. In factis illicitis dolus præſumitur. *l.* 1. *C. ad leg. Corn. de ſicar. l.* 5. *C. de injur. l. ſi quis fumo.*49. *ſup. ad leg. Aquil. l. auxilium.* 37. §. 1. *ſup. de minor. facit. l.* 5. *par.* 1. *ſup. de ſerv. corrupt. l.eum qui.* 18.*par.ult.inf.de injur.* Contra in factis licitis non præſumitur dolus, ſed probandus eſt. *l. quotiens.* 13. §. 1. *ſup de probat. l.* 6. *C. de dol. & ibi Sichard. poſt Gloſſ. Bart. & DD.* In omiſſione præſumitur dolus, ſi quis cum damno alterius omittat, quod facere debet, & quod ſcit ſe facere debere. Quo caſu qui dolo adverſarii ſe læſum dicit, dolum probare non habet neceſſe. *l. ſi procuratorem.* 8. §. *pen. l. dolus.* 44. *ſup. mand. l.* 1. §. *eſt autem.* 22. *ſup. depoſ. l. dolo.* 41. *ſup. ad leg. Falc. l. ult.* §. *ult. C. arb. tut. Maſcard. de probat. concluſ.* 532. *n.* 80. item caſus eſt in *l. propter.* 21. *par.* 1. *ſup. ad ſenat. Silan.* Sed adverſus haſce præſumptiones juris admittitur contrarii probatio. *l. ſi pactum. 9. l. ſi chirographum.* 24. *& l. ſeq. ſup. de probat. tum ſimilib.*

(*a*) Hæc

dolum. *in his quæ de genere ſunt prohibitorum, ſemper dolum præſumi, quæ ſententia communi calculo comprobata eſt.* in l. ſi non convitii. C. de injuriis. *Porro (ut intra juris Romani limites perſiſtamus quo non malignandi animo ejectas merces colligere licet) ſi reſtituendi voluntate, cogitationeque apprehenſa ſint, dolo ceſſante pœnam quoque ceßare neceſſarium eſt, cum animum & propoſitum maleficia diſtinguere multo notiſſimum ſit.*

Non ſolum autem qui rapuit ſed & qui abſtulit, vel amovit, vel damnum dedit, vel recepit, hac actione tenetur. Aliud autem eſſe rapi, aliud amoveri, palam eſt: ſi quidem amoveri aliquid ſine vi poteſt, rapi autem ſine vi non poteſt. Qui ejecta nave quid rapuit, hoc edicto tenetur: ejecta, hoc eſt quod Græci ajunt, ἐξεβράσθη.

SVMMÆ RERVM.

1 *Ejicere quid ſit.*

A*ccurſius noſter principaliter & directe ad rapientem, ſecundarie vero & per interpretationem ſolum ad* a

VINNIVS.

(a) Hæc ſententia Accurſii non placet. Nam non tantum qui rapuit, ſed etiam, qui amovit, recepit, directo ex hoc edicto tenetur, id eſt, ex eo, quod ſcriptum eſt, non ex interpretatione aliqua extenſiva actione utili. Scriptum enim etiam illud & verbis legis comprehenſum intelligi oportet, quod voluiſſe legiſlatorem conſtat, etiamſi id verbis legis aperte expreſſum non ſit. *l. 6. par. 1. inf. de verb. ſign.* Ut ecce, lege Aquilia, qui damnum dedit, expreſſe jubetur ejus damni æſtimationem præſtare. Illud non exprimitur damnum tanti æſtiman-

ad amoventem, damnum dantem, & recipientem quoque, edictum iſtud referendum exiſtimat, l. hac noſtra. in princip. *cum & æquitas eadem iis etiam caſibus ſubeſſe cenſea-*
1 *tur. Ejiciendi vero verbum, quo hic in textu utitur Ulpianus; varias ſignificationes habet. Alciatus autem* lib. prætermiſſo: 2. & in annot. in 11. lib. C. in princip. *hic le-*
b *gi poſſe commodius opinatur* ἐκβολή, *quod ejectam ſignificat Budæus autem* ἐξοκειλάσης. *Eſt enim* ἐξοκεῖλαι, τὸ ὑπὸ βίας

τῶν

VINNIUS.

mandum, quanti interſit damnum datum non eſſe: cæterum quia damnum ſarciri lex voluit, ex voluntate legis hoc ſic acceptum eſt, quaſi ſcriptum eſſet, ejus omnis, quod intereſt, æſtimationem fieri debere: ac proinde etiam ejus nomine, quod extrinſecus intereſt, directa ex lege actio competit. *par. illud.* 10. *Inſt. de leg. Aquil.* Sic patronorum tutela ex lege 12. *tab.* deſcendere dicitur propter non obſcuram legis voluntatem; quamvis de ea tutela nihil diſerte lege cautum. *Inſt. de leg. patro. tut.* At vero ubi longius proceditur, atque ex ſcripto & ſententia controverſia orta, actio inducitur per interpretationem & extenſionem aliquam, tanquam ex mente legiſlatoris, ea non directa, ſed utilis eſt. *par. ult. Inſt. de leg. Aquil.* At in propoſito non tantum de eo, qui rapuit, verum etiam de eo, qui recepit, aut alais quid damni dedit, edictum nominatim conceptum eſt: ut proinde nullum dubium eſſe poſſit, quin ſententia edicti comprehendatur etiam is, qui clam amovit: cum receptator, ſi non melior, utique pejor non ſit eo, qui ipſe amovit, quamvis ſine vi. Sed hæc ſunt contemplationis Academicæ: nam vi & effectu juris utiles hujuſmodi actiones à directis nihil differunt. *l. propen. ſup. de neg. geſt.*

(*b*) Alciatus prius legit προβλῆτα, poſt ἐκβολή, tandem ἐξοκειλαμένη reſtituit. Haloander ἐξοκειλαμένης. Budæus ἐκκλυζομένης vel ἐξοκειλάσης. In Florentinis autem legitur ἐξεβράσθη, quod ἀπὸ τοῦ ἐκβράζειν dictum, i.e. ejicere. unde ἔκβρασμα, naufragium τὰ τῆς νεὼς λείψανα, reliquiæ navis in litus ejectæ. Quod malo, niſi quis putet pro tertia aoriſti indicativi, reponendum participium ἐκβρασθείσης, ſcilicet τῆς νεώς, ut reſpondeat ablativo, nave ejecta.

(*a*) Ex

τῶν κυμάτων καταγειν: *undarum vi in littus eiici.* vide Anto. Auguſtinum emendat. lib. 4. cap. 16. *Unde & apud Virgilium legitur:*

Ejectum littore egentem
Excepi.

Aliquando eiiciendi verbum ad immaturum partum accommodatur, qua ſignificatione & libro XII. *Plinius uſus eſt:*

Senatusconſultum Claudianis temporibus factum eſt, ut ſi quis ex naufragio clavos, vel unum ex his abſtulerit, omnium rerum nomine teneatur. Item alio SCto cavetur: eos quorum fraude, aut conſilio naufragi ſuppreſſi per vim fuiſſent, ne navi vel eis periclitantibus opitulentur: Legis Corneliæ, quæ de ſicariis lata eſt, pœnis adficiendos. Eos autem qui quid ex miſerrima naufragorum fortuna rapuiſſent, lucrative fuiſſent dolo malo: in quantum edicto Prætoris actio daretur, tantum fiſco dari debere.

SVMMÆ RERVM.

1 *Claudius Cæſar mercaturæ cauſam defendit.*
2 *Clavus navis quid ſit.*
3 *Homo homini Deus.*
4 *Charitas ordinata quæ.*
5 *Bello capta an noſtra fiant.*
6 *Emptores rerum raptarum taxantur.*

Clua-

a Claudianis temporibus. *Nonnulli exiſtimant, quibus cum ſentio, ipſum Claudium huic legi plurimum authoritatis adhibuiſſe. Etenim ut in vita Claudii Suetonius teſtatur* cap. 18. *multas actiones Claudius Imperator reſtituit, multa jura erexit, & novas agendi*
1 *formulas copioſiſſimè introduxit. Nam & negotiatoribus certa lucra propoſuit, ſuſcepto in ſe damno, ſi cui quid per tempeſtates accidiſset. Sed & Hoſtienſem quoque portum fabricaſse fertur, & ſummam mercatorum curam habuiſse.*

b Clavos vel unum ex his. *Clavus in navi, id eſt, ad quod guber-*

VINNIUS.

(*a*) Ex quo comitia è campo ad patres tranſlata ſunt, quod à Tiberio primum factum eſſe teſtatur Tacitus *lib.* 1. *annal.* legibus & plebiſcitis quieſcentibus ſenatus jus facere cœpit; quanquam non tam propria auctoritate, quam conniventia quadam & indulgentia Principum, ut ex eodem Tacito diſcimus. Solebant autem Principes orationes in ſenatu habere, aut ſcriptas ad ſenatum mittere, in quarum ſententiam ſenatuſconſulta concipiebantur. quod & hic factum exiſtimare licet. Atque hæ Principum orationes etiam ſenatuſconſulta nominantur, quandoque etiam leges. Sic oratio D. Hadriani de petitione hæreditatis. *l. ſi & rem.* 22. *ſup. de hær. pet.* ſenatusconſultum paſſim appellatur. *l. item veniunt.* 20. *par. præterea.* 6. *& ſeqq. eod. tit.* Iulius Capitolinus orationem D. Pertinacis de teſtamentis prioribus non prius infirmandis, quam alia perfecta ſint, legem appellat.

(*b*) Clavus & pro toto navis gubernaculo ponitur, pro τῷ πηδαλίῳ, & pro gubernaculi ſumma parte ſive anſa, τῷ ἄκρῳ τοῦ πηδαλίου, quod Græcis οἴαξ noſtratibus *den Helmſtock.* Vitruvius *lib.* 10. *c.* 8. *Quemadmodum etiam navis onerariæ gubernator anſam gubernaculi tenens, quod οἴαξ à Græcis appellatur &c.* Senatuſconſulto fit mentio clavorum numero plurativo, ad quod Accurſius notat duos eſſe clavos in navi id nunquam vidi. Peckius de clavo ipſo & gubernaculis adjectis accipit.

(*c*) Ho-

gubernacula copulantur, quem navis magiſter, & gubernator in puppe ſedens dat operam ut rectum teneat. Vnde proverbium à Quintiliano uſurpatum lib. 2. Dum clavum rectum teneam: *id eſt, dum meo fungar officio. Indicare autem videtur hic Vlp. Senatuſconſulti mentionem faciens, plures navi clavos fuiſſe, dum plurali utitur numero, quod omnino apud me controverſum eſt, qui unum tantum clavum ubique vidi. Accurſius ſane clavum pro gubernaculo accipit, binoſque in navi clavos conſtituit. Scio gubernacula in navi dicta eſſe, quæ clavo adhærebant, quæque is tractabat in puppi qui gubernator & dominus navis à Cicerone appellatur, à Græcis autem κυβερνήτης. Quapropter ſi Accurſii expoſitionem ſequamur, videbitur & de clavo ipſo & de gubernaculis annexis reſponſum iſtud intelligendum eſſe, & ſi quis utrumque vel unum ex his abſtulerit, omnium rerum nomine tenebitur. quod rationem habet. Etenim cum clavo & gubernaculis navis caret atque etiam ſpoliata eſt, quicquid ea continetur, neceſſariam fere ſemper cladem accipiet, quod & Virgilius* Æneidos lib. 1. *& Ovidius* Metamorph. lib. 1. & de triſtib. l. 1. eleg. 2. *& Lucanus* de Bello Pharſal. lib. 5. *diverſis locis fuſiſſime teſtantur. Sed & protritum illud hinc & vetus adagium ortum eſt, rem ſalvam eſse, dum clavum rectum & incolumem teneam.* vide Eraſ. in Chiliad. 3. centur. 1. *Sic & ſi quis (inquit Domitius Vlpianus* l. ſi quis in gravi. §. ſi quis tabulas, inf. ad SC. Syllianum.) *non totum teſtamentum, ſed partem ejus aperuerit, dicendum eſt, in edictum eum incidiſse. Parvi enim refert, utrum totum an pars aperiatur. Sic & ab Alberico reſponſum eſt, ſtatuto quo centum ſolidis vulnerans punitur, eum quoque contineri, qui ſtricto enſe lædendi animo veſtimenta*

alterius inſcidit. Quo & Ciceronis ſententia ſpectare videtur in oratione pro Milone. Non exitus (*inquit*) rerum ſolum, ſed & hominum conſilia legibus vindicantur: minus quidem dolendum eſt re non perfecta, ſed puniendum certe nihilominus. *Sed & Plato* Dia-c log. 11. de legib. *Si quis (inquit) voluerit, cogitaveritve amicum, hominem, ex iis quos prohibet lex, interficere: vulneraverit autem, nec interficere potuerit: hunc omni remota miſericordia, non aliter quam ſi vita privaſſet, dare cædis ſupplicium cogeremus. Eadem igitur ratione in propoſita pœna dicendum erat, cum & is qui clavos aufert, hoc quoque egiſſe videatur agereque voluiſſe, ut in diſcrimen navis tota veniret. Nihil his obſtat quod contra Trebatium Ulpianus ait* l. vulgaris. princip. ſup. de furt. *eum qui dolium aperiens partem vini abſtulit, non totius ſed ſolius partis ratione, furti actione conveniendum eſſe: Qui enim vini partem aufert, pro ea parte tantum vini dominum detrimento afficere poteſt, At qui clavum navis revellit, totius navis periculum dominum ſubire facit. Sed quomodo ait Vlp. omnium rerum nomine teneri? An ne ſalvis etiam rebus, & Deo duce in portum deducta nave, de omnibus convenietur? Quod ex ſuperioribus dici poterat. An potius depreſſa nave, amiſſiſque demum avulſo clavo mercibus, omnium nomine tenebitur? Illud tanquam rationi magis conſonum, verius eſſe exiſtimo, ſed pœnam à legibus ultra reſtitutionem, rerum-*

VINNIUS.

(c) Hodie generali conſuetudine derogatum eſſe juri communi in hoc, ut jam conatus aut delictum non conſummatum non amplius pœna legum ordinaria plectatur, niſi forte in delictis atrociſſimis, puta in crimine majeſtatis aut parricidii, teſtatur Clarus *lib. 5. par. ult. quæſt.* 92. & infiniti illic citati. *add. Menoch. de arbitr. jud. cauſ.* 360. *Ant. Morn. ad l. ult. par. 1. ſup. de cond. fin. cauſ. Gloſſ. in l. qui ea mente .65. ſup. de furt.*

(b) Pœna

rumque amiſſarum æſtimationem conſtitutam, minime evitabit. Nam ſi ea ſit ratio (ut & Accur. ait) quod omnium nomine teneatur, quia amiſſo clavo merces cum nave ipſa in periculum deducuntur cauſa profecto ceſſante, & navè ſalva, effectus quoque ceſſare debebit. c. cum ceſſante. ext. de appellat. *Quod igitur dicitur, in atrocioribus delictis, quale eſt iſtud, affectum pro effectu accipiendum eſſe, ad pœnam pertinere exiſtimandum eſt.* late Fulg. in tracta, de conat. Hipolit. in l. qui falſam. inf. de fal.

Opitulentur. *Recte, & naturali ex ratione antiquum illud emanavit proverbium,* Homo homini Deus. *Quo admonemur homines Chriſtiani, quod perpetuam charitatem & dilectionem erga proximum fovère debeamus. Si enim diligimus invicem, Deus in nobis manet, & charitas ejus (ut Ioannes teſtatur* cap. 4.) *in nobis perfecta eſt. Qua ratione prudentiſſime à Cicerone ſcriptum accepimus, tunc maxime homines Deos immortales imitari, cum in gravi periculo ſuccurrunt. Qua ratione quoque & Strabo tradit Ægyptios quoſdam duplicem facere Deum, immortalem, qui rerum omnium ſit autor, & mortalem ignoti nominis, tum à quibus beneficio ſint affecti, eos ferme pro diis colunt. Sed & pulchre in lib. de beneficiis Annæus Seneca:* Nam quo (*inquit*) alio tuti ſumus, quam quod mutuis juvamur officiis? Hoc uno inſtructior vita, contraque invaſiones ſubitas munitior eſt. Fac nos ſingulos, quid ſumus? Præda animalium, & victima, ac belliſſimus & faciliimus ſanguis. Quoniam cæteris animalibus in tutelam ſui ſatis virium eſt, quæcunque vaga naſcebantur, & actura vitam ſegregem, armata ſunt. Hominem imbecillitas cingit, debilem & infirmum ſocie-

tas munit Hanc ſocietatem tolle, & unitatem generis humani; qua vita ſuſtinetur, ſcindes. *Quæ cum ita ſint, merito ſane atque æquiſſime in eos Senatuſconſultum ſævit, qui naturæ totiuſque humanitatis leges contemnentes, periclitantibus opem minime tulerunt. Sed quomodo* (d) *ſævit? Ait Ulpianus legis Corneliæ pœna quæ de ſicariis lata eſt, id eſt, capitis*, toto tit. inf. & C. ad l. Corn. de ſicar. *adficiendos eſſe, quod rationem habet. An ne enim minus eſt criminis vitam viventi tollere, quam cum ferre poſſis, periclitantibus auxilium denegare?* arg. cap. ſicut. 47. diſtinct. *Ut igitur in hominum interfectores lege Cornelia capitis pœna ſtatuitur, ita & eadem hoc loco recipienda. & qui damnum ubi poteſt, non prohibet, delicti particeps eſse cenſetur.* cap. dilecto. de ſenten. excommu. l. 2. ſup. de nox. act. l. omne delictum. §. qui præpoſitum. inf. de re milit. *Quæ ergo nobis erit vel venia, vel excuſatio, quando vel tenuem amoris partem, quem Paulus in hoſtes vel ardentiſſimum de ſe præſtabat, nec in benevolos ipſi oſtendamus? Sic & Moſes ille beatus, qui multis Paulum ſeculis anteceſſit, eorum cauſa* qui

VINNIUS.

(*d*) Pœna legis Corneliæ de ſicariis non mors fuit, ſed deportatio in inſulam & bonorum omnium ademptio *l. 3. par. pen. inf. ad leg. Corn. de ſicar.* poſtea autem capite puniri homicidæ cœperunt: quæ pœna hodieque manet, quod eam etiam lex Divina exigat. *Exod. 21. 12. Levit. 24. 17.* Iuſtinianus hanc pœnam ipſi legi Corneliæ tribuit. *par. item lex Cornelia. 5. Inſt. de publ. judic.* Sed ille & pœnam culei, qua parricidæ afficiuntur, adſcribit legi Pompejæ. *par.* proxime ſequenti. & paulo ante *par. 4. eod.* pœnam gladii, qua plectuntur adulteri, legi Iuliæ: quarum tamen nec hanc eſſe ex lege Iulia, nec illam ex lege Pompeja conſtat. *l. 5. inf. de quæſt. l. 6. ſup. de divort. l. ſcio. 14. ſup. de teſtib. l. Claudius. 13. ſup. de his quæ ut indign. Nov. 134. c. 10. Tacit. lib. 1. 2 & 3. annal. Auguſtin. lib. 3. de civ. Dei. c. 5. l. 1. l. pen. pr. & par. 1. inf. de leg. Pomp. de parricid.*

ſtari

qui ſe hoſtiliter lapidibus invaſiſſent, de libro vitæ aboleri malebat. Vide pulchre Chryſo. in ſerm. de charit. *Porro quod periclitantibus opem ferre teneatur, tunc verum eſt, cum id ſine rerum noſtrarum diſpendio fieri poteſt.* e

VINNIUS.

(e) Poteſt hîc in genere tractari illa quæſtio, an quis teneatur periclitanti opem ferre, aliumve, cui vis infertur, defendere. Quin licitum ſit nullus dubito. Teneri autem quenquam non facile dixerim: ſiquidem nemo alterius cauſa ſe ipſum periculo exponere tenetur, & poteſt quiſque ſuam vitam & res, alienis præferre. Quomodo interpretandum illud Ciceronis, *Qui non defendit, nec obſiſtit injuria, cum poteſt, tam in vitio eſt, quam ſi parentes, aut patriam, aut ſocios deſerat*: ut τὸ *poteſt* intelligatur cum ſuo commodo. ut & aliud ejuſdem *lib. 1. de offic.* ubi ait hanc quoque ſpeciem eſſe injuſtitiæ, ſi quis ab iis; quibus infertur, non propulſet injuriam. Nam & idem alibi dicit, non defendi homines ſine vituperatione fortaſſis poſſunt. Senecæ eſt, *Succurram perituro, ſed ut ipſe non peream, niſi ſi futurus ero magni hominis, aut magnæ rei merces.* Enimvero ſi quis ſine ſuo periculo alteri opem ferre queat, haud dubie peccat, ſi eum deſerat. Nec tamen ulla jure civili in non opitulantem pœna conſtituta eſt. ad quod adduci ſolet *l. 9. par. 1. ſup. quod met cauſ.* ubi permittitur accipere aliquid, & ſtipulari eo nomine, quod quis è periculo à latronibus illato eripitur: & textus hic noſter loquitur tantum de pœna eorum, quorum fraude & conſilio naufragi ſuppreſſi per vim, ne periclitantibus auxilium ferri potuerit, ut & *l. 3. par. 4. inf. ad leg. Corn. de ſicar. add. Damhoud. prax. crim. c. 80. Grot lib. 2. de jur. bell. & pac. c. 25.* Plane jure canonico unumquemque teneri alteri ſuccurrere, & injuriam, quam cum poteſt, non prohibet, videri facere, probant *c. quanta, 47. de ſent. & excomm. junct. c. cum dilecto. 6. verſ. & quidem. eod. in 6. c. ſicut dignum. 6. par. illi etiam. de homicid. c. 7. & 8. cauſ. 23. quæſt. 3. junct. ult. ibid.* Alia quæſtio eſt, an etiam hactenus permiſſum ſit alium defendere, ut invaſorem occidere liceat, ſi non niſi morte illius eripi invaſus potuerit. de qua vide *Damhoud. ubi ſup. Covar. ad Clement. unic. de homicid. p. 3. par. 1. n. 3. Clar. par. homicid. n. 27. & ſeq. Vaſq. 1. illuſt. controv. 11. n. 26.* Porro loca à Peckio hic allegata, nempe *l. 2. ſup. de noxal. act. l. omne delictum. 6. par. qui præpoſitum. inf. de re milit.* ad quæſtionem propoſitam parum aut nihil faciunt: ut & illa, quæ de Paulo Apo-

ieſt. Etenim & hodie Theologorum proverbium celebra-
4 *tur, charitatem à ſeipſo proficiſci, natum videlicet ex his cantici myſtici verbis,* ordinate in me charitatem. Eraſ. in adagio. Omnes ſibi melius eſſe malunt. &c. *Igitur non comprehenditur Senatuſconſulto qui navem vicinam perire, naufragiumque facere videns, ipſe ſine periculo navis ſuæ ſubſidium ferre non poteſt. Exemplo res fiet clarior. Nauta quiſpiam ſui capitis homo, ingenti tempeſtate orta, in medios fluctus temerarius ſe conjicit. Rumpitur, diſſolvitur, laceratur vento navis. Alii nautæ qui ſtationibus ſuis ſe continent, naufragium quidem triſtes & à longe conſpiciunt, opem ferre deſiderant, ſed ſi pergant in eoſdem fluctus navem deducere, eodem modo pereundum eſt, Hiccine in legem Corneliam hi incident? Non arbitror.* l. nullum crimen. inf. de reg. jur. *Sed & gratificationis favor à legis Corneliæ pœna excuſare poteſt. Quid enim ſi duæ naves quarum altera Anglicana, altera hoſtilis, naufragium faciant? Zelandis profecto. cæteriſque Belgis Anglicanam adjuvantibus, impune hoſtilem relinquere licet. Huc ſpectat eorum ſententia, qui adagium iſtud,* Genu ſura propius, *ex ſimili eventu natum contendunt, inter quos & Ariſtoteles unus eſt* lib. 9. moralium. *Cum in prælio quidam conſpiceret duos amicos pariter de vita periclitantes, fratrem & conſobrinum, neque poſſet utrique ſimul ferre ſuppetias, omiſſo conſobrino fratrem defendit, atque hanc inde ſententiam pronunciavit, quæ poſtea tranſivit in proverbium. Eraſmus in adagio,* Genu ſura propius. γόνυ κνήμης ἔγγιον. *Sed & ſi hoſtilis altera non ſit, duabus peri-* cli-

VINNIVS.

Apoſtolo & Moſe refert. Puto autem Peckium intelligere ea, quæ leguntur *c.9.ad Rom.verſ.3.* | *Exod. 32. verſ. 32. Num. 14. verſ. 10. & ſeqq.*

(*f*) Hoc

elitantibus, alteram juvans, ab alterius navis domino accuſari non poteſt, Sed quid ſi pereunte naufragiumque faciente Anglicana, Cæſariani Gallicam hoſtilem navem, & in Anglorum auxilium tendentem, capiant: hiccine cum Cæſarianis Anglicanæ navis dominus, ob impedimentum agere poterit? Exiſtimo non poſſe. Etenim qui ſuo jure utitur nulli facit injuriam. l. nullus videtur dolo l. factum. §. 1, inf. de reg. jur. *Unde cum* 5
jure gentium Gallica hoſtilis navis occupantis facta ſit, eoque jure hoſtem invadere liceat: in legis pœnam incidere non debet. Nam & poteſt quis in ſuo ædificare, & altius ad cœlum ædificium tollere, etiam ſi vicina lumina obſcurentur. l. altius. C. de ſervitut. l. ſi in ædibus. eo. tit. l. Imperatores. ſup. de ſervit. urba. prædior. *Cæterum ſi quis injuſto bello in eadem ſpecie facti, navem auxilium ferentem naufragio, occuparet: alio jure utendum eſſe exiſtimarem.* vide not. in d. cap. nullus. *Sed & ea quæ dicta ſunt de hoſtium nave occupata, altera interea pereunte quæ cum nobis inimicitiæ non ſunt, ad humani juris deciſiones pertinet, ſed an divino jure, & in foro Cælitum (ut Plato dicebat) ſuſtineri poſſit: à Theologis petendum eſt.*

Lucrative eſſent. H*ic ego intelligi velim impuriſſimas illas belluas, peſtes immanes, eos qui vilis lucri ergo, raptas merces ſcienter ad vendendum circumferunt. Adjiciamus his improbos illos & nefarios furtivarum* 6
raptarumque rerum emptores, quibus nullum piaculum, religio nulla eſt, ſceleratos homines in crimine damnoſo fovere. Sane ſi penes hos, qui ex vilitate pretii, rei venditæ qualitatem ignorare non poſſunt, raptæ furtoque ſubductæ naufragorum merces reperiantur: violentiſſima naſcitur adverſus eos præſumptio, & adhibitis tormentis,

 in-

inquirendam veritatem exiſtimo. ut fraude retecta, (Salic. in l. incivilem. C. de furt.) *condignum maleficio ſupplicium accipiant.* Accur. in l. civile. eo tit.

f Fiſco dari debere. *De iſto articulo latius alio loco dicemus, in* l. 1. C. de naufrag. lib. 11.

LEX IV.

PAULUS LIB. LIV.

Ad Edictum.

Pedius poſſe etiam dici ex naufragio rapere eum, qui cum nondum naufragium fiat, in ipſa trepidatione rapiat.

SUMMÆ RERUM.

1 *Pedius IC. quis.*
2 *Mortem timens tranquillo animo eſse non poteſt.*

a 1 Pedius. *Bernardus Rutilius in libello de vitis Iureconſultorum exiſtimat iſtum fuiſse Pedium, quem Perſius ſuo carmine celebravit. Ait enim :*

Fur es,

VINNIUS.

(f) Hoc idem ſignificatur *lib.* 60. *Baſil. tit.* 17. *c.*6. *his verbis,* πρὸς τῇ ἤδη ὡρισμένῃ ποινῇ, *præter pœnam jam olim ſtatutam:* τιτίσι, ait Scholiaſtes, καὶ τῷ δημοσίῳ τόσον παρέχῃ, ὅσον τῷ ἐνάγοντι, *ut etiam fiſco tantum pendat, quantum accuſatori.* Welwod in ſuo compendio *leg. naut. tit.*23. *concerning shipwracke.*

(*a*) Marcilius & Britannicus exiſtimant deſignari à Perſio Pedium Blæſium, qui ſub Nerone, auctore Tacito 14. *annal.* ſenatu motus eſt, accuſantibus Cyrenenſibus violatum ab eo theſaurum Æſculapii, delectumque militarem pretio & ambitione corruptum. Legendum autem eſt apud Perſium, non *carmina,*

Fur es, ait Pedio. Pedius quid? carmina raſis
Librat in antithetis: doctas poſuiſſe figuras
Laudatur.

Libros reliquit de ſtipulationibus. Item ad edictum. 5. & xx. Ex quibus facillime colligimus acris judicii hominem fuiſſe.

In illa trepidatione. *Cum non minus vere quam prudenter à prudentiſſimis illis viris Annæo Seneca & Tullio Cicerone non uno loco annotatum ſit, non poſſe eum tranquillo animo conſiſtere, qui mortem omnibus horis impendentem videt: neſcio profecto qua ratione fieri poſſit, quod nonnullis hominibus univerſus ratiocinandi uſus uſque adeo ademptus ſit, ut in ipſo mortis periculo à ſceleribus rapiniſque manus continere non poſſint. Hi ſane cum corporis curam agunt, animam vero negligunt: nihil aliud (ut Plato exiſtimavit) facere videntur, quam principem partem negligere, ſubjectam vero excolere. Quæ cum Iureconſultos minime laterent: voluerunt & in eos quoque legum ſeveritatem extendere, qui in ipſa trepidatione, hoc eſt, cum diſſoluta fere nave, omnibus momentis timentibus vectoribus & ſua timore negligentibus, naufragium expectatur, rapiunt. Verum ut edicto locus eſſe poſſit, neceſſum eſt, naufragium poſt trepidationem ſecutum eſſe. Etenim ſi ſuſpicio (inquit) Vlp. in* 3 b

VINNIUS.

na, ſed

crimina raſis
Librat in antithetis.

Hoc eſt, Pedius nequaquam refellit objecta crimina; verum ad figuras & exornationes decurrit, ſperans fore, ut hiſce orationum figuris & verſibus antitheticis ac rythmicis abſolutionem conſequatur. De quo nunc inter doctos conſtat.

(*b*) Procul dubio, quod de incendii & ruinæ ſuſpicione ſcribit Vlpianus *l.* 1. *par. pen. ſup. eod. Si ſuſpicio fuit incendii vel ruinæ, incendium vel ruina non fuit,*

in l. 1. §. ſi ſuſpicio. ſup. eo. *tantum fuerit, edictum locum non habet: quia ex naufragio raptum non eſt. Quanto ſceleratiores his ſunt, qui nandi peritiam profitentes, in trepidatione ipſa cæterorum pecuniam, aurum, annulos, ingenti pretio in terram tute ſe adducturos ſuſcipiunt, factoque naufragio & fluctibus oppreſſis dominis, minime reſtituere conantur. Sane ſi verum ſit quod Bal. ait in* l. quid ergo. §. pœna gravior. ſup. de his qui not. inf. *latiſſime* Hipo. ad l. unius. §. cogniturum, inf. de quæſtion. *ob criminis immanitatem jura tranſgredi licitum eſſe: quibus, quam exquiſitis, qualibus tormentis, nefarios hos homines afficiendos exiſtimabimus?*

Divus Antoninus de his qui prædam ex naufragio diripuiſſent, ita reſcripſit: Quod de naufragiis navis & ratis ſcripſiſti mihi, eo pertinet, ut explores, qua pœna adficiendos eos putem, qui diripuiſſe aliqua ex illa probantur. Et facile (ut opinor) conſtitui poteſt. Nam plurimum intereſt, peritura collegerint: an quæ ſervari poſſint, flagitioſe invaſerint. Ideoque ſi gravior præda vi appetita videbitur: liberos quidem fuſtibus cæſos in triennium relegabis. At ſi ſordidiores erunt: in opus publicum ejuſdem temporis dabis. Servos flagellis

VINNIUS.

fuit, edictum ceſſare: addita hac ratione, *quia neque ex incendio, neque ex ruina quid raptum eſt*, id accommodandum etiam eſt ad ſuſpicionem & timorem naufragii naufragio non ſecuto.

(a) Li-

lis cæſos in metallum damnabis. Si non magnæ pecuniæ res fuerint: liberos fuſtibus, ſervos flagellis cæſos dimittere poteris. Et omnino ut in cæteris, ita in hujuſmodi cauſis ex perſonarum conditione & rerum qualitate diligenter pœnæ ſunt æſtimandæ, ne quid aut durius, aut remiſſius conſtituatur, quam cauſa poſtulabit.

SUMMÆ RERUM.

1 *Ratis quid ſit.*
2 *Raptores excommunicantur & quomodo.*
3 *Piratas ſpoliare licet.*
4 *Fuſtium pœna quæ.*
5 *Atrocitate delicti jura transgredi licet.*
6 *Relegatio quid.*
7 *Exilium quid.*
8 *Perſonarum reſpectus in pœnis imponendis habetur & quare.*
9 *In foro conſcientiæ non ex qualitate perſonarum, ſed ex contemptu peccantis delicta æſtimantur.*

NAvis & ratis. *Navis quid ſit notius eſt omnibus quam ut longiore interpretatione opus habere videatur. Ratis autem quid ſit ita docet Budæus: navigium eſſe temere factum & inconditum, ut ſunt trabes connexæ & ſine fabrica compactæ, quæ navigii vicem præbent. Ponitur tamen & pro ponte, vel etiam loco fluminis quoquomodo juncto. Cicero ad Atticum:* Circumvallatum eſſe Pompeium ratibus, etiam exitus portus teneri. 1

Qua pœna. *Cum Reipublicæ maxime interſit crimina puniri, non hoc ſufficere huic ſceleri exiſtimarunt Legiſla-*

giſlatores, quod in quadruplum naufragis raptores mercium rerumq; ejectarum teneantur, ſed & publicam quo-
2 *que punitionem conſtituerunt. Quinimo & ſacri Canones quoque, ne ullo in loco punitio deſideraretur, excommunicationis pœnam in ejusmodi homines publico Lateranenſi concilio conſtituêre. Excommunicatione (inquit tex.)* cap. 3. extr. de raptor. c. ſi quis Romipetas. 24. q. 3. c. 2. de treuga & pace. *ſubdantur qui Romanos aut alios Chriſtianos pro negotiatione vel aliis honeſtis cauſis navigio vectos, aut capere, aut rebus ſuis ſpoliare præſumunt. (Illi etiam qui Chriſtianos naufragium patientes (quibus ſecundum regulam fidei auxilio eſſe tenentur) damnata cupiditate ſpoliant rebus ſuis, niſi ablata reddiderint, excommunicationi ſe noverint ſubjacere. Sed an ipſo facto excommunicati ſint, an potius ſententia opus ſit, in dubium venit. Cæterum communior eſt ſententia ipſo facto in excommunicationem incidere eos qui naufragium patientes ſpoliarunt. Etenim cum tex. ait,* Excommunicationi ſe noverint ſubjacere, *exiſtimant interpretes, ipſo facto excommunicationem oriri* Panor. & Anchor. ibi. Fely. in c. Rodolphus. verſic. ſciat ſe excommunicatum. extr. de reſcrip: *Plane à Romano Pontifice ter in anno ſolemniter excommunicantur, & per eccleſiaſticum judicem puniri poſſunt, quod naufragium facientes, miſerabilium perſonarum catalogo, quas eccleſia defendit, omni jure aſcribi debeant.* Panor. d. loco in fi. *Addit autem Canon* vel aliis honeſtis cauſis. *ſignificans eos qui piratas ſpoliant legis pœnis ſubjiciendos non eſſe. Ego rationem aſſigno, quia (ut Vlp. ait)* l. itaque. ſup. de furt. *nemo ex improbitate ſua actionem conſequitur, atque proinde quadruplum petere non poſſunt,* l. 1.

& 2.C. quando licet unicuique ſine judice ſe vindic, *Sed & cum cunctis adverſus latrones graſſatoreſque pu-* 3
blicos, pro quiete communi exercendæ publicæ ultionis authoritas facta ſit: nullam pœnam per magiſtratum inferendam, timere oportet. l. factum. §. 1. l qui autore. l. non videtur. §. 1. inf. de reg. jur.

Peritura collegerint. *Nam ſi tales ſint merces quæ omnino aquarum transmiſſione corrumpuntur, videtur dominus pro derelicto eas habuiſſe. Sed in his quæ ſervari poſſunt, cum nemo ſuum jactare præſumatur, aliud receptum eſſe, abunde ſuperius à nobis declaratum eſt* ad l. quæ levandæ ſup. ad. l. Rhodi.

Liberos fuſtibus, *Fuſtis lignum erat teres & acu-* 4
tum, quo non omnes (autore Calliſtrato.) in l. capitalium. a
§. 1. inf. de pœnis. *cædi ſolent, ſed hi duntaxat qui liberi ſunt,*

VINNIVS.

(*a*) Liberi homines fuſtibus caſtigari ſoliti ex eodem crimine quo ſervi flagellis *l. ult. inf. de injur. l.* 10. *inf. de pœn. l. capitalium.* 28. *par.* 2. *eod. l.* 6. *inf. de accuſ.* Leviorem autem fuiſſe fuſtium, quam flagellorum caſtigationem, ex eo ſatis apparet, quod fuſtium admonitio in levi & modica caſtigatione ponitur, flagellorum contra verberatio in atroci coërcitione & ſervili injuria conſiſtere cenſetur, ut ex conjunctione *l.* 23. *in fin. ſup. de uſufr. l.* 7. *par.* 2. *inf. de injur. cum l.* 10. *par. pen. ſup. de in jus voc.* elucet. Denique fuſtium ictus, Gallis *baſtonnade*, non nudis, ut flagellæ, ſed veſtitis inferebatur, & admonitio, vocabulo ipſo lenitatem pœnæ ſignificante, appellatur. l. 7. *inf. de pœn.* Unde quod apud Venulejum *l.* 11. *ſup. de offic. proconſ.* legimus, legatum proconſulis jus non habuiſſe atrociter verberandi, ad flagellorum coërcitionem procul dubio referendum eſt. *Briſſon, lib.* 3. *ſel. ant. c.* 9. Recte interim Peckius monet, non omnes homines liberos fuſtibus cædi ſolitos, ſed ſordidiores duntaxat & loci humilioris; cæteros vero fuſtibus non ſubiici, ex *l. ult. inf. de injur. l.* 10. *l.* 28. §. 2. *inf. de pœ.* Græci in *Baſil. lib.* 60. περὶ ποινῶν. μόνοι οἱ εὐτελεῖς ἐλευθέροι ῥαπίζονται, *ſoli tenuiores ex liberis*

ſunt, & quidem tenuiores homines : honeſtiores vero non ſubjiciebantur. late Hipo. in l. unius § cogniturum. inf. de quæſtion. *Quod igitur Divus Antoninus indiſtincte fuſtium caſtigationem hic liberis honeſtioribus imponit, ob facti atrocitatem, qua jura communia trans-*
5 *gredi licitum eſt, conſtitutum exiſtimo. Sic & qui in Deum aut principem, parentes aut patriam delinquit : ut qui patrios lares focosque, & Deos Penates, quique Deorum delubra, ſepulchra majorum prodere, fana peculari, parentes occidere non veretur : non vulgari pœna & ordinaria, ſed novis exemplorum modis adficiendum, jura divina & humana voluere, poſteris documento futurum, ut qui ita affectum viderint, ne ipſi pari crimine obnoxii fiant, deterreantur. Indicant hoc Romanorum ſecures*
6 *faſcibus aligatæ. Fuſtium autem caſtigatio hodierno die, & apud noſtrates præcipue in uſu non eſt, ſed ejus loco ſcopis facinoroſi cæduntur. Relegatio autem cujus & hic meminit Imp. aliud nihil eſt quam exterminatio, cum quis exire fines patriæ jubetur : quod Cicero ſedibus expellere interpretatur. Vſu hodierno non paucis criminibus ſcopis caſtigati, ſimul etiam relegantur, ut & admiſſi criminis pœnas exolvant, & ne idem in eo loco certo tem-*
b *pore committant. Recte autem ait in triennium relegari :*

VINNIUS.

liberis fuſtigantur. ut proinde ſpeciale ſit, quod hic homines liberi & quidem honeſtiores fuſtibus ſubiiciantur ; nimirum propter facti atrocitatem : ut & in *l. ult. inf. de effractor.* quod ipſum & Peckius notat, & ſimul hoc etiam, quod fuſtium caſtigatio hodie in uſu non eſt, ſed virgis in facinoroſos animadverti ſolet.

(*b*) Inter deportationem & relegationem certiſſima hæc differentia eſt quod deportati bona ſua una cum civitate & omni jure civium Romanorum proprio amittunt. Qui autem relegantur, ſive in perpetuum ſive ad tem-

ri : quia relegatio proprie eſt eorum qui nec civitatem nec libertatem amittunt , & ad certum tempus ſummoventur , l. 6. inf. de interdic. & relegat. *Unde Ovidius ;*

Quippe relegatus, non exul dicor in illo,
Parcaque fortunæ ſunt tibi verba meæ.

Exilium enim proprie deportatio eſt, quod vere is exulet, qui jus civitatis amiſerit : latiore tamen ſignificatione exilii, relegati etiam extra ſolum dicuntur, quod corpore ſaltem exules ſunt, licet jus civitatis retineant.

Opus publicum. *Major erat relegatione pœna operis publici.* c

Vinnivs.

tempus , retinent & civitatem , & patriam poteſtatem , & teſtamenti factionem , & omnia jura ſua & bona , prӕterquam ſi qua eis adempta. §. 2. *Inſt. de cap. dem.* §. 1. & 2. *Inſt. quib. mod. jus patr. dot. ſolv.* Tantum inſula eis egredi non licebat , cujus vinculo quodammodo retinebantur. *l. 4. l. 7. par. 3. inf. de interd. & releg.* Atque hæc diverſitas ex ipſis verbis ſententiæ intelligi poterat. *d. l. 7. par. his qui.* 17. Nomen autem exilii commune eſt , exuleſque non deportati ſolum , ſed etiam relegati atque interdicti appellantur *d. l. 4. l. 5. d. tit. l. 4. inf. de pœn. l. tutor. 28. par. 2. & l. ſeq. ſup. de excuſ.* quippe omnes extra ſolum miſſi , ſive ſolo patrio expulſi, unde exilium dici auctores ſunt Feſtus & Nonius. Plerumque tamen & quaſi proprie exilium de deportatione dicitur, quaſi exilium proprie non ſit , cum jus civitatis retinetur. *l. 2. inf. de publ. judic.* Hinc & Ovidius ſe non exulem eſſe ait , ſed relegatum , *lib. 2. & 5. de triſtib.* Quod ad jus harum regionum attinet , plerique exiſtimant eos , quorum bona apud nos publicantur adjuncta provinciæ interdictione perpetua , ſimiles deportatis habendos eſſe. Quibus autem ad tempus provinciæ vel civitatis alicujus finibus interdicitur , relegatis comparandos. Idemque ſtatuendum ſimili diſtinctione adhibita de damnatis ad triremes. *Chriſtin. vol. 5. deciſ. 52. in fin.*

(c) Minor tamen pœna erat damnari in opus publicum , quam in metallum , aut opus metalli. Nam in metallum dam-

publici. Relegati enim quietius ſibi viventes arbitrium quidvis negotii exercendi non amittebant. At hi qui in opus publicum damnabantur, huic operi tanquam vilia fere mancipia, ad operum publicorum Curatoris arbitrium ſervire debebant. Qua ratione in noſtra Zelandia, aliiſque locis mari adiacentibus, expedientiſſimum, me hercule, mihi videretur, ſi ſcelerati ejuſmodi homines aggeribus reparandis ad annos multos manciparentur.

d Servos flagellis &c. *Majores noſtri in omni ſupplicio ſeverius, ſervosꝫ, quam liberos; famoſos quam integra fama homines punierunt.* d.l. capitalium.§.fi. *Unde & Cicero* act: in Verrem. 7. *inter cætera crimina Verri obiicit, quod eandem in ſervos, & cives Romanos pœnam ſtatueret: Ex quibus igitur cauſis liber fuſtibus*
e *cæditur, ex his ſervus flagellis cædi & domino reddi jubetur,*

V I N N I V S.

damnati aut opus metalli libertatem amittebant; damnati in opus publicum civitatem duntaxat ſalva libertate. *par.* 3. *Inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſolv. l.* 17. *pr. & par.* 1. *inf. de pœn. l.* 12. *inf. de jur. fiſc. c. ult. l. Rhod.* Ὁ βαρυτέρᾳ πραίδᾳ καὶ βίᾳ ἀφελόμενος πράγματα ἀπὸ τοῦ ναυαγίου, μετὰ τὴν τούτων ἀποκατάστασιν, εἰ μὲν ἐλεύθερός ἐστιν, ἐξορίζεται ἐπὶ τριετῆ χρόνον. εἰ δὲ ῥυπαροί τινες εἰσὶν, εἰς ἔργον δημόσιον ἐμβάλλονται τὴν αὐτὴν ἐγχειρίαν, εἰ δὲ δοῦλοι εἰσὶν εἰς βαρύτερον ἔργον τοῦ δημοσίου ὁμοίως ἐκπέμπονται *in gravius opus fiſci*, id eſt, in metallum aut opus metalli.

(*d*) Libertatem adimi in metallum damnatis Calliſtratus *l.* 12. *inf. de jur. fiſc.* ex eo demonſtrat quod ſervilibus verberibus coërceantur. Per ſervilia verbera intelligit flagra, flagella, lora, quibus ſervos rumpi ſolitos conſtat cum ex veteribus comœdiis, tum ex *l.* 9. §. *pen. l.* 15. §. *unde quærit Labeo.* 39. *inf. de injur.* & aliis locis, quod ſupra adduximus ad oſtendendum ſervos flagellis cæſos fuiſſe, ex quibus cauſis liberi fuſtibus. Hoc & Seneca ſignificat in ludo de morte Claudii, eo argumẽto evincens Claudium in ſervitute fuiſſe, quod ſervilibus verberibus vapulaſſet.

(*e*) Sene-

betur & ex quibus cauſis liber fuſtibus cæſus in opus publicum damnatur, ex his ſervus ſub pœna vinculorum e *ad ejus temporis ſpacium flagellis cæſus domino reddi jubetur.* l. in ſervorum. inf. de pœnis. *Quod ſi quis rationem iſtorum inquirat, videtur illi reſponderi poſſe, in eos acriores leges pœnaſque promulgandas eſſe, quos ad facinora faciliores cognoſcimus. Hinc Plato 7.* de legi. *nihil in animo ſerviente integrum ineſſe, nec quicquam ſervorum generi eſſe credendum dixit. Quod & ſapientiſſimus Poëtarum teſtatur nobis, cum de Iove ſic loquitur; Dimidium mentis Iuppiter illis aufert, qui ſervitutis ſorti ſubjecti ſunt. Flagella autem diminutivum eſt à flagris, ſummæ arborum partes, & virgæ, ſive capita minorum ſarmentorum, ubi naſcitur uva, quod caro his percuſſa flagret: quamvis alii à flando potius dici velint, quod ventorum crebros flatus ſuſtineant.*

In metallum. *Pœna iſta damnationis in metallum, teſte* f *Dio-*

VINNIVS.

(e) Seneca *lib. 1. de clement.* refert, equitem quendam Romanum, quia filium ſuum flagellis ceciderat, pene à turba in foro graphiis confoſſum, indignum facinus exiſtimante populo, ſerviliter à patre ingenuum filium tractari.

(f) In metallum vel opus metalli damnari dicuntur, qui ad effodiendum metallum aut eruendas metalli, cujus varia ſunt genera. *l. 8. §. 4. inf. de pœn.* venas, damnantur. Metalli quoque pœna eſt, in calcariam, vel ſulphurariam damnari *d. l. 8. §. in calcariam. Baſil. lib. 6. tit* περὶ μεταλλιζομένων. ποινὴ μετάλλου ἐστὶ τὸ καταδικασθῆναι τινὰ ἄσβεστον ποιεῖν, ἢ θεῖον ὀρύττειν. i. e. *metalli pœna eſt, ſi quis damnatur, ut calcem faciat, vel ſulphur fodiat.* Illud differentiæ erat inter eos, qui in metallum, & eos, qui in opus metalli damnabantur, quod qui in metallum dati erant, gravioribus premebantur vinculis, qui in opus metalli, levioribus: quodque refugæ ex opere metalli in metallum dabantur, ex metallo gravius coërcebantur. *d. l. 8. par. inter eos. de pœn.*

Diodoro Siculo libro. 6. *graviſſima fuit, & apud antiquos frequentiſſimo in uſu habita eſt, quemadmodum & damnatio in opus ſalinarum, calcariæ & ſulphurariæ.*

Si non magna &c. *Ut igitur ex perſonarum ita & ex rerum quoque qualitate pœnas ſtatuere oportet.* l. reſpiciendum. inf. de pœnis. *Sic gravius punitur qui multos offendit, quam qui paucos,* 92. diſti. 2. cap. *Quæ ſi ita ſint, qua ratione Iaſonem in* §. ex maleficiis. nu. g 13. Inſtit. de action. *defendemus, exiſtimantem minimarum rerum nefarium furem in crucem potius, quam magnarum adigendum eſſe. Quinimo & a Decretorum Commentatore de libidinis cauſa diſſerente, idem in ſimili reſponſum eſt.* cap. ſi. 24. q. ult. *Rationem quidem quam allegant omnino improbare non poſſum, quod illibera-*

VINNIVS.

(g) Gravitas delicti in foro politico ex ipſo facto maxime æſtimanda eſt, atque ex magnitudine damni, quod vel ſingulis vel communi illatum. Atque hoc non ſolum Romanorum legibus conſentaneum eſt; verum etiam Moſaicis *Exod. c.* 22. *cum ſimil.* & omnium populorum. Imo ſunt, qui negant ob ſurreptionem rei vilioris actionem furti dandam eſſe, arg, *l.* 9. *in fin. cum* 2. *ſeqq. ſup. de dol. mal. Zaſ. lib.* 2. *ſing. reſp. c.* 26. *Covar.* 1. *var. reſol.* 3. *n.* 12. Sed errorem eſſe evincunt loci in *l.* 5. §. *gallinarum l. Pomponius.* 44. *ſup. de acq. rer. dom. l.* 8. §. 1. *ſup. fam. erc. l. ſi pavonem.* 37. *ſup. de furt.* quibus omnibus traditum, non ſolum furrum fieri columbæ aut gallinæ &c. verum etiam earum avium ſurreptarum nomine actionem furtu competere. Actionis autem de dolo alia ratio eſt, ut ut æque famoſa ſit ac furti, remedium tamen extraordinarium eſt, atque in ſubſidium duntaxat, ſi alia actio non ſit, & res alicujus momenti eſſe videatur, comparatum. *l.* 1. §. *ait prætor. ſup. de dol.* Illud porro etiam concedimus, aggravari delictum, ſi forte quis homini paupertino res ſuas auferat: idque etiam clare ſatis oſtendit hiſtoria relata *lib.* 2. *Samuel. c.* 12.

(a) In-

ralis ſit animi erga minimam rem , turpemque puellam affectum comprimere non poſſe : ſed ea morali ratione Martem in hac parte ferventem placare non poſſumus.

Perſonarum conditione. *In conſcientiæ foro , non* 9 *ex qualitate perſonarum, ſed ex contemptu peccantis delicta æſtimantur* , gl. & alii in c. cum quidam. de jurejuran. *ſed in foro ſeculari alio jure utimur. Nam (ut Claudius Saturn. ait)* l. aut facta. inf. de pœnis. *pu-* a *niuntur aliter ex iiſdem facinoribus ſervi , quam liberi, & aliter qui quid in dominum parentemve auſus eſt, quam qui in extraneum. Sic & Pauli teſtimonio,* l. fere. inf. de reg. jur. *fere in omnibus pœnalibus judiciis, ætati & imprudentiæ ſuccurritur. Ego totam hanc rem ad judicis æſtimationem referendam exiſtimo. Etenim ſi delictum in officii aut dignitatis dedecus tendat, quo quis eſt dignior, eo*

Vinnius.

(*a*) Incidit Peckius in locum communem de circumſtantiis, ob quas delictum, & conſequenter pœna delicti, augeatur aut minuatur : & de proportione, quam in irrogatione pœnarum ſervari oporteat, qui locus non à noſtris tantum, verum etiam à Doctoribus philoſophiæ moralis paſſim tractari ſolet. Agit de eo Ariſtoteles *lib. 5. Ethic. c. 3. & ib.* Michael Epheſius. Plerique tradunt juſtitiam diſtributricem, ad quam pertinet pœnarum irrogatio reſpicere proportionem geometricam , uti & Peckius *hic*. At enim non eſſe illud perpetuum ex eo liquet, quod non graviori pœna afficitur , qui rem furatus eſt viri nobilis, quam qui hominis plebeij ; qui fraudavit virum bonum & honeſtum , quam qui improbum. add. Grotium *lib. 1. de jur. bell. & pac. cap. 1. n. 8. & lib. 2. c. 20. per tot.* ubi oſtendit , neque à juſtitia commutativa, quam expletricem vocari mavult , ſemper reſpici proportionem ἀριθμητικὴν , neque à diſtributiva , quam attributricem vocat, proportionem γεωμετρικὴν. & falli eos , qui putant haſce juſtitiæ ſpecies per ſe differre tali proportionum uſu, cum tantum differant materia ; circa quam verſantur.

eo atrocius eſt puniendus. late Felin. in d. cap. cum quoniam in princip. *alioqui pœna corporali pauperes, pecuniaria divites gravius affliguntur: quod Bar. ſentit in* l. quædam. inf. de pœnis. *Sed & nobilioribus gravius mediocres puniri debent.* l. 1. C. ut nemo ad ſuum pat. lib. 11. *Injuſtum fortaſſe alicui videbitur ex jiſdem delictis diverſam pœnam ſtatui. Male facit ne unus æque ac alius? Reſpondet quodam loco Oldendorpius, cum volueris rationem hujus loci inveſtigare, non eſt reſpiciendum ad turpitudinem, quam Cicero in paradoxis non abſurde ad abſterrendum homines per omnia delicta diſputat parem eſſe: verum ad utilitatem Reipub. ac humanæ ſocietatis conſervationem vertenda eſt cogitatio. Ea enim exigit ordinem quendam politicum, ordo differentiam perſonarum, differentia proinde diverſum jus, tam in meritis quam in pœnis: præſertim quod ſublimiores & bonæ frugi homines, non tam leviter ad delinquendum ducantur, quam ſex plebis. Duplicem igitur juſtitiam ponere oportet. Diſtributivam alteram, quæ habita perſonarum ratione, unicuique ſuum meritum & pœnam tribuit. Commutativam alteram, quæ rerum communicationem per formas conſtituit, æqualiter ab omnibus ſervandas, & perſonarum diſtinctione ſublata.*

Ne quid durius &c. *Pulchre hunc locum à Marcel. declaratum habemus. Nec enim (inquit) in* l. reſpiciendnm. inf. de pœnis. *aut ſeveritatis aut clementiæ gloria affectanda eſt, ſed perpenſo judicio prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt. Plane in levioribus cauſis proniores ad lenitatem judices eſſe debent: in gravioribus pœnis ſeveritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi. Significat prudentiſſimus vir, omnem affectionem ſemovendam eſſe. Qua ratione & pulchre*

chre quoque à Catone reſponſum accepimus, judicem nec pro juſtis orandum, nec pro injuſtis exorandum eſſe. *Quemadmodum enim geometræ inæqualia ſpacia perpendiculis ad æqualitatem redigunt: ita judicem oportet, id quod durius aut remiſſius eſt, exacto judicio ad æqualitatem perducere.* latiſsime vide Ioan. Rogerium ad d. l. reſpiciendum.

Hæ actiones etiam hæredibus dantur. At in hæredes eatenus dandæ ſunt, quatenus ad eos pervenit.

SVMMÆ RERVM.

1 *Actio ex hoc edicto cur hæredibus detur.*
2 *Limitatio ad hanc l.*
3 *Hæredes raptorum quomodo reſtituere teneantur.*
4 *Lite conteſtata cum defuncto cur hæredes teneantur.*
5 *Impeditus litem conteſtari, excuſatur.*

Ait Paulus has actiones etiam hæredibus naufragorum concedi, quod rationem habet, ne extincto 1 a
mercium furtivarum domino, ex nefario ſcelere alienarum

VINNIVS.

(*a*) Peckius in rationibus reddendis ſubinde minus accuratus eſt. Nam hæc ratio, ne raptores ſuo ſcelere ditentur, non hoc efficit, ut pœnali aliqua actione hæredibus ejus, cujus res ex naufragio raptæ ſunt, teneantur, ſed ſolum ad earum rerum reſtitutionem. Vera ratio, cur etiam naufragorum hæredibus ſuperiores actiones dentur, & generaliter, cur actiones quoque pœnales ex maleficiis hæredibus competant *l. 1. inf. de priv. del. l. 38. l. 111. par. 1. de reg. jur.* hæc eſt, quod morte ejus, cui nocitum eſt, non extinguitur aut minuitur delictum nocentis: lic-

a *narum rerum raptores ditentur.* tot. tit. C. ut act. ab b hæred. &c. *E contra, in hæredes quoque eatenus dantur, quatenus ad eos veniſſe probabitur. Idem juris eſt, ſi lis cum defuncto conteſtata ſit. Poſt litis (inquit Diocletianus* l. unic. C. ex delic. defunctor.) *conteſtationem, eo qui vim fecerit, vel concuſſionem intulit, vel aliquid deliquit, defuncto: ſucceſſores ejus in ſolidum, alioquin in quantum ad eos pervenit, conveniri juris abſolutiſſimi eſt, ne alieno ſcelere ditentur. Sed quomodo dicitur res furtiva ad eos perveniſſe? Certe ſi res adhuc tota vel pro parte extiterit, vel ſi ita à raptore conſumpta ſit, ut ea conſumptione rem propriam alias conſumpturus erat, ſalvam integramque reſervaverit.* l. ſed & ſi §. quod autem. ſup. de pet. hæred. *Quo caſu cum pinguior ſit quæ ad ſucceſſores pervenit hæreditas, res quoque ſurreptas juris fictione accepiſſe videntur.* l. ſi ipſa. ſup. quod met. cau. Bal. in d. l. unic. poſt princip. *Nihil his obſtat quod ab Alexandro 3. Pontifice Romano reſponſum eſt, raptorum hæredes, etiam ſi nihil affectarum rerum ad eos pervenit, ad reſtitutionem ſatisfactionemque compelli poſſe, in* cap. in literis. de raptor. c. fin. de

VINNIUS.

heres autem in univerſum jus defuncti ſuccedit In *l. un. C. ut. act. ab hæred.* &c. quæ hîc citatur à Peckio, nihil eſt, quod huc applicari queat. Tantum illic tollitur regula juris antiqui, quæ non permittebat, ut obligationes & actiones, quæ non cœperant à defuncto vel contra defunctum, à perſona heredis vel contra cum inciperent, de quo DD. *in par. poſt mortem.* 35. *Inſt. de legat. & par. poſt mortem.* 12. *Inſt. de inut. ſtipul.*

(*b*) Actiones, quamvis pœnales, eatenus ſaltem in heredes dandæ ſunt, quatenus ad eos pervenit, ne ex delicto defuncti lucrum ſentiant. Nam æquiſſima ratione placuit turpia lucra etiam heredibus extorquenda eſſe, licet crimina extinguantur. *l.* 5. *ſup. de calumniat: l.* 16. *par. ult. & l. ſeq. ſup. quod met. cauſ. l. in*

de ſepultur. *Etenim etſi à pleriſque inter civilia pontificiaque jura diverſitas neſcio quæ, & contrarietas fingatur: mihi tamen Innocentii Panormitanique, virorum ſane doctiſſimorum placet ſententia, nihil diverſitatis inter utrumque jus conſtituentium, ſed tunc ſolum raptorum hæredes conveniendos eſſe, ubi nihil ad eos pervenit, exiſtimantium, cum defunctus paſtori ſuo indebite ablata reſtituere promiſit, vel ſi in mortis articulo abſolutionem impetraverit. Quod ſi promiſerit reſtituere quæ facto ſceleratiſſimo adempta ſunt, ex cautione Sacerdoti, ad hoc publicum officium habenti, promiſſa, conveniri hæredes poterunt.* c. quanquam. de uſur. li. 6. *Sed & ſi pœnituit & abſolutionem cupivit defunctus, tacite mandaſſe reſtitutionem hæredi videtur, cum ſciverit aliter peccatorum remiſſionem impetrari non eſſe. Qua ratione ad ſatisfaciendum vel judicis officio, vel ut alii volunt.* (Hoſtien. in d. ca. fin) *ex quaſi contractu, cogendi ſunt. Porro quod diximus lite conteſtata hæredes teneri,* c 4 d

VINNIVS.

l. in heredem. 26. ſup. de dol. mal. l. un. C. ex del defunct. cum ſimilib.

(c) Moribus hodiernis heres ex delicto defuncti, etiamſi lis cum defuncto conteſtata non ſit, tenetur non in id tantum, quod ad eum ex delicto defuncti pervenit, ſecundum ſcita juris civilis, ſed totum damnum à defuncto datum ſarcire cogitur, quatenus facultates defuncti patiuntur. Quod cum jure canonico (quicquid dicat Peckius) primum cautum eſſet *c. in literis, de raptor. c. ult. de ſepultur.* propter æquitatem etiam in foro civili receptum videtur. *Io. Fab. ad par. 1. Inſt. de perp. & temp. act. Covar. lib. 3. var. reſ. c. 3. n. 7. Imbert. in enchirid. Papon. lib. 24. arreſt. tit. 11. arreſt. 3. & ult.* de quo plura *Chriſtin. vol. 3. deciſ. 22. n. 2. & ſeqq* Nullas autem pœnales actiones privatas hodie exerceri, pænaſque legitimas litigatoribus applicari ſolitas exoleviſſe, *ſup. ad l. 1. & alibi* monuimus.

(d) Omnes actiones, quæ morte

teneri, eam rationem habet, quod judicio quaſi contractum ſit, l. 3. §. idem ait. ſup. de pecul. *atque proinde ut ex alio, quod contractu debetur, hæredes teneri debent.* l. ſi poſſeſſor. ſup. de rei vendicat. *Sed an ex eadem inſtantia condemnandi ſint, ut ea extincta amplius conveni-* e *ri non poſſint, dubitatum invenio. Verius eſt eadem inſtantia condemnandos eſſe.* Salic. & alii in d. l. unica. f *Cur autem ante litem conteſtatam non teneantur hæredes, ea eſt ratio, quod per interitum (ut Fulgoſius ait* ibi nu. 2.) *criminoſi, delictum ipſum extinctum quoque videri debeat. Quæ cum ita ſint, pœna quoque ſupereſſe non*

VINNIUS.

morte aut tempore pereunt, ſi ſemel incluſæ judicio fuerint, quod fit litis conteſtatione, ſalvæ permanent. *l. omnes.* 139. *de reg. jur.* Morte dicuntur perire pœnales, & ideo in hæredem rei non dantur, licet active tranſeant: at lite conteſtata & active tranſeunt & paſſive. *l. omnes.* 26. *l. ſciendum.* 58. *ſup. de obl. & act. l. pœnalia:* 164. *de reg. jur. l. un. C. ex del. def.* quod ex eo eſt, quia judicio accipiendo nova contrahitur obligatio judicati. *l.* 3. *par. idem ſcribit.* 11. *ſup. de pecul.* Poſtea conſtitutionibus placuiſſe videtur pœnæ perſecutionem tranſmitti, ſi modo reus vivus conventus fuerit, quaſi lite cum eo conteſtata. *l.* 33. *ſup. de obl. & act.* niſi conventum accipiamus conventum judicio. vide Auguſtinum *lib.* 1. *emend. c.* 2.

(*e*) Eadem inſtantia, id eſt, eodem judicio, quod cum defuncto inchoatum erat. hic enim ſenſus eſt Saliceti, Cyni & aliorum in *d. l. unic.* mortua lite, quæ cum defuncto conteſtata fuit, nova hæredem pulſari non poſſe: *fac. l.* 2. *ſup. judic. ſolv.*

(*f*) Si quæratur, quæ ſit ratio, quod tantum commodum actionum pœnalium ad hæredes tranſire placeat, incommodum autem earum ad eos non pertinere, cum hæres in univerſum jus defuncti ſuccedat, & regulariter tam in incommoda, quam in commoda; reſpondendum, quia æquum viſum eſt pœnam ex hac ſucceſſione excipi, ne ibi pœna ſit, ubi noxia non eſt. *l. pen. ſup. de nov. op nunt. l.* 38. *de reg. jur. l. ſancimus.* 22. *C. de pœn.*

(*a*) Qui

non poteſt. An ne enim iniquum eſt, hæredem qui non deliquit, ad pœnarum ſolutionem compellendum eſſe? 5
Poſtremo, ſi naufragium paſſi propter reorum ſubterfugia litem conteſtari non poſſint: raptoribus rebus humanis exemptis, ex delicto actiones in hæredes tranſeunt, & cum per actores non ſteterit, perinde erit, atque ſi lis cum defunctis conteſtata fuiſſet. l. ſi cum. §. qui injuriarum: ſup. ſi quis caut. & ibi Bal. Iaſon in l. ſi quis. §. quod autem. ſup. quod quiſque jur. nu. 9.

LEX V.

Gajus Lib. xxi.

Ad Edictum Provinciale.

Si quis ex naufragio, vel incendio, ruinave ſervatam rem, & alio loco poſitam ſubtraxerit, aut rapuerit; furti ſcilicet, aut alias vi raptorum bonorum judicio tenetur: maxime ſi non intelligebat ex naufragio, vel incendio ruinave eam eſſe.

SVMMÆ RERVM.

1 *Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia.*
2 *Actus agentium non debet ultra intentionem eorum operari.*
3 *Affectiones nemo facile comprimit.*

Servatam. *Recte Iulius Paulus* l. qui injuriæ. ſup. de furt. maleficia *(inquit)* voluntas & propoſitum delinquentis diſtinguunt. *Unde qui injuriæ cauſa januam effregit, quamvis inde per alios res amotæ ſint, fur-*
a *ti non tenebitur. Sic & is qui ex naufragio ſervatam à viris bonis rem, ut dominis reſtituatur, ſubtraxerit, aut rapuerit, furti, aut alias vi bonorum raptorum judicio*
2 *tenetur, ſi non intelligebat ex naufragio eam eſſe. Etenim ut actus agentium intentionem eorundem egredi non poteſt: ita & pœna quoque ultra delinquentis propoſitum extendi non debet.* l. 1. inf. ad l. Cornel. de ſicar. *Sed his obſtare videtur, quod Paulus ait:* l. ſi quis. de pœnis. *qui abortionis aut amatorium poculum dant: etſi dolo non faciant: tamen quia mali exempli res eſt, ſi ex eo mulier perierit, ſummo ſupplicio adficiantur. Quo ex reſponſo haud difficili negotio colligi poteſt, animum delinquentis inſpiciendum non eſſe. Sed & ſi quis verberari juſſerit aliquem, mortem inferente mandatario, fineſque mandati excedente, de occiſo tenebitur.* c. ſi.
b de homicid. lib. 6. *Sane non diſſident, neque ſibi mu-*

tuo

VINNIUS.

(a) Qui rem ex naufragio, incendio, ruina, rate, navi expugnata ſervatam, puta à viris honeſtis, ſurripuit rapuitve, ſi unde eſſet, ignorabat, in hoc edictum non committit; ſed communibus tantum actionibus tenetur, nempe furti aut vi bonorum raptorum: κλέπτης γὰρ ὁ ἅρπαξ ἐστὶ *Baſil. lib. 60. tit. 17.*

(b) Non eſt plane poſitum extra controverſiam, an mandans hominem vulnerari tantum, non occidi, de occiſo teneatur, ſi eum mandatarius occiderit. *vid. Covar. in Clement. ſi furioſus. p. 2. par. 1. n. 3. Menoch. 2. arbitr. jud. cent. 4. caſ. 352. Clar. lib. 5. par. fin. quæſt. 89. Fachin. 1. contr. 36.* Clarus & Menochius cenſent mandatorem æque ac mandatarium pœna homicidii ordinaria plectendum, quos ſequitur Peckius. Covarruvias & Fachi-

næus

tuo adverſantur reſponſa hæc, ſi quis apte norit excutere ac perveſtigare. Etenim cum quis abortionis poculum dat, cum verberari jubet, quæ paria ſunt: l. quod te. ſup. ſi cert. petat. *eam cladem probabiliter evenire poſſe, percutientemque affectuum ſuorum, dominum non eſſe, perpendere debet.* Cæpolla. conſil. 36. Hippo. in l. Divus. inf. ad l. Cornel. de ſicar. *Quemadmodum enim in maris motibus venti interdum operantur, ut*

Vinnius.

næus contra mitius puniendum, quam ſententiam in judicio contradictorio ſupremum ſenatum Mechlinienſem ſecutum eſſe teſtatur Chriſtinæus *vol. 3. deciſ. 49. n.* 6. Ego neutram aut probandam ſimpliciter aut rejiciendam cenſeo. Priorem admitto, ſi mandatór juſſerit hominem vulnerari telo aut ſica, aut ſimili inſtrumento quo lethale vulnus inferri poſſit. Ratio eſt, quia hic mandans cauſam mortis præbuit. *l. nihil intereſt.* 15. *inf. ad leg Corn. de ſic.* & eſt ea res peſſimi & periculoſiſſimi exempli. *fac. ſi l. quis.* 38. §. *qui abortionis. inf. de pœn.* neque mandantem magis excuſare debet, quod animum occidendi non habuit, quam mandatarium aut quemvis alium, qui vulnerandi tantum animo verberans aliquem occidit: ſufficit enim adeſſe animum malitioſum ad id, ex quo proxime mors ſequitur. Sed nec illud juvare mandatorem poteſt, quod mandatarius fines mandati exceſſit: quia hic mandatum non eſt quod valeat, ſed eſt purum putum delictum: cui accedit, quod non eſt in poteſtate mandatarii ictus & vulnera telo lethifero inferenda moderari, & ſe continere intra fines mandati: idque mandator ignorare non potuit. Non obſtat *l. 1. par. 3. junct. l. 7. inf. ad leg. Corn. de ſic.* ubi abſolvitur is, qui hominem occidit ſine occidendi animo, per latam culpam ſine dolo malo. Agitur enim illic de eo, qui non habuit animum vulnerandi, ſed inconſulto calore in rixa vulneravit aliquem clavi aut cucuma, aut alio hujuſmodi inſtrumento, quo vulnera lethalia non infliguntur, niſi perraro & inſolito caſu. & ſi tali quoque inſtrumento vulnus infligi mandator juſſerit, poſteriorem ſententiam admittendam cenſeo.

(a) Si-

ut horrida tempeſtate mare omne à fundo verrant cum arena ipſa & piſcibus : ſic in animorum agitationibus quædam ſunt quæ animum univerſum concutiunt, deque rationis ſede, ac ſtatu judicii depellunt, quod quaſi jam animus ſui non ſit compos, ſed in alienam poteſtatem re-
3 *ciderit. Cum igitur Ariſtotelis teſtimonio, motus iſti in poteſtate noſtra, non ſunt, excuſari profecto non poteſt, qui verberandum ſolum mandavit, & cum occaſionem damni dederit, damnum dediſſe cenſebitur.* l. qui occidit. ſup. ad l. Aquil. l. nihil intereſt. inf. ad l. Cornel. de ſicar.

Iacentem quoque rem ex naufragio, quæ fluctibus expulſa ſit, ſi quis abſtulerit : plerique idem putant. Quod ita verum eſt, ſi aliquod tempus poſt naufragium interceſſerit. Alioquin ſi in ipſo naufragii tempore id acciderit, nihil intereſt, utrum ex ipſo mari quiſque rapiat, an ex naufragiis, an ex littore.

SVMMÆ RERVM.

1 *Ratio iſtius* §.

a *AIt Cajus furti actionem oriri cum aliquo tempore poſt naufragium merces ablatæ ſunt. Edictum vero tunc competere cum ex ipſo naufragio rapitur. Differentiæ*

VINNIVS.

(*a*) Similis locus eſt apud Vlpianum *l.* 1. *par. ult.* & *l.* 3. *pr. ſup. eod.* transferri huc poſſunt, quæ illic adnotavimus. Cæterum res eſt per ſe ſatis expedita.

(*a*) Expu-

rentiæ rationem conſiderare oportet. Exiſtimo eam eſſe, quod priore caſu, probabili naufragii commiſſi ignorantia excuſetur. Nam & aliæ res in littore à nautis cæteriſve in eo ipſo certum negotiationis genus exercentibus, relinqui poſſunt. Poſteriore vero, omnino excuſatio ejuſmodi reiicienda eſt, quod miſeria hæc ad vicinorum notitiam facillime perveniat. Qua ratione Divus Adrianus Præſidem in eos judicia daturum pollicetur. l. ne quid. inf. eod.

De eo quoque quod ex rate, nave expugnata raptum ſit, eandem interpretationem adhibere debemus.

LEX VI.

CALLISTRATUS LIB. I.

Edicti monitorii.

Expugnatur navis, cum ſpoliatur, aut mergitur, aut diſſolvitur, aut pertunditur, aut funes ejus perſcinduntur, aut vela conſcinduntur, aut anchoræ involantur de mari.

SVMMÆ RERVM.

1 *Mare violentiſſimus hoſtis.*
2 *Maris violentia quanta ſit.*
3 *Maris proſpectus amœniſſima res.*

Cum

Cum ipſius Iuſtiniani Imperatoris teſtimonio, violen-
1 tiſſimus hoſtis ſit mare: pulchra alluſione utitur
a Calliſtratus, navem expugnari dicens, non ſolum cum
ſpoliatur, ſed cum mergitur, cum diſsolvitur, cum pertun-
ditur, &c. Sed hæc iis ſolum perſuaderi poſſent, qui ejus
rei periculum fecerunt. Conſulamus hac in re Plinium,
qui nihil violentius quam mare eſſe exiſtimat. lib. 32.
2 cap. 1. Pyrrham & Antiſſam circa Meotim Pontus ab-
ſtulit, Elicem & Buran in ſinu Corinthio. Ex inſula Cea
amplius triginta millia paſsuum abrupta ſubito, & plu-
rimi mortalium extincti ſunt: Plinius lib. 2. Sed ne tam
longe exempla quæramus. Avorum memoria quot pagos,
quot civitates, quot dominia, multis cum mortalium ag-
minibus violentia maris exhauſit? Sane qui eas miſerias
hodierno etiam die intuetur, durus eſt, ſi à lachrymis con-
tinere ſe poſſit. Quid hic referam Cortgenam, Remmer-
ſualiam, Duvelandiam, Catziam, Schaldiam, Wala-
chriam, Bergenſem ditionem, Flandriam, Hollandiam?
Quis eſt quæſo Zelandiæ angulus quam à maris rabie
3 immunem fuiſſe oſtendemus? Dixerit itaque alio loco
Iuſtinianus, in auth. de oper. no. nunciat. in princip.
maris proſpectum rem eſſe omnibus modis amœniſſi-
mam,

VINNIUS.

(a) Expugnare videtur, qui in ipſo quaſi prælio & pugna adverſus navem & ratem aliquid rapit, ſive expugnet, ſive prædonibus expugantibus rapiat, auctore Vlpiano *l. 3. §. 1. ſup. eod.* Navem autem expugnari dicet hic Calliſtratus, cum ſpoliatur, aut mergitur, aut diſſolvitur, aut pertunditur, id eſt, perforarur, aut funes ejus præciduntur, aut vela conſcinduntur, aut anchoræ involantur. quidam legunt *involvuntur.*

(b) Inſtinianus *Nov.* 63. & in Græcis exemplaribus *Nov.* 165. intelligit proſpectum in Boſphorum Thracium, qui juxta Byzantium eſt, quingentorum

mam, ego Homerum hac in re ſequi malim. Vbi (inquit) vehementium ventorum tempeſtas eſt ingens, nullum gaudium magis optari poteſt, quam ſi terram nacti, ſub denſo tecto ſtillicidium tranquillo animo audire poſſimus.

LEX VII.

Idem Lib. II.

Quæſtionum.

Ne quid ex naufragiis diripiatur, vel quis extraneus interveniat, colligendis eis: multifariam proſpectum eſt. Nam & Divus Adrianus edicto præcepit, ut hi, qui juxta littora maris poſſiderent, ſcirent ſi quando navi vel infixa, vel fracta intra fines agri cujuſque ne naufragia diripiant, in ipſos judicia Præſides his, qui res ſuas direptas queruntur, reddituros: ut quicquid probaverint ademptum ſibi naufragio, id à poſſeſſoribus recipiant. De his autem quos diripuiſſe probatum ſit, Præſidem ut de latronibus gravem ſententiam dicere. Et quo facilior ſit probatio hujus admiſſi, permiſit eis, qui quid paſſos ſe ejuſmodi queruntur, adire Præfectos, & apud eos teſtari, reoſque petere: ut pro modo culpæ, vel vincti, vel ſub fidejuſſoribus ad Præſidem remittantur. A domino quoque poſſeſſionis, in qua id admiſſum dicatur, ſatis accipi

ne

ne cognitioni deſit præcipitur. Sed nec intervenire naufragiis colligendis aut militem, aut privatum, aut libertum, ſervumve Principis, placere ſibi ait ſenatus.

SVMMÆ RERVM.

1 *Zelandorum conſtitutio in raptores.*
2 *Poſſeſſores agrorum mari adiacentium quare teneantur.*
3 *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.*
4 *Fallentiæ ad eam regulam.*
5 *Amiſſio rapinaque quomodo probanda.*
6 *Bartoli lapſus.*
7 *Teſtari apud Præfectum quid ſit.*
8 *Quid ſit remittere facinoroſos.*
9 *Remiſſio hodie præventione impeditur.*

Extraneus interveniat. *Recte ait Caliſtratus, ne extraneus interveniat: ſuum enim non etiam alienum unicuique naufragium colligere licet.* l. fi. in eo. *Sed hic dolum*

VINNIVS.

torum non amplius paſſuum freto Aſiam dirimentem ab Europa: quæ anguſtia non impedit, quominus & cantus alitum & latratus canum ab ulteriore invicem audiantur, nec vocis etiam humanæ inter duos orbes commercium, niſi cum venti id auferunt. Hic autem proſpectus haud dubie amœniſſimus eſt propter aſſiduas velificationes, transfretationes, & copiam navium in litore aut portu ſtantium: ἱκανὴ γὰρ ἀπὸ τούτων ψυχαγωγία τοῖς ὁρῶσιν, ait Harmenopulus *lib.* 2. *tit.* 4. περὶ ἀπόψεως θαλάσσης. & in Baſilicis quoque *lib.* 58. proſpectus hic dicitur res amœniſſima, πρᾶγμα χαριέστατον.

(a) In

dolum malum ſubintelligi velim. Etenim ſi quis extraneus ad hoc collegit ut cuſtodiret, ſalvamque rem ejectam faceret ei qui amiſerat, utique teneri non debet. l. 3. §. ſed enim. ſup. eo. *Quis enim tam eſt emota mentis, qui ex beneficio pœnam in beneficum conſtitutam arbitraretur?* Roma. in l. ex militari §. ſi filiusfa. ſup. de milit. teſtamen. *Plane ſi omnino vetitum ſit, ne quiſpiam merces in littus ejectas ulla ratione colligere poſſit, aliud fortaſſe dicendum eſt. Quo Zelandorum conſtitutio reſpicere videtur, quæ ſic habet.* cap. 4. artic. 13. Præter Comitem ejuſve Præfectum, eoſque quibus à Comite autho-

a

b

V i n n i u s.

(*a*) In *d. l. 3. par. non tantum. verſ. ſed enim.* excuſatur is, qui ignarus recepit. Sed & ſi quis rem in litore inventam, quæ naufragio facto fluctibus expulſa ſit, ſuſtulerit, eo animo, ut rem ſalvam faceret, & reſtitueret domino, extra noxiam eſt. *l. falſus. 43. §. 7. & pen. ſup. de furt.* Hic autem diſputamus de iis, qui eo tempore & loco quo naufragium fit, de naufragio quid tollunt. Atque ad hunc caſum petinet, quod Calliſtratus ſcribit, proſpectum eſſe, ne quis colligendis naufragiis extraneus interveniat. Itaque ſi intervenerit, non erit extra ſuſpicionem doli, quamvis forte doloſum animum non habeat. Nam quod per ſe licitum eſt, illicitum fit propter prohibitionem: ideoque ſaltem probare debit dolum malum à ſe abfuiſſe: in factis enim illicitis dolus præſumitur, ut oſtendi *ſup. ad l. 3. §. non ſolum. 4. eod. lit. E.*

(*b*) Placito Philippi II. *van Zee-driften* cavetur, ne quis privatus res aliquas in litus à mari expulſas, ſine conſenſu præfecti gazę ejuſve ſubſtituti arripiat aut ſuſcipiat, ſub pœna furti: eademque pœna coërcentur piſcatores aliique nautæ, qui invenere res fluitantes adhuc in mari, niſi intra duodecim horas ab appulſu id denunciaverint ſupradicto quæſtori aut ejus ſubſtituto, & reperta tradiderint. Qui autem hujuſmodi bona ablata in ſuos uſus convertunt, non tantum pro furibus habentur, ſed etiam ſeverius ſecundum jus ſcriptum puniri jubentur. Quod attinet ad ſtatutum Zelandorum à Peckio allegatum, quo naufragorum bona à quoquam privato vetan-

authoritas ad hoc conceſſa eſt, vel qui in poſſeſſione legitima exiſtunt, res naufragorum ſeu alias fluctibus ejectas, nemini omnino colligere licet. Si quis temerarius contravenerit conſtitutioni, vitæ bonorumque amiſſione in morem raptorum punietur. *Hac igitur conſtitutione à jure communi receſſum videtur quo cuſtodiæ cauſa colligere licet. Sed an dolo malo an potius cuſtodiendi gratia collectæ ſint merces, is qui juriſdictioni præeſt, ex indiciis perſpicuis colligere debet.* l.dolum. C. de dolo. Doct. in §. placuit. Inſt. de obli. quæ ex delic. naſcunt. *Sane ſi quis collegerit merces præſentibus aliis, vel etiam ſolus, ſi rimoſi nominis non ſit, & ad loci præfectum detulerit, exiſtimo eum à pœna, quæ colligentibus Zelandica conſtitutione imponitur, immunem eſſe. Nam & rationem in omnibus conſiderare oportet, & iniquum eſſet, univerſis doli præſumptionibus ceſſantibus, pœnam colligenti infligere.* cap. nemo debet alterius. ex. de reg. jur.

2 A poſſeſſoribus. *An ne igitur iniquum eſt, raptorum odio poſſeſsores gravari? Hoccine humanum eſt, amiſsarum rerum æſtimationem exolvere eos ad quos omnino nihil pervenit? Sane ob aliorum raptorumque delicta minime puniuntur, ſed ideo, quod cum ſciant naufragium intra fines agrorum ſuorum commiſsum eſse, ab omni humanitatis officio decedentes, ejectas merces minime collegerint. Propria igitur culpa eſt, quæ eos afficit, & alterius odio*

VINNIVS.

veantur attingi ſup pœna capitis, & ex ipſo actu dolus præſumitur, interpretatione molliendum eſt, nempe ut non obtineat. ſi quis vir probus citra malitiam ejectas merces collegerit: & ita judicaſſe ſupremam Curiam Mechlinienſem refert Chriſtineus *vol. 5. deciſ. 64. n. 20.* & ex illo Franciſcus Zypæus *notit jur. Belg. ad. tit navicul. & naucler.*

(c) Sen-

odio minime ſupprimuntur. At quid ſi neſciant? Videtur indicare Divus Adrianus non excuſari, quod videlicet qui prædia vicina mari poſſident, quæ in littore aguntur, ignorare non poſſunt. Nam ut vicinus facta vicini ſcire præſumitur, Iaſon. in l. is poteſt. ſup. de acq. hæredit. 3
nu. 71. & in l. 1 nu. 19. & alii ibi ſup. ſi cert. petat. Bar. in l. de ætate. ſup. de inter. act. c. quantum de præſump. *ita & hac in cauſa reſpondendum videtur. Quinimo & amplius quid poſſeſſoribus his imponitur, quod videlicet diligentiam quoque debeant adhibere, & an naufragia committantur exquirere, nullaque ratione ignorantiam prætendere poſſint.* cap. 1. & 2. ext. de præſump. *Sed quid ſi naufragii tempore abſens fuerit præ-* 4
diorum poſſeſſor? Exiſtimo exemplo abſentis vicini excuſandum abſolvendumque eſſe. c. cum. tua. & ibi Panor. ext. qui matrim. accuſ. poſſunt. Bar. in d. l. 1. tex. in l. Titius. §. 1. de lib. & poſthu. Alb. hic. *Idem juris eſt, ſi poſſeſſor tali ægritudine affectus ſit, ut veriſimiliter ea de re inſtrui non potuerit,* Bar. & alii in d. l. is poteſt. *quod & in pupillis & minoribus recipitur,* Alb. hic. *ſed in tutorem actionem eſſe dandam æquiſſimum eſt. Porro ſi adhibita diligentia rapinam impedire non poſſint poſſeſſores, ſi viribus prædonibus impares ſunt, ſi reſiſtere eis nequeant, eodem jure utimur.* Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de. Epiſcop. audient. facient. c. imputari de reg. jur. in 6. *Quæ de prædiorum mari adjacentium poſſeſſoribus dicta ſunt, exiſtimant plerique ad territorii quoque Præfectos extendi debere. Sed hoc ita recipi poteſt, ſi naufragium factum eſſe probabilibus circunſtantiarum argumentis atque indiciis ſcientes vel ejectas merces colligere, vel prædonibus eripere; & adverſus raptorum improbitatem defendere*

 negle-

neglexerint. Bart. hic. *Convenit enim (inquit Vlp.) gravi & bono Præſidi, ut pacata atque quieta provincia ſit quam regit, quod non difficile obtinebit, ſi ſollicite agat ut malis hominibus provincia careat, eoſque conquirat.* l. congruit. ſup. de officio Præſidis.

5 Probaverint ademptum: *Quæ hoc loco ad ſufficientem probationem requirantur, non ſatis inter interpretes* (c) *convenit. Cæterum exiſtimamus quod, cum amiſſio cauſa ſit in hoc caſu actionis intentandæ, pleniſſime probari debet.* Bar. Iaſon & alii in l. ſi quis ex argentariis. §. Prætor ait. ſup. de eden. *Sed de qualitate ejectarum rerum, earumque probatione, major dubitatio exoritur. A pleriſque enim ad juramentum amittentis, ſi ſuſpecti nominis perſona non ſit, confugiendum eſſe, exiſtimarunt: Nos eam rationem alio loco abunde ſatis excuſſimus. Sed hoc illis addendum eſt, quod non hic de probatione contra violentum ipſum, ut ibi, probanda agatur, ſed in alios ſolum diſputatio producitur, inter quorum prædia facto naufragio ejectæ merces ablatæ ſunt. An ne igitur violenti odium, quod faciliori probationi originem dedit,* l. ſi quando C. unde vi. *ad negligentes ſolummodo agrorum poſſeſſores extendetur? Bartolus contra: Etenim cum ignorare naufragium non poſſint ut dictum eſt, in dolo verſari præſumuntur, qui à raptorum injuria merces defen-*

VINNIUS.

(c) Sententia Peckii eſt, non admittendum eſſe hoc caſu jusjurandum ſuppletorium, ad quod utique non facile decurrendum eſt, ſed multa prius examinanda atque exploranda quam ad delationem hujus juramenti deveniatur. Sunt etiam cauſæ quædam, in quibus probationes præſumptivæ, qualis eſt probatio per juramentum, non admittuntur, cujuſmodi ſunt famoſæ, pœnales & criminales. *l. 5. inf. de pœn. l. ult. in fin. C. de probat. l. 6. C. de dol. DD. in l. 3. C. de reb. cred. Gail. 2. obſ. 94. n. 3. Mynſ. 2. obſ. 87*

(d) Nihil

fendere neglexerunt, *Iaſon* ibi. nu. 4. *profectò Bartolum non ſequitur*, *& quamvis doli præſumptionem contra prædiorum vicinorum poſſeſſores violentiſſimam opinatur*, *exiſtimat tamen ſolum juramentum hac in cauſa ſufficere non poſſe. Ego quæ alio loco in ſimili*, *imo in eadem ſpecie deciſa ſunt*, ad l. 1. ſup. ad l. Rhodiam de jactu. *hoc loco repetenda relinquo.* d

Ut de latronibus. *Bartolus contrarietatem oriri videns apparentem*, *inter ea quæ edicta ſunt*, *cum iis quæ paulo ante docuimus (dictum eſt enim ante mitiorem raptores quam latrones pœnam manere) de iis exiſtimat Præſidem, ut de latronibus gravem ſententiam dicturum*, *qui plura ejuſmodi delicta admiſiſſe probantur. Porro ſi ſemel tantum peccaſſent, mitiorem ſententiam, ſecundum ea quæ diximus, proferendam eſſe. Hic iterum à Bartolo diſſentire compellor*, *& generalia Caliſtrati verba*, *generaliter quoque accipienda exiſtimo. Quid igitur ſi dicamus dictionem* Ut *non identitatem pœnæ*, *ſed ſimilitudi-* 6 e

V I N N I V S.

(*d*). Nihil hujus rei apud Peckium in *d. l.* 1. *ſup. ad leg. Rhod.* ſed in *l.* 2. §. *portio autem.* 4. *eod.* ubi vide quæ & nos ad *lit. E.* notavimus.

(e) Ego cum Bartolo locum iſtum Calliſtrati de graſſatoribus, qui prædæ cauſa id faciunt, accipio, quos ſimiles eſſe latronibus conſtat. *l. capitalium.* 28. *par. graſſatores.* 10. *inf. de pœn.* Græci in *Baſilic. lib.* 60. *hoc. tit.* οἱ τὰς ἐφόδους ποιοῦντες διὰ τὸ πραιδεῦσαι ἐοίκασι τοῖς λῃσταῖς, καὶ ἐὰν τοῦτο μετὰ σιδήρου ποιῶσι καὶ πολλάκις καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς, εἰς κεφαλὴν κολάζονται, οἱ δὲ λοιποὶ ἐξορίζονται ἢ ὑπερορίζονται. *Qui incurſionem faciunt prædæ cauſa ſimiles ſunt latronibus: & ſi cum ferro id faciant, & ſæpius & in itineribus, capite puniuntur. cæteri relegantur, aut deportantur.* Peckii expoſitionem verba textus non ferunt. Quid enim aliud eſt, præſidem de his ut latronibus, gravem ſententiam dicere, quam hoſce direptores, tanquam latrones, & eadem ſeveritate, qua latrones, coërcere? Denique niſi ita interpreteris, modus pœnæ in incerto relinquitur.

(*f*) Te-

tudinem tantum aliquam introducere. Ut igitur. de latronibus gravem ſententiam proferre Præſidis officio congruit, Præpoſitus in c. ſæpe 50. diſtinct. 10. Ioan. And. in c. verum. de conditio. appoſ. *ita & de his quoque, quos diripuiſſe probabitur, quoſque latronibus proximos eſſe conſtat*, l. capitalium. §. graſſatores. inf. de pœnis. *in ſuo tamen punitionis genere. gravem ſententiam dicere debet. Quod autem eadem pœna puniri non debeant latrones & raptores, manifeſtiſſimis Iureconſultorum reſponſis deciſum videtur. Nam & Calliſtratus latrones in his locis ubi graßati ſunt furca figendos ait*. d. l. capital. §. fin. *Paulus in* l. 4. ſup. eo. *ex perſonarum qualitate vel relegationis, vel damnationis in metallum, vel fuſtium pœnam irrogandam raptoribus definivit.*

f Apud eos teſtari. *Senſus horum verborum hic eſt. Ad probandam hanc amiſſionem, neceſſe non eſt teſtes ad Præſidem de eo negotio cogniturum ducere, qui fortaſſis longe*
7 *abeſt: ſed permittendum eſt apud Præfectum eos teſtari: id eſt, teſtibus productis maleficium admiſſam oſtendere.* l. capite quinto. inf. ad l. Iul. de adult. Duarenus ad l. in actionibus. nu. 51. ſup. de in lit juran. *Præfectos autem hujuſmodi Præſidibus inferiores fuiſſe, ex Sexto Pomponio liquet. Sed quomodo ad Præſidem remittetur? An igitur Præfectus de crimine cognoſcere* non

VINNIUS.

(f) Teſtari hic idem eſt, quod facere, ut teſtimonia dicant, ſeu teſtibus probare. Teſtari enim inter alia ſignificat teſtibus adhibitis quid libet declarare, denunciare notumve facere *l. pro herede. 20. par. 1. ſup. de acq her. l. capite. 25. inf. ad leg. Iul. de adult.* ubi cavetur, ut viro liceat adulterum uxoris ſuæ deprehenſum retinere horas viginti, *teſtandæ ejus rei cauſa. teſtandæ*, id eſt, *probandæ.* δύναται μάρτυρας εἰσάγειν τοὺς ὀφείλοντας ἐν τῇ κατηγορίᾳ μαρτυρῆσαι. &c. *lib. 60. Baſil. tit. 27.*

(g) Apud

non poterat? Sane in Præfectis vigilum illud manifeſtum eſt, quod de gravioribus cauſis nihil per ſe ſtatuere poterant, ſed ſi quid ejuſmodi eveniſſet, ad Præſidem aut urbis Præſectum referre tenebantur. l. 1. C. de officio Præfect. vigil. *Idem & de aliis minoribus Præfectis dici poteſt. Cæterum (ut ad quotidianum uſum applicari hæc poſſint)* g *arbitror in quibuſvis aliis minoribus judicibus locorum, quæ hic deciſa ſunt, recipi etiam poſſe, ut ſi res exegerit, coram iis de admiſſo crimine lite etiam nondum conteſtata, contra communes regulas*, ut. lite non conteſtata. per tot. tit. *teſtes recipiantur. Quid enim ſi pagus à civitate ad quam captivus deduci debet, cuique ſubeſſe tenetur, nimium diſtare videatur? Quod autem de remiſſione hoc loco diſputat Accurſius, tractari quidem hic poſſet, ſed arbitror nihil de remiſſione Calliſtratum ſentire. Eſt enim remiſſio cum ab uno judice ad alterius Iuriſdictionis* 8 *judicem juris prærogativam prætendentem, facinoroſus remittitur. Nos loquimur cum ab inferiore ad ſuperiorem.* h *Porro hodierno die uſu moribuſque receptum eſt, quod à* 9 *multis*

V I N N I V S.

(g) Apud nos, in municipiis iidem fere magiſtratus, quorum eſt juriſdictio civilis, etiam juriſdictionem criminalem habent, id eſt, merum imperium. At. in agris *ten platten lande*, ſcabini juriſdictionem tantum civilem habent: merum imperium exercent, qui noſtratibus dicuntur *Welboremannen*. hoc eſt, illi de cauſis civilibus duntaxat, hi de criminalibus cognoſcunt, abſque ulla neceſſitate reos remittendi ad judices municipales aut Curiam provincialem.

(*h*) Rei criminum puniri poſſunt & à judice loci, in quo crimen commiſſum eſt, & à judice, cujus in territorio domicilium habent; denique & à judice loci, ubi vagantes reperti ſunt. *l* 1. *l.* 2. *auth. quæ in provincia. C. ubi de crim. l.* 3. *ſup. de off. præſ. l.* 7. *§. pen l. ult. inf. de accuſ.* Cæterum ſi judex loci delicti petat reum, qui ab alio judice repertus eſt, ad ſe remitti, audiri debet & remiſſio fieri: idque obtinet non

multis ſeculis veteres Conſulti defendere voluerunt, præventione remiſſionem impediri. in. c. propoſuiſti de foro competenti. *Qua ratione tum maxime cum ad perſonalem comprehenſionem pervenitur, is qui cepit, ſine avocationis metu judicare, & ad executionen procedere poterit.*

A domino. *Quamvis itaque ſecundum communes regulas, immobilium rerum poſſeſsor ſatiſdare minime compellatur*: Bar. in l. 3. inf. de cuſtod. rer. & in l. 1. de pœnis. *atrocitas tamen delicti contrarium inducere legiſlatores effecit*, l. ſciendum ſup. qui ſatiſd. cogan. *ne ulla in re Præſidis cognitioni poſſeſſores deeſse contingere poſset.* Bal ibi.

LEX

VINNIVS.

non tantum jure civili. *l. capitalium. 28. §. pen. inf. de pœn. Nov. 134. c. 5.* ſed etiam jure canonico. *c. 1. de raptor. Clem. de re jud. c. paſtoralis.* modo adſint ea, quæ apud *Covar. pract. quæſt.* 11. *Guid. Pap. deciſ.* 202. & ibi in not. referuntur. Non inhibet reorum remiſſionem, nec omnino quid novi juris inducit Gregorius in *l. propoſuiſti. de for. comp.* ſed tantum de effectu in jus vocationis conſulenti reſcribit, hanc nimirum ejus vim eſſe, ut ſi quis poſteaquam in jus vocatus eſt, alterius fori eſſe cæperit, in ea cauſa jus revocandi forum non habeat, quaſi jam ab alio preventus. quod conſtat ſumptum eſſe ex *l. ſi quis. 7. ſup. de judic.* unde vulgo dicitur, citatio operatur præventionem. Plane etſi hæc ita procedant jure civili & canonico: tamen hodie conſuetudine Germaniæ & moribus harum regionum captus non remittitur ad locum delicti, ſed ibi ubi captus eſt, forum & judicium ſortitur. *Gail. de pac. publ. 16. n. 30. & ſeq. Monach. ad l. ult. C. de juriſd. n. 31. Weſenb. in l. 1. C. ubi. de crim n.* 12. quanquam intertdum in atrocioribus delectis ob exemplum precario & jure amicitiæ ac vicinitatis atque ex humanitate fit remiſſio; ſed ſub antigrapho ſeu literis reverſalibus judicis, ad quem fit remiſſio, quibus promittitur ne ea res remittentis juriſdictioni præjudicium faciat.

(*a*) Imo

LEX VIII.

Neratius. Lib. II.

Reſponſorum.

Ratis vi fluminis in agrum meum delatæ, non aliter tibi poteſtatem faciendam, quam ſi de præterito quoque damno mihi caviſſes.

SVMMÆ RERVM.

1 *Tractus futuri temporis an ad judicem pertineat.*
2 *In lata culpa, eſt qui artis quam profitetur, præcepta ignorat.*
3 *Nautæ non ſemper navem regere poſſunt.*

De præterito damno. *Idem quoque eſt de futuro damno, & quod in auferenda rate prædiorum mari adjacentium dominis poſtea dari poterit.* a
Quod igitur dicitur tractum futuri temporis ad judicis officium non pertinere l. 1. ſup. de uſur. *tunc verum non eſt cum à præſentibus futura dependere, originemque deſumere pro-* 1

V I N N I V S.

(*a*) Imo de futuro damno quin domino agri cavendum ſit, minus dubitatum videtur: & ideo ait hic Neratius, *de præterito quoque damno.* Hoc Neratii reſponſum intelligit Vlpianus in *l. hoc amplius* 9. §. *Neratius. ſup. de damn. inf. & l. Celſus* 5. §. *ſed. & ſi ratis* 4. *ſup ad exhib.* ubi ait Neratium reſpondiſſe, ſi ratis vi fluminis in agrum alterius delata ſit, non tantum de futuro damno, ſed etiam de præterito domino agri cavendum eſſe. Cęterum quod re integra cuſtoditur, hoc non inique etiam poſt damnum illatum pręſtabitur. *d. l. hoc amplius. in pr. ſup. de damn. inf.*

 (*b*) Ar-

probantur. Sed hæc ita intelligenda ſunt, ſi culpa nautæ damnum acceptum ſit. Quid enim ſi exorta tempeſtate negligentius ſtationibus naves affixerit? Quid ſi ſacram ancoram non emiſerit? Quid ſi navem imprudenter gu-
2 *bernaverit? Sane ut in lata culpa dicitur qui artis quam profitetur, præcepta ignorat: ita & imperitus nauta excuſari quoque à damno non debet.* Ludo. Roma. in l. hoc amplius. §. de his. ſup. de damno infecto. l. Celſus. §. Item Celſus. ſup. ad exhiben. *At, ſi tempeſtas tam horrida ſit, qualem noſtra ætas anno* 1551. *ſuſpirantibus animis conſpexit, ſi navem ventorum vi in omnem partem agitatam gubernare nequiverit: ſi ſacra ancora diſſoluta in alienum agrum ratis delata damnum fecerit:*
b *exiſtimo legi locum non eſſe. Quis enim adverſus ejuſmodi rabiem munire ſe poterit?* d. l. hoc. amplius. in prin. *Recte igitur Plutar. Ubi (inquit) tempeſtas non uſque adeo magna eſt, ibi nautam & gubernatorem & quemvis dein-*

VINNIUS.

(*b*) Argumentum pro ſententia Peckii ſuppeditat *d. l. hoc amplius.* §. 1. ubi Gloſſa ad verb. *damni infecti*, de infecto ideo dicit, quia de præterito non tenentur, quibus plane nihil imputari poteſt. Neratium autem loqui ait in ſpeciali caſu; quando forte dominus navis eam non ſatis bonis funibus ad ripam religavit, & violentia fluminis in agrum alienum ejecta eſt, quod tamen factum non eſſet, ſi fuiſſet bene ligata. quam opinionem Gloſsâ & Angelus ſequitur, & Caſtrenſis probat, licet Bartolus improbet. Additionator quoque Bartoli, magis inclinat in opinionem Gloſſæ, quam & in practica ſervandam putat. Porro, ut & hoc obiter moneam, pro eo, quod in Flor *d. l amplius.* §. 2. legitur, *dandum in te judicium de damno jam facto.* legendum eſſe, ut in vulgatis, *de damno infecto*, evincunt ea, quæ mox ſequuntur; *Nam arbitrio judicis &c. damnum, quod ante ſenſi, non contineri.*

(*c*) Sed

deinceps ſtrenuum eſſe oportet. Ubi vero mare jam ſuperaverit navem, inanis eſt diligentia. Neque enim gubernator, quantumvis peritus, æſtuantem undam componere, nec impetum ſævientis maris retundere quoquo modo poteſt, non magis quam portum ubivis nanciſci, quoties ei ex alto revehi libitum ſit. Sed ne illud quidem ars illi præſtiterit, ut tempeſtate deprehenſus, conſtanter ac intrepide neceſſitate defungatur, hactenuſque ipſa juvat, ut tantiſper dum locum arti eſſe non deſperat, expanſa vela deducens utcunque cum tempeſtate decidat, ab hoc jam ignavus compreſſis manibus ſedet, atque interim dum malus exiſtit ventorum vi demerſus, vibranti pectore contremiſcit. Examinari quoque hoc loco ſolet an pecus tuum, quod damnum dedit, retineri pro accepto damno poterit? In qua quæſtione Pomponius non recte includi ait. l. quamvis. ſup. ad l. Aquil. *Neratius vero contrarium defendere videtur* d. §. de his. *Sed communi diciſione pro concordia receptum invenio, ſi de domino quis damnificantis fuerit animalis controverſum non ſit, omnino reſtituendum eſſe: quod nimirum eo caſu vel Aquiliæ legis actio, vel de pecoris paſtu remedium, ad damni accepti repetionem ſufficere videatur. Mihi ſane Bartholi* in d. l. c quam-

V I N N I V S.

(c) Sed & cum Bartolo *DD. comm.* tranſire ait Additionator, Romanum tamen dicere, quod tam diu ſaltem animal retineri poteſt, donec appareat, cujum ſit pecus: & ita dixiſſe Baldum ait in *l. 2. C. de ſerv. fug. &. Specul. in. tit. de actor. verſ. ſed. pone invenio pecudem.* idemque velle & Angelum in noſtra *hac. l. 9.* Sunt autem in hac ſpecie ſpectandæ maxime locorum conſuetudines. Noſtris moribus includi pecus poteſt, uſque dum dominus præſtet æſtimationem damni dati. Cujuſmodi morem & apud Gallos receptum Molinæus notat ad *art. 154. conſ. Aureliam*, ubi hoc etiam refert, de

quamvis. §. de his. *probatur opinio, & actiones has cum retentione interdum concurrere poſse exiſtimo:*

LEX X

ULPIANUS LIB. I.

Opinionum.

Ne piſcatores nocte lumine oſtenſo fallant navigantes, quaſi in portum aliquem delaturi, eoque modo in periculum naves, & qui in eis ſunt, deducant, ſibique execrandam prædam dent, præſidis religioſa conſtantia efficiatur.

SUMMÆ RERUM.

1 *Nautarum nocturno tempore navigantium obſervatio.*

2 *Navis Prætoris lumen præferre conſuevit.*

3 *Cacodæmonis nequitia multæ naves in periculum deductæ.*

4 *Pœna illorum qui oſtenſo lumine naves evertunt, quæ.*

Apud

VINNIUS.

de conſuetudine poſſe dominum ſibi jus dicere in anſeribus & gallinis repertis in ſuo fundo, ut ea interficiat, in quod junge *c. ſi læſerit. ẍ. de injur.* Dignum hic notatu quod ſcribit Plutarch *l.* 8. *ſympoſiac. problem.* 1. καίτοι, inqnit, ἵνα τἆλλα ἐάσωμεν, εἰ μόνων ἀλεκτορίδων ἀπείχοντο πάντες, ἢ δασυπόδων, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ βρα-χέω ὑπὸ πλήθους ἄτε πόλει οἰκεῖν, ὅτι καρπῶν ὄνασθαι. Ait futurum, ut neq; habitari tandem poſſent oppida, nec terræ fructibus uti liceret, ſi abſtineretur ab occidendis & comedendis gallinis, cuniculis & leporibus, cæteriſq; animalibus, quæ proinde vocat ληϊβότειρα, τρυγηφάγα, καὶ σπερμόλογα, ſurges, vindemias depaſcentia, & ſeminilega.

(*a*) Solent

Apud omnes fere nautas & qui vaſto vagantur Oceano uſu receptum eſt, ut imminentibus tenebris, & ubi nunc nox horrida ingruit undis, unam ex his quæ una navigant navem, ardentibus facibus præmittant, quæ inſequentes ducat, & ne in Scyllas ſive Charybdes incidant, viam commonſtret. Sic & olim in Prætoria navi lumen quod cætera claſſis proſequebatur, ſpectatiſſimum inſigne noctu fuit. Quare Scipio in Africam transmiſſurus, velis in altum datis, ſingula roſtratæ navi, bina onerariæ, Prætoriæ trina luminaria dedit. Cæterum cum omne bonum & quantumvis pia ordinatione conſtitutum, ad mali ſequelam à nefariis hominibus omni conamine rapiatur, accidit interdum piratas ſcopulis inſidentes lumen à longe errantibus Oceano navibus præmonſtrare. Quod cum miſeri nautæ tanquam à Prætoria nave accenſum ſequuntur, in miſerandas ſceleratiſſimorum hominum prædas imprudentes ſeſe conjiciunt. Avorum memoria à Cacodæmone immani illa ac teterrima peſte, vel divina ita ordinante prudentia, vel humanis id vitiis exigentibus,

1 a 2 3 b

Vinnius.

(*a*) Solent quoque in editioribus locis ſpeculæ extrui, in quibus noctu faces accenſæ navigantium curſus dirigant, quæ Phari appellantur, à ſimilitudine Phari, id eſt, turris quam in hujuſmodi uſum extruxiſſe dicitur Ptolomæus Philadelphus in inſula Pharo, unde & nomen accepit. Ex legibus quoque & ſtatutis maritimis, qui vela laxaverunt, ignem in ſumma navi habere debent, ut evitetur periculum incurſionis. *Mornac. in l. quemadmodum. 29. par. 2. ſup. ad leg. Aquil. c. 36. leg. Rhod. Welwod in ſuo abridgement tit. 23. concerning shipſtwracke.*

(*b*) Fides hujus rei ſit penes auctores. Equidem non negaverim tale quid Deo permittente fieri poſſe: Cæterum ſuſpecta mihi eſt Peckii & aliorum ejuſdem ævi ſectæ Pontificiæ addictorum ſtulta credulitas.

(*c*) In

bus, idem factum eſſe pro certo accepimus, qui ſcopulis quibus ſinus ille inter Angliam & Galliam refertus eſt, inſidens, lumenque in Prætoriæ navis morem navigantibus exhibens, innumerabiles naves ingenti hominum multitudinem ferentes, funditus evertit. Celebratur adhuc hodierno die in proximo littore ejus rei memoria, & exaratis carminibus miſeram illam cladem, flebili lectione repetere licet. Sed qua pœna piſcatores hos oſtenſo lumine in periculum deducentes, adficiendos eſſe exiſtimabimus? Accurſius, raptorum pœna puniendos arbitratur. Sane cum dolo malo prædam venantur, ſi amiſſa nave mortalium quoque jactura facta fuerit, capite plectendos exi-
c *ſtimo.* arg. l. ſaccularii ſunt quidam. inf. de extraor. criminib. *Omitto nunc generalem illam conſuetudinem qua antiquatis edicti iſtius pœnis, raptoribus piratiſque cum bonorum confiſcatione vita quoque precioſiſſimus theſaurus adimitur. Nihil his obſtat quod delicti hæc ſpecies ſub titulo iſto qui mitiorem edicti pœnam præſcripſit, conſtituatur. Nam & idem in proximo capite receptum eſt, quo Cajus ait, eum qui ædes acervumve frumenti juxta domum poſitum combuſſerit, vinctum, verberatum igni necandum eſſe.*

No-

VINNIUS.

(c) In hoc facile aſſentior Peckio: nam hæc res & praviſſimi exempli eſt: & quid aliud eſt oſtenſo lumine dolo malo hominem in perniciem trahere, quam mortis cauſam præbere; *per. l. ſi quis. 38. §. qui abortionis. inf. de pœn. junct. l. propen. inf. ad leg. Corn. de ſicar.*

(a) Quæ

Nova Constitutio FRIDERICI IMPERATORIS

De ſtatutis & conſuetudinibus contra Eccleſiæ libertatem editis tollendis col. x. poſita C. ſub tit. de furtis.

Navigia quocunque locorum pervenerint, ſi quo caſu contingente rupta fuerint: vel alias ad terram pervenerint: tam ipſa navigia quam navigantium bona ipſis integra reſerventur, ad quos ſpectabant, antequam navigia hujuſmodi periculum incurriſſent, ſublata penitus omnium locorum conſuetudine, quæ huic adverſatur ſanctioni, niſi talia ſint navigia quæ piraticam exercent pravitatem, ſive nobis ſive Chriſtiano nomini inimica.

SUMMÆ RERUM

1 *Inventis & reſervatis mercibus, an ſalarium recte petatur.*
2 *Zelandorum jus.*
3 *Conſuetudo contra jus naturæ non valet.*
4 *Piſcatio an conſuetudine prohiberi poſſit.*
5 *Taxantur ſevere piratæ.*
6 *Impune piratis vis inferri poteſt.*

Cum

Cum Fredericus Imperator piratarum ſcelera æquiſſima conſtitutione damnaverit (quod de his ſuperius nihil fere aut parum admodum à nobis expoſitum eſt) interpretationem conſtitutionis aliqualem omittere non potui, & quæ alio loco a me tractata non ſunt, per-
a *functorie & levi omnino penicillo docebo. Ait igitur Fredericus :* Ipſis integra reſerventur. *Sed an gratis &*
1 *nulla recepta mercede reddenda ſunt? Sane re inventa & domino reddita εὕρετρα inquit Vlpianus* l falſus. §. quid
2 ergo: de furt. *honeſte quidem recipiuntur, ſed probe peti non poſſunt. Cæterum Zelandico jure aliud omnino conſtitutum invenio. Ita enim habet* cap. 4. art. 13. tex.
b *Si quis eorum quibus naufragorum merces colligendi authoritas facta eſt, anno & ſex ſeptimanis collectas merces*

VINNIUS.

(*a*) Quæſtionem hanc, an is, qui rem alienam invenit, & indicavit, ſi nihil impenſę ejus gratia fecit, præmium indicii petere poſſit, obiter tractant *Fab. Catiunc. & Schneid. in §. ult. Inſt. de rer. div.* & ajunt non poſſe; quamvis ultro oblatum honeſte accipiatur: quod etiam ſatis aperte ſiniſicat *Vlp. d. l. falſus. par. quid ergo. & ibi Bart.* Pro eo, quod illic legitur in vulgatis editionibus atque in ipſo exemplari Florentino, *Quid. ergo ſi εὕρετρα, quæ dicunt.* &c. Budæus reſtituit, *quid ergo ſi μήνυτρα, ſed* nulla neceſſitate: nam ut μήνυτρα præmium indicinæ ſignificat, ita εὕρετρα mercedulam inventionis. Illud non ambigitur, poſſe, ſi res nondum reperta eſt, ejus perquirendæ nomine & peti honeſte indicium & accipi. *arg. l. 4. par. ſi tibi. ff. de cond. ob turp. cauſ.*

(*b*) Idem quoque cavetur placito Philippi II. *van zeedriften.* Præter mediocrem cuſtodiæ mercedem *redelic berg-loon*, quam petere licet, etiam impenſæ, ſi quæ factæ ſint ab harum

ees domino cuſtodiverit, mediocrem cuſtodiæ mercedem exigere poterit.

Omnium locorum conſuetudine. *Cur ita? Illud ſane ſine ulla dubitatione dici poteſt, quod certum ſit* 3
conſuetudinem contra jus naturæ, nullam habere poteſta- C
tem. Panor. in c. fi. de conſuet. *Sic etiam cum mare*

eo

VINNIUS.

harum rerum ſuſceptoribus à domino res ſuas intra conſtitutum tempus repetente, ſolvendæ ſunt. *d. plac. van zeedrift.* quod & ratio juris civilis exigit.

(c) De requiſitis conſuetudinis vide *DD. in l. de quibus. ſup. de legib. l. 2. C. quæ ſit long. conſ. And. Gail. 2. obſ. 3. Mynſ. 6. obſ. 4. & ſeqq. Chriſtin. vol. 2. deciſ. 55. n. 5. & 6.* neque enim hujus inſtituti eſt, ſingula quæ incidunt, excutere. Illud extra omne dubium poſitum eſt, conſuetudinem contra jus divinum aut naturæ nullam habere poteſtatem. ſicut & illud, poſſe eum, penes quem ſunt jura majeſtatis conſuetudinem ut ut alias ſatis rationabilem, abrogare. Probabile autem eſt, quod putat Sichardus in *hac auth. n. 2.* Fredericum II. hac conſtitutione ſuſtuliſſe barbarum morem regulorum quorundam circa Rhenum alioſque amnes ditionis Imperatoriæ, qui contra fas juſque navigia in ripas impacta, vel rupta aut ſubmerſa una cum mercibus impoſitis per officiarios diripiebant, ipſo etiam nauta in periculum capitis tracto & hoc eſſe, quod vulgo dicebatur, *Der Schiffherr hat leib und gutt verfahren.* Nam certe Imperii Germanici fines ad loca maritima propagati non fuere; aut utique non niſi ad pauca: & tamen meminit conſtitutio piratarum, qui vix eſt, ut infeſtent flumina, niſi ubi in mare influunt. Quod vero idem Sichardus Bartolum temere ſecutus tradit, pœnæ hujus authenticæ locum eſſe ſive quis tempore & loco naufragii aliquid amoveat, celetve, ſive poſt naufragium, ego non invenio neque in Codice, neque in ipſa conſtitutione, unde authentica ſumpta eſt. Itaque magis eſt ut diſtinctio propoſita *l. 1. in fin. l. 2. l. 3. pr. ff. de incend. ruin. naufrag.* adhuc obſervanda ſit, quam & Chriſtin. retinet *vol. 5. diciſ. 60. n. 8.* Cæterum neque hac prohibitione neque noviſſima illa Caroli V. *c. pen. de capital. judic.*

eo jure commune ſit omnium, vetare quemquam ulla conſuetudine in eo piſcari non licet. l. injuriarum ff. de injuriis. *Porro ſi ea ſit conſuetudo quæ ab omnibus civibus approbata eſt, non ab illis ſolum qui ad litius maris ædes habuere ſitas, piſcatio recte prohibebitur.* Conna. lib. 1.
4 cap. 10. *Cæterum in caſu conſtitutionis noſtræ, omnium conſenſus operari quicquam non poteſt, cum divino naturæque præceptis, conſuetudo ejuſmodi repugnare videatur. An ne enim omnium conditor Rex univerſitatis, præcepit furtum non fieri? alienas res non concupiſcendas eſſe? Quæ hoc loco deſiderari poſſent, ex ſuperioribus facile petetis.* ad. Rub. ff. de incend. rui. & naufr.

5 Piraticam. *Recte ait Fridericus & Diis, & hominibus* d *piratas exoſos eſſe, ut merito & proſcripti & diffidati (ut ajunt* Bal. & Salyc. hic *) ipſo jure cenſeantur. Qua-*

VINNIVS.

præfecti locorum deterrentur, quominus paſſim adhuc naufragia ſibi vindicent. De quo inter alios queritur *Zoeſ. ad. tit. eff. de leg. Rhod. n.* 12. eadem Gallorum, Hiſpanorum &c. querimonia eſt. junge quæ notantur ad *leg.* 8. *ff. de leg. Rhod. lit. E. & add. Gail.* 1. *obſ.* 18.

(*d*) Baldus in *l.* 1. *C. qui bon. ced. in fin.* ait piratas militare inſtar catulorum in ſilvis, navigantiumq; ſecuritatem impedire, hoſteſque publicos & infames eſſe, & militiam exercere non poſſe. Et idem Baldus in *hac auth.* & cæteri piratas hoſtibus fidei & principum comparandos eſſe ajunt, & ideo impune poſſe deſpoliari: eſſe enim ipſo jure diffidatos. Diffidare, eſt feidam, hoc eſt, bellum indicere, hoſtem declarare. ut exponitur in voce *feida*. Et ita eſt, qui atrociter malefici ſunt, ut prædones & piratæ, neque pars ſunt ullius civitatis, hi à quovis homine puniri poſſunt, ſi jus naturæ reſpicimus. Qui vero puniri poſſunt, ut vitam amittant, his etiam res ſuæ poſſunt auferri: neque enim eſt contra naturam ſpoliare eum, ſi poſſis, quem honeſtum eſt necare, ut recte diſputat Cicero *lib.* 3. *de offic.*

(*e*) De

Quamobrem quantum honoris Pompejo Magno acceſſerit, quod oram maritimam liberando, & imperium maris populo Romano reſtituendo. MCCC. XLVI. piraticas. naves ſuſtulerit. Plinius nat. hiſtor. lib. 7. Cap. 25. e & 26. *facile perpendere poteſt, quem triumphandi ratio Romanorum ducibus reſervata, non latet. Conſideret ſecum Chriſtianus animus quam ſit nefarium crimen; cum in hoc providentia ac diſpoſitor ille mundi Deus vela ventis exercenda dedit, ne quid ulla parte orbis terrarum nobis deeſſet, nos claſſes partem freti occupaturas complere, & ad innocui ſanguinis profuſionem telum acuere. Quæ hos piratas dementia exagitat, & in mutuum compellit exitium? Vela ventis dant prædam paraturi, & incertam fortunam experiuntur, vim tempeſtatum nulla ope humana ſuperabilem, mortem ſine ſpe ſepulturæ. Sed & ſi prædam nacti evaſerint tot ſcopulos ingentes, & inſidias vadoſi maris, cum effugerint procelloſos deſuper montes, per quos præceps in navigantes ventus impingit, quis hos feſſos tot malis portus excipiet? Vermis ſcilicet ille perpetuus conſcientiæ qui nunquam morietur, ille obvius & in littore & ubique ſe offert, & flebilem illam peccatorum ſarcinam relinquere non poteſt. Recte igitur Seneca:* Miſeri (*inquit*) quid quæritis? mortem quæ ubique ſupereſt? An ne ad mortes terra late patet? Petet illa vos & ex lectulo,

VINNIUS.

(e) De piratis Pompejum triumphaſſe non legimus: neque id Plinius locis citatis memorat. Imo piratæ non triumphabantur. De Illyricis quidem triumphum fuiſſe, quod iſti ſine diſcrimine mari prædas agere ſoliti, refert Appianus. Sed magnum diſcrimen eſt inter populum, quantumvis ſceleratum, & inter eos, qui cum populus non ſint, ſceleris cauſa coëunt. *vid. Grot. lib. 3. de jur. bell. & pac. c. 3. n. 2.*

 (a) Hoc

lectulo,ſed ubique innocentes petat,ſed occupet nullum molientes malum. *Quid igitur Lector humaniſſime Piraticum ſcelus aliud eſſe dixeris, quam inſaniam, quid in mari tyrannidem exercere, quam circumferre pericula, & ruere in ignotos, iratum ſine injuria occurrentia evertere, ac ferarum more occidere, quem non oderis? ergo non immerito quis dixerit, rerum naturam melius acturam nobiſcum ſi ventos flare vetuiſſet, & inhibito diſcurſu furentium, in ſua quemque terra ſtare juſſiſset. Sed certe non tamen queri poſſumus de autore noſtri Deo, ſi beneficia ejus corrumpimus, & ut eſſent contraria efficimus. Dedit ventos ut commoda cujuſque regionis fierent communia, ad ulteriora noſcenda, non ut pernitioſa piratarum arma tranſveherent. Si igitur beneficia naturæ, utentium pravitate perpendimus: nihil non noſtro malo accepimus.* Fere hæc ex Seneca lib. 5. natur. quæſtio. cap. 19. *Verum ut ex diverticulo in viam redeamus, odio iſtorum communi ſententia receptum eſt, impune his vim furtumque & violentiam inferri poſse. Sed hæc non aliter concedit Socinus,* conſil. 262. in 2. volu. nu. 5. *quam ſi dominium piratarum, res furto ab eis ſubtractæ, minime exierint.*

Tranſgreſſores autem hujus noſtræ conſtitutionis bonorum publicatione mulctentur: & ſi res exegerit, eorum audacia juxta mandatum noſtrum omnibus modis compeſcatur.

SVMMÆ RERVM.

1 *Publicatio bonorum non extenditur in detrimentum creditorum.*

2 *Pu-*

2 *Publicatis bonis mariti, uxori ſua ſalva manent.*
3 *Filii cur dicantur ſui hæredes.*
4 *Publicatio bonorum quouſque extendatur.*

Quod a Divo Friderico reſponſum eſt, publicationem confiſcationemque bonorum piratas manere, ad creditoris ſcelerati piratæ detrimentum torqueri non debet. l. aufertur. ff. de jure fiſci. & ibi doctores. *Sed nec ex ſcelere mariti ullam ad bona uxoris criminoſi actionem fiſcus prætendere poteſt.* auth. Bona damnatorum. C. de bon. proſcript. *Porro ſi particeps ſit criminis & conſilii conjunx, alio jure utendum eſſet.* l. quiſquis. C. ad l. Iul. majeſt. *Sed an publicatis bonis, omnino inſontes filii privantur? Sane cum naturalis ratio quaſi lex quædam tacita liberis parentum hæreditatem adiiciat, velut ad debitam ſucceſſionem eos vocando, propter quod & in jure civili ſuorum hæredum nomen eis inditum eſt, eo quoque caſu quo propter pœnam parentis bona aufert damnatio, rationem haberi liberorum, ne alieno admiſſo graviorem pœnam luant, quos nulla contingeret culpa interdum in ſummam egeſtatem devolui, ipſa dictare natura videtur.* l. fi. ff. de bon. damnat. *Qua ratione cum Veteres conſulti prudenter admodum ea de re & moderate conſtituiſſent: Iuſtinianus generaliter poſtea edita*

(Margin numbers: 1 beside "Quod a Divo…", a beside "Sed nec ex", 3 beside "dam tacita liberis… velut", 4 beside "moderate conſtituiſſent…")

VINNIUS.

(a) Hoc veterum legum pœnæ à Frederico adjectum eſt, ut tranſgreſſores hujus conſtitutionis, id eſt, quiquid ex naufragio rapiunt auferuntve, bonorum publicatione multentur. Neſcio autem quid Peckio in mentem venerit, qui hanc ſanctionem ita accepit, quaſi Fredericus ipſos piratas hac pœna multari voluerit: quos tamen conſtat longe gravius puniri, ſummoque affici ſupplicio, atque à quibuſlibet, ut latrones publicos occidi poſſe.

IN TIT. I. LIB. II. COD.

De Naviculariis ſeu Naucleris publicas ſpecies transportantibus.

PETRI PECKII COMMENTARIUS

CUM

Notis & Obſervationibus ARNOLDI VINNII.

LEX I.

Imper. CONSTANT. A. & JULIANUS CÆS. OLYBRIO, P. V.

Nullam vim oportet naucleros ſuſtinere delegatas ſpecies annonarias transferentes , nec concuſſiones: nec aliquod genus incommodi, ſed venientes ac remeantes omni ſecuritate potiri. x. librarum auri mulcta proponenda his qui eos inquietare tentaverint.

SVMMÆ RERVM.

1 *Naviculárii qui ſint.*
2 *Qui dicantur transferre publicas ſpecies.*
3 *Tranſvehentes res publicas non poßunt arreſtari.*
4 *Naves privilegiatæ an oſtendere publicanis merces teneantur,*
5 *Ziricæanorum naves a vectigalibus ſunt immunes.*
6 *Si publicis rebus privatæ adjunctæ, an ob non ſolutum vectigal omnes in commiſſum cadant.*
7 *Immunitas a vectigalibus quomodo probabitur.*

1 a N*aviculárii, ut Budæus tradidit* ad l. 1. ff. nau.cau-po. ſtabul. *navium ſunt domini, qui Græce Naucleri dicuntur, meritorias naves habentes, quos patronos appellamus. Tacitus. Atque inde decurſu in littora vim in mercatores aut navicularios audebant. Vegecius tamen lib. 4. eos vocat, qui in claſſe ſingulis navibus præſunt,*

VINNIVS.

(a) NAvicularii ſunt, ad quos quotidianus quæſtus navium, ſive propriarum ſive conductarum pertinent. Vnde naviculariam exercere dicuntur, qui talem functionem agunt, uno verbo exercitores *l.1.par.exercitorem.* 15. *ff. de exerc. act.* Naucleri appellantur in. *l.* 3. 4. *&*. 5. *alias l.* 1. 2. *&* 3. *hoc tit.* & Græci paſſim ναύκληρον vocant, quem Latini exercitorem. Ex his autem in urbe certum corpus erat, quorum alii annonæ urbis ſerviebant, alii lignis ad lavacra alii aliis neceſſitatibus publicis. De lignariis eſt. 10. *C. Theod. hoc tit.* ubi Valentinianus & Valens naviculariis Africanos, qui idonea publicis diſpoſitionibus ac publicis neceſſitatibus ligna convectant privilegiis antea conceſſis ar-ſus augent.

(b) ene

*ſunt, quos Græci Navarchos vocant, noſtrum vulgus capitaneum aut caput armatæ marinæ navis vocat. Cæterum quod hoc loco de navicul*a*riis ſive naucleris traditur, ad omnes cæteros nautas publicas ſpecies transferentes, extenditur. Publicas vero ſpecies transferre intelli-* c
guntur proprie, qui annonam vel aromata ad rem publi- 2
cam pertinentia Præfectorum juſſu in alias tranſvehunt regiones: ſed hoc loco omnes intelligi velim, qui quidvis ad rempub. pertinens Principis juſſu trans mare vehunt. Sive igitur in exercitum annonam ferendam ſuſcipiant, l. licitatio. §. res exercitui. ff. de publicanis. *ſive arma, ſive Ducis juſſu, non autem alias, milites catalogo aſcriptos,* l. 3. ſup. de vectigal. *ſive Principem ipſum, ſive legatos ad Principem miſſos* l. à legatis. C. d. tit. *reducant, omni ſecuritate gaudere debent. Et quæ eſt iſta ſecuritas? Quod privilegium? Quæ prærogativa? Utilitas me hercule modica non eſt. Etenim nec arre-* d
ſtari (ut dicunt) nec detineri, nec ad vectigalium ſolutionem,

(b in margin beside "Cæterum")

V I N N I U S.

(*b*) Bene monet Peckius, quod hoc loco de naviculariis ſive naucleris traditur, ad cæteros etiam nautas publicas ſpecies tranſportantes extendi oportere, eadem enim plane omnium horum ratio. atque hoc etiam, ut vulgo receptum, notat Chriſtinæus *vol. 5. deciſ. 58. n.8.*

(*c*) Iuriſconſulti ſpecies appellant, quas veteres Latini fruges, id eſt, vinum, oleum frumentum, legumina. *l. ult. par. 3. ff. de mun. & hon.* Iuſtinianus *l. eos qui. 26. par. 1. C. de uſur. In trajectitiis autem contractibus, vel ſpecierum fœnori dationibus &c.* & ita paſſim in variis locis Codicis. Sic ſpecies annonariæ. *l. ult. C. de collat. fund. fiſc. lib. 11.* Vegetius *lib. 3. c. 3. Solers debet eſſe tractatus, ut pabula, frumentum, cæteræque annonariæ ſpecies, quas à provincialibus conſuetudo depoſcit, maturius exigantur.*

(*d*) Breviter, habent immunita-

4 *tionem, compelli poſſunt*. Barth. & alii hic. *Quæ tamen etiam ſi vera ſunt, ut diximus, oſtendere nihilominus e quæ vehuntur publicanis tenentur.* §. Divus in l. interdum. ff. de public. & ibi Docto. *Plane, ſi tales ſint naves quæ indiſtincte non ſolarum mercium ratione, ſed proprio jure privilegioque exemptæ ſunt, aliud dicendum*
5 *eſſe non male mea ſententia tradidit Romanus. Unde eſt, quod cum Ziriceanæ naves Dordracenſibus vectigalia non ſolvant, merces oſtendere publicanis compelli non poſſunt, ſed navis pertranſeuntis ſolum indicium facientes, in commiſſum non cadunt. Uno tamen caſu compellendos merces oſtendere exiſtimo. Quid ſi Cæſareo edicto promulgatum ſit, ex Zelandia frumentum evehi non poſſunt? Ob publicum ſane intereſſe, inſpectionem publica-*
6 *nus petere poterit. Sed quid ſi publicis rebus privatæ adjunctæ ſint, an ne ob defraudatum vectigal, reliqua quoque in commiſſum incidiſse videantur? Quæſtio hæc olim ab excellentiſſimis ingeniis magna argumentorum vi oſtenſa ac patefacta eſt, ut ſupervacaneum ſit eorum hic à me rationes repeti: in promptu eſt ex eorum libris cognoſcere. Sed tandem poſterior videtur obtinuiſse ſenten-*

VINNIUS.

nitatem cæterorum munerum, & huic duntaxat functioni naviculariæ obnoxii ſunt tam ipſi, quam prædia eorum *tit. ſeq.* & publicas ſpecies tranſvehentes nec detineri ulla ratione, nec exactionem ullam pati poſſunt. *Cujac. in hac l. Chriſtin. ubi ſup. Welw. tit 22. of priviled ged ships.*

(e) In dubium aliquando vocatum fuit, an naves privilegiatæ, quæ indiſtincte non ſolum mercium ratione, ſed proprio etiam jure privilegioque exemptæ ſunt, teneantur profiteri & oſtendere publicanis merces, quas vehunt. Sed ex ſententia Ludovici Romani in *l. interdum ff. de publican. n. 2.* judicatum non teneri. *Chriſtin. ubi ſup. n.* 13.

(f) Et

tentia, quam ſequor, quod rationabile non ſit, alterius culpam alteri obeſſe, niſi dominus quoque earum rerum, de dolo manifeſte convinci poſſit. l. publicanus. §. 1. ex verbo, Si quid amplius. d. tit. vide Bal. ad l. 3. ſup. de fœn. naut. Guid. Pap. deciſ. 572. *Poſtremo, qui eundi immunitatem habent, & redeundo quoque eodem privilegio gaudent, quod in ſcholarium rebus manifeſte Divus Fridericus conſtituit:* Auth. habita. ſup. ne filius pro pat. *Probari autem immunitas literis publicis & à ſuperiore conceſſis. poterit.* Barth. hic. f g 7

LEX. III. ET IV.

Quæ ad hanc l. 3. annotari poſſunt, alio loco abunde ſatis expoſuimus, ad l. 1. ff. de incend. rui. & nauf. *Ex lege* a b

VINNIUS.

(*f*) Et ſecundum hos alias cenſuiſſe Senatum Mechlinienſem teſtatur *Chriſtin. ubi ſup. n.* 18.

(g) Sic etiam quæri ſolet, an ei, cui data eſt ſecuritas veniendi, etiam redeundi data cenſeri debeat. Et magis placuit datam videri: quia non venit ſecure, qui redire ſecure non poteſt. quamquam hoc reſtringi ſolet ad primam vicem. Et hoc etiam locum habet in ſalvo conductu ſimpliciter conceſſo, non item ſi ad tempus elapſum. *vid. Iac. Rebuff. in hac l. n. 5. & ejus Additionatorem.*

(*a*) Cujacius putat naviculariorum direptores ita hac *l.* 3. puniri, ut præter rei reſtitutionem quadruplum pœnæ nomine præſtent: alii in quadruplo rem ipſam ejuſve æſtimationem contineri. *Chriſtin. vol. 5. deciſ.* 60. *n. 4. & ſeqq.* adde not. ad *l.* 1. *ff. de incend. ruin. nauf. lit. A.*

(*b*) Optima hæc Peckii collectio eſt *l.* 4. *h. t.* plane enim ſimile eſt, ac idem propemodum factum Anthemii PP. Orientis, quod laudatur ab Impp. Honorio & Theodoſio in *d. l.* 4. cum ſpecie à Peckio hic propoſita. Neſcio autem quare Alciatus in hac *l.* 4. circa finem, ibi, *vel ex eo quod vocatur &c.* reponi velit

lege 4. colligi poteſt, quod ſi Imp. Ziriceanorum Reip. certum numerum ad ſpecies publicas transferendas Calend. Maii producere mandaſſet, deficientibus ſine culpa civium aliquot navibus, Zelandiæ Vicecomes vicinas civitates præſtitis pro mercedula ſalariis, ad ſupplendum ex ſuis navibus numerum, compellere poterit.

LEX V.

Imperatores HONOR. & THEOD. AA. ANTHEMIO P.P.

Qui fiſcales ſuſcepit deportandas, ſi recta navigatione contempta littora devia ſectatus, eas avertendo diſtraxerit, capitali pœna plectetur.

SVMMÆ RERVM.

1 *Nautæ per tempeſtatem in devia loca delati excuſantur*

2 *Nautæ per tempeſtatem in alium portum delati, non ſolvunt ibi vectigal,*

3 *Nautæ vendentes dolo merces Reipub. capite puniuntur.*

4 *Emptores doloſi eadem pœna qua vendentes nautæ puniuntur.*

5 *Nau-*

VINNIVS.

velit dictionem ἀλειτουργησίαν, quæ vox Suidæ immunitatem ſeu excuſationem à publicis muneribus ſignificet, & cui pene ſignificatu par ſit ἀτέλεια. Nam in omnibus, quæ quidem ego vidi, exemplaribus, legitur, *vel ex eo quod vocatur* φιλικόν, id eſt, *amicale*, quod detur amice. Et de tributorum immunitate jam dictum erat. adde Chriſtin *d. deciſ. 60. n. pen. & ult.*

(a) In-

5 *Nautæ dolo euntes per devia ut non ſolvant vectigalia puniantur.*

Si nauta qui ſtatuto tempore publicas merces vehendas 1
ſuſcepit, in devias regiones per tempeſtatem ſine ſua 2
culpa delatus, ſuo die Principum mandatis ſatisfacere non poteſt, in pœnam incidere non debet. cap. imputari. de reg.jur. in.6. *quæ tunc ſolum irrogari ſolet, cum culpa manifeſte deprehendi poteſt. Sic (inquit Martianus)* l. interdum. §. ſi. propter. ff. de public. *ſi propter neceſſitatem adverſæ tempeſtatis in loco prohibito expoſitum onus fuerit, non debere hoc commiſſum vindicari Divi fratres reſcripſerunt.* c. ſine culpa. d. t. *Quo loco communi ſententia receptum eſt, nautam qui neceſſitate tempeſtatis in devium portum defertur, ejus loci vectigalia ſolvere compellendum non eſſe. E contra vero, ut ſine culpa nemo puniri debet, ſic & delictum quoque impunitum remanere non poteſt.* l. ita vulneratus. ff. ad l. Anquil.
Igitur ſi nulla tempeſtate aliave probabili neceſſitate 3
compulſus devia littora ſectatus, publicas ſpecies, arma publica, frumentum, annonam ad exercitum deducendam, diſtraxerit: capitali pœna plectetur. Sed & emp- 4
tores quoque earum rerum doloſos eadem pœna manet, quod commercio rerum interdicto, emptor venditorque ſi utriuſque dolus probari poſſit, pari pœna communiter adſici debeant. text. & ibi Salyc. in l. penul. ſup. quæ res vendi non poſſunt. *Sane quamvis de deportatione capita-*

VINNIUS.

(*a*) Integrum hunc locum ex Peckio deſcripſit Chriſtinæus *vol.* 5. *deciſ.* 61. & ſecundum hæc etiam tam in ſupremo Mechlin. Senatu, quam in aliis tribunalibus ſæpe judicatum teſtatur *n.* 9. *de deciſ.*

(*b*) Quamvis caput in jure civili

pitalem hanc pœnam intelligant interpretes. Accur. Io. de Plat. & alii hic. *Ego tamen de mortis pœna ſi inferiores vilioreſque perſonæ ſint, intelligendam conſtitutionem exiſtimo.* l. penul. & ult. C. quæ res vendi non poſſ. *Honeſtiores enim ſtilum proſcriptionis, & amiſſionem omnium bonorum incurrunt.* l. ult. *Nihil me movet quod Accur. cæterique qui eum ſequuntur triplicem capitalem pœnam conſtituant, ex quibus in pœnis irrogandis, minima, alio non expreſſo, eligenda videtur:* l. interpretatione. ff. de pœnis. *Capitalis enim cauſa, de infamia, vel relegatione, non niſi improprie accipitur. At in inferendis pœnis etiam ſermonis proprietas maxime obſervatur:* l. cum lege. ff. de teſt. *Quod tunc maxime procedit, cum atrox eſt delictum, & ideo minimum ſequendum non eſt. An ne atrox eſt delictum, eſurientes militum fauces furto fraudari? An ne is in cauſa eſt, quod per milites inedia laborantes, ruſticis vitæ bonorumque amiſſio, matronis honeſtioribus abortus ex timore illato inferatur? Si Friderici Imperatoris conſtitutione,* de

VINNIVS.

civili alias vitam, alias libertatem, alias civitatem, alias familiam, alias exiſtimationem ſignificat. *l. licet.* 103. *ff. de verb. ſign.* tamen cum de pœnarum irrogatione agitur, capitis verbo vita tantum, & civitas ac libertas continetur: & delicta capitalia ea intelliguntur, ob quæ damnatus vel morte afficitur, vel de civitate tollitur ſervitute vel exilio. *l. 2. ff. de publ. judic.* Sed κατ' ἐξοχὴν etiam noſtri id ſolum capitale vocant, cujus non alia pœna, quam mors eſt. *l. 4. ff. de pœn. l. tranſigere. C. de tranſact.* Itaque facile hic aſſentior Peckio, navicularium, qui annonam urbis alio avertendo diſtraxit, ſummo affici ſupplicio, & id eſſe, quod hic dicitur, capitali pœna eum plecti, & in *l. pen. ſup. quæ res ven. non poſſ.* capitali pœna ſubdi. eodemque modo accipitur capitale ſupplicium, nimirum pro extremo, in *l. ult. ſup. d. tit.* ubi honeſtiores hujuſmodi rerum emptores proſcribun-

de pace tenen. & ejus violat. §. fin. *qui quinque ſolidos* c
valens aut plus furatus fuerit, laqueo ſuſpendi debeat:
quid, an iniquum ſit eodem argumento ejuſmodi nautas
ſupremum ſuſtinere ſupplicium? Idem in cæteris rebus
publicis locum habere debet. Nam ſi mortis pœnam ſu-
ſtineant qui privatis furtum fecerunt, quanto magis hi,
qui Rempub. decipiunt? Etenim in pœnarum impoſitio-
ne, aliter, id eſt, ſeverius (inquit Marcellus) in l. re-
ſpiciendum. inf. de pœnis. *ex iiſdem facinoribus puni-*
tur qui quicquam in dominum parentemve, in magiſtra-
tum quam in privatum auſus eſt. Denique ut capitis pœ-
na punitur qui in crimen hoc loco relatum incidit, ita & 5
ille qui fraudandi vectigalis ergo per devia tranſit, à ſo-
lutione ejuſdem minime liberatur. Quinimo & à pleriſ- d
que reſponſum eſt, res integras in commiſſum cecidiſſe.
hic &. in l. 3. C. de nautico fœno.

LEX

Vinnius.

ſcribuntur, viliores capitali ſupplicio afficiuntur. Græci non capite, ſed quadruplo ſcripſerunt propter Novellam Leonis 62. in Oriente receptam.

(c) Bona hæc illatio eſt, ſi tempora, quæ Fredericum ſecuta ſunt, conſideres, At ſi antecedentia; non recte ex eo, quod Fredericus quædam furta laqueo puniri voluit, inferas etiam eos, qui ſpecies fiſcales avertendo diſtrahunt, capite olim damnatos fuiſſe: Nam Romani nulla furta morte multarunt. Et Imperator Leo capitis pœnam, ut delicto graviorem, mutavit in pecuniariam quadrupli. *d. Nov. 62.*

(d) Iac. Rebuffus in *hac l. n. 4.* etiam hoc notat ex ſententia hujus reſcripti, eum, qui reperitur cum frumento aliisve ſpeciebus aut mercibus exportari vetitis, in aliqua via non recta, nec conſueta, in ſuſpicionem cadere, quod illa voluerit exportare. *add. præſid. Everh. con. 45. n. 4. & ſeqq. Tulden. ad. tit. C. quæ res export. n. 5. Chriſtin. vol. 3. deciſ. 64. n. 7. & 8.* & ibi citatos. De rebus, quæ exportari vel inferri non poſſunt, vide *d. tit C. & ibi DD. Franciſc. Zypæum in notit. jur.*

Belg.

LEX VI.

finalis.

IIDEM AA. FAVSTINO. P.P.

Iudices qui in partibus diœceſeos ſuæ onuſta navigia, cum proſperior flatus invitat, ſub prætextu hyemis immorari permiſerint, una cum municipibus & corporatis ejuſdem loci, fortunarum propriarum feriantur diſpendiis, naucleri præterea pœnam deportationis excipiant; ſi aliquid fraudis eos admiſiſſe fuerit revelatum.

SVMMÆ RERVM.

1 *Naucleri vento favente nullibi morari debent.*
2 *Deportatio quid ſit.*

1 *Ex hac lege notamus, quod ſi Regia Majeſtas naves*
2 *in Hiſpanias Angliamve publica onera transferentes miſiſſet, cum proſperior flatus invitat, nuſquam locorum*

VINNIUS.

Belg. ad eund. tit. Apud Athenienſes exportari vetita πᾶσα ἡ ναυπηγήσιμος ὕλη, ut abjes, pix, ſtuppa &c. & hæc uno nomine dicebantur ἀπόῤῥητα.

(*a*) Iubet conſtitutio, ne tranquillo cœlo & flante ſecundo vento, prætextu hiemis navicularii in portubus immorentur: & ut confiſcentur tam judices, quam municipes & corporati, qui id fieri permiſerint: navicularii autem deportentur. Corporatos vocat, veluti ſuarios, boarios, pecuarios & alios negotiatores, qui ſunt ex corpore

rum moram naucleris trahere licet. Quinimo ſi tempore ad navigandum idoneo, ſuſpenſa navigatione in portu ſtationibuſve Zelandiæ hærerent, judicum erit officium omnibus modis eos abigere, ſi pœnam hac conſtitutione comprehenſam, cupiant evitare. Quæ conſtitutio & ad eos Iudices appoſitiſſime referri poteſt, qui turpem accipiendo pecuniam, nefarios criminoſos neſcio quo prætextu in ditione ſibi ſubjecta, vagari permittant. Quod au- b *tem deportationis pœnam navicularis Imperator propo-* a *nat, rudioribus exponendum videtur. Dicitur igitur Deportatio, quaſi portatio de eo jure, quod quis in civitate habuit, ad exilium perpetuum, annotata illi provincia ubi ſemper manere eum oporteat.* vide §. pari ratione. Inſtit. quib. mod. jus. pat. poteſta. ſolvit. & ibi Cantiunc. & alios. *Quod ſi tamen pudore tacti, vel pœna acer-*

VINNIUS.

pore collegii aut civitatis. Hinc nonnulli colligunt ob delictum judicis interdum ipſos cives puniri poſſe, ut & repreſſalias concedi adverſus omnes ob denegatam à rectore loci juſtitiam. Sed. ut recte obſervavit Chriſtin. *vol. 5. deciſ. 60. n.* 60. municipes hoc loco & negotiatores non ob judicum puniuntur culpam, ſed ob ſuam ipſorum, eo quod πλωϊμίας ὥρας, ut Græci in hanc legem, cum cunctantes naviculariOs propellere debuerint, navigia onuſta in portu remanere paſſi ſunt.

(*b*) Vel dupondii nunc ſciunt, quid ſit deportatio, & quid inter relegationem & deportationem interſit: de quo etiam memini me ſcripſiſſe *ad l.* 4. §. 1. *ff. de incend. ruin. naufr. lit. B.* Quod ſubiicit Peckius, deportatos, qui pudore tacti &c. ad clementiam Principis confugiunt, dignos eſſe, qui in integrum indulgentia Principis reſtituantur, id non ita accipiendum eſt, quaſi Princeps ſemper bene faciat veniam his indulgendo: ſed quod ob id Princeps reprehendi non debet, quod deprecantibus & omnia meliora promittentibus interdum gratiam delicti faciat ex clementia.

acerbitate commoniti in viam redeant, certamque melioris vitæ frugem producant: ii profecto ad Principis clementiam confugientes, delicti veniam petentes, utque eis ignoſcatur orantes, non indigni videntur eſſe qui ex inſula iterum in urbem, ex apolidum numero, & inter cives recipiantur. Vetus enim regula eſt, quæ per manus traditur: Civilis ratio, civilia jura corrumpere poteſt. Ut igitur civilis ratio deportationis pœnam impoſuit, eam contraria civilis ratio tollere debet.

AD TIT. III. LIB XI. CODICIS

De navibus non excuſandis,

PETRI PECKII COMMENTARIUS

Cum Notis & Obſervationibus ARNOLDI VINNII.

SUMMÆ RERUM.

1 *Nemo excuſatur tempore neceſſitatis.*

2 *Fraus eorum qui per privilegiatas perſonas Principem decipiunt.*

3 *Præfectus civitatis ſi opus ſit, poteſt arreſtare equos & currus ruſticorum.*

4 *Nave ad exercitum miſſa amiſſa vel ruſticorum equis, an princeps reſtituat æſtimationem.*

Cum

Cum privatis navigia habere jura permittant: a
ita quoque fraudi locum eſſe non ſinunt. Unde 1
cum omnes in commune, ſi neceſſitas exegerit, conveniat utilitatibus publicis obedire, nulla navis ob neceſſitatem publicam excuſatur, & qui naves ſuas diverſorum nominibus & titulis ad evitationem publicæ neceſſitatis excuſare conantur, glaucomam (ut ille ait) ob oculos patiuntur ſed fiſco naves aſſociari debebunt. Neque Principum igitur, neque Ducum, neque Comitum naves premente neceſſitate à publicis oneribus immunes

V I N N I V S.

(*a*) Navigia privati habere non prohibentur, quibus vel in flumine publico vel in mari navigent, etiam ſine permiſſione Principis. *l. 1. ff. ut in flum. publ.* Cæterum neceſſitate exigente tranſvehendæ annonæ publicæ cauſa angariari poſſunt: & ſi quæ affixis potentiorum titulis ſe excuſaverunt, confiſcantur. *l. 1. hoc. tit.* De navibus veteranorum nominatim reſcriptum eſt, eas angariari poſſe. *l. pen. ff. de veteran.* Sententia autem *l. 2. C. hoc. tit.* hæc eſt, neque eccleſiarum, neque perſonarum in dignitate poſitarum naves ampliores duorum millium modiorum excuſari à tranſvectione annonæ publicæ; & publicari eas, quæ ab eo onere ſubductæ aliqua ratione fuerint. Denique reſcripta contra hanc conſtitutionem elicita nihil valere. Relata eſt eadem hæc conſtitutio in *l. 10. ſup. de SS. eccleſ.* Felicem embolam quid hic vocet Theodoſius, oſtendunt verba, quæ ſequuntur, *vel publicarum ſpecierum tranſvectionem:* ubi *vel* eſt ἑρμηνευτικόν. Itaque embola hic ſignificat publicarum ſpecierum & annonarum tranſvectionem, quæ quotannis ex Ægypto Conſtantinopolin deferebantur, ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλεσθαι ταῖς ναυσὶ τὸν σῖτον *Iuſt. edict. 13. c. 4.* τὸν εἰρημένον τῆς αἰσίας ἐμβολῆς σῖτον. Ab embola embolicæ ſpecies apud Vopiſc. Et igitur alia eſt functio navicularia, quam præſtant navicularii, vel qui prædia navicularia poſſident, de qua *tit. 1. & 2. ſup.* aliud onus τῆς ἐμβολῆς, quod ab omnibus exigitur, de quo *hoc. tit.* Nihil aut parum ad hujus loci explicationem faciunt, quæ adfert Alciat. hic.

munes ſunt. Porro ſi in ſuis ditionibus Cæſarea Majeſtas vel in iſtis, illuſtriſſimus Rex noſter Philippus, alicui ſpeciali privilegio immunitatem concederet, cui conceſſum eſt, aliis communicare non debet; & ſi qui ſint, qui ejus inſignia ſuis navibus ad evitandam profectionem affi-
2 *gant, pœna hac lege conſtituta puniuntur. Quo ſpectat frequens illa & quotidiana fere eorum deceptio, dolus & fraus, qui corruptis vili nummo privilegiatis, iiſque perſonam emptioni interponentibus, immunitate publica furtive utuntur. Studioſi vectigalia non ſolvunt, ab impoſitionibus immunes eſſe deberent. Quid igitur ſi ſuo nomine interpoſito, Laicis vina ſtudioſus procuret? Vinum ſine dudio fiſco applicari debet, & ſtudioſus quoque notabili correctione notandus eſt. Quid ſi his addamus nautas, quinque vaſa à ſtudioſis vehenda aſſumentes, & V. litera in X: mutata, totidem immunitatem deceptis publicanis ambientes? Caſus me hercule frequens eſt nimium, & qui ſevere admodum admotis etiam flagellis puniri deberet.*
3 *Plane & illud ex poſteriore hujus tituli capite colligitur, licere Rectori civitatis, plauſtra equoſque privatorum pro devehendo ad exercitum commeatu retinere: itemque licere judici capere à viatore aſinum, ſupra quem deridendum aliquem reum traducat.* Alc. ad l. Iubemus. C. de ſacroſ. eccle. nu. 1. *Sed & uſu moribuſ-*
b *que non minus quam Iure receptum eſt compellendos ruſticos ut damnatorum cadavera ad cruces rotaſque cæteraque pœnarum loca deducant. At quid ſi naves ad exercitum*

VINNIUS.

(*b*) Cæterum in his regionibus ad hoc fere utimur equis aut curribus civitatis: aut ſi aliorum, pro opera & uſu hujuſmodi merces ex publico ſolvitur, quod & Chriſtinæus notavit ad hunc *tit. deciſ.* 63. *n.* 8.

(*c*) Et

citum miſſæ diripiantur, quid ſi aurigæ rugæ ruſtici equos 4
amittant, an his tenebitur Princeps ſatisfacere? Et non teneri verius eſt, quum neque navem hoc caſu nauta locare cenſeatur, ſed obligationi ſibi à lege impoſitæ ſatisfacere. Quod ſi onus non villicum aut nautam, ſed univerſitatem reſpiciat: tunc æquum eſt per eam ſuccurri, quod c
& Alcia. poſt Lucam de Penna reſpondit.

Ad Tit. v. Lib. xi. Cod.

De Naufragiis.

PETRI PECKII COMMENTARIUS,

Cum Notis & Obſervationibus Arnoldi Vinnii.

LEX I.

Imp. Constantinus. A.

SI quando naufragio navis expulſa fuerit ad littus, vel ſi quando aliquam terram attigerit, ad dominos pertineat, fiſcus meus ſeſe non interponat. Quod enim

Vinnius.

(c) Et ita quoque ſæpe judicatum eſt. Nam *l. 2. hoc. tit.* ſic eſt intelligenda, quod licitum ſit angariare (*preſſen*) naves, currus, equos pro neceſſitate reipublicæ, cum competenti ſatisfactione, ut ait Iac. Rebuffus in *d. l. 2. n. 2. ſub fin. verſ. Item intellige hanc legem.* per *l. 6. alias 4. ſup. de navicul. l. ult. inf. de fabricenſ.* & ſic paſſim in hiſce belgii provinciis obſervari & factitari conſtat.

enim jus habet fiſcus in aliena calamitate, ut de re tam luctuoſa compendium ſectetur?

SVMMÆ RERVM.

1 *Imp. Traiani inſigne dictum de Fiſco.*
2 *Iuſtiniani dictum de locupletando Fiſco.*
3 *Fiſcus quam pœnam à raptoribus exigat.*

a *Quæ ad priorem primi iſtius capitis partem attinent, ſuperioribus titulis expoſuimus. Supereſt igitur ſolum, ut inquiramus an ejectis in littus, mercibus, aliquid juris fiſcus ſibi vendicare poſſet. Et reſponſum eſt*
1 *non poſſe, ne ex aliena calamitate lucrum quærat. Qua ratione optimus Imp. Trajanus dicere ſolebat, Fiſcum*
b *non debere eſſe veluti lienem, quod ſicut eo excreſcente, artus*

VINNIUS.

(*a*) Prima hæc conſtitutio, ut notant Contius, Gothofredus, Pacius, Salmaſius, in veteribus manuſcriptis non Conſtantino, ſed Antonino tribuitur, ac probabile eſt hanc eſſe Antonini conſtitutionem, quæ citatur ab Vlpiano *l. ult. ff. de incend. ruin. naufr.* Sed & Antonini eſſe & ſtilus oſtendit, & argumentum ejus rei probandæ non minimum eſt, quod in Codicem Theodoſianum non eſt relata ſub hoc eodem titulo *de naufrag.* quod ſine dubio factum eſſet, ſi Conſtantini foret. Liberabimus eam obiter mendo, quo laborare doctis videtur. Pro eo enim, quod vulgo legitur *vel ſi quando aliquam terram attigerit*, legendum; *vel ſi quando reliqua terram attigerint*, id eſt, τὰ λείψανα, partes navis diſſolutæ. quam lectionem mire juvat, quod teſte Salmaſio *lib. de mod. uſur. c. 5.* libri ſcripti habent, *vel ſi quando reliquam terram attigerint.*

(*b*) Imperatorem Trajanum Principem optimum dicere ſolitum memorant hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores, fiſcum eſſe lienem quod eo creſcente reliqui artus contabeſcant: ideoque vexa-

artus reliqui contabeſcerent, ita ex privatorum detrimento locupletaretur fiſcus. Sed & idem: Scio (*inquit* l. 1. de interdic. & relegat.) relegatorum bona avaritia ſuperiorum temporum fiſco vindicata, ſed aliud clementiæ meæ convenit, qui inter cætera quidem innocentia, ac ratione meorum temporum hoc quoque remiſi exemplum. *Hinc & Iuſtinianus:* Noſtrum (*inquit in* l. 1. §. ult ſup. de caduc. toll.) eſſe proprium 2
ſubjectorum exiſtimamus. *Non debet igitur ita ſe* C
inter-

V i n n i v s.

vexationes & compilationes provinciarum cohibuiſſe. Et veriſſime Plinius *Panegyr. ad Trajanum, fiſci cauſa,* inquit, *mala non eſt, niſi ſub bono Principe*: quam ob cauſam boni Principes fiſco in cauſis compendii favere non ſolent: qualis & M. Antoninus Philoſophus, teſte Iulio Capitolino in vita ejus, fuit. ut vel ob hoc credendum ſit, Antoninum eſſe hujus legis auctorem. Atque huc pertinet reſponſum Modeſtini in *l.* 10. *ff. de jur. fiſc. Non puto,* inquit, *delinquere eum, qui in dubiis quæſtionibus contra fiſcum reſponderit.*

(c) Leges, quæ bona naufragorum fiſco ſtatim & ſine dilatione addicunt, excuſari ab iniquitate nullo colore poſſunt: mera enim injuria eſt ſine ulla juſta cauſa ſuum cuiquam auferre. Bene ille apud Euripidem *in Helena*;

Ναυαγὸς ἥκω ξένος, ἀσύλητον γένος.

Et Dion Pruſæenſis *orat.* 7. de naufragio loquens; μὴ γὰρ εἴη ποτὲ ὦ Ζεῦ, λαβεῖν μηδὲ κερδαίνειν κέρδος τοιοῦτον ἀπὸ ἀνθρώπων δυστυχίας. *Abſitô Iupiter, ut lucrum captemus tale ex hominum infortunio. Crudelitatis genus eſt*, ait Caſſiodorus *lib.* 4. *var.* 7. *ultra naufragium velle deſævire, & illos ad diſpendia cogere quibus inopem vitam probantur immania elementa dediſſe.* Et graviter in præcipitem illam rerum ad litus ejectarum publicationem invehitur Bodinus *lib.* 1. *de rep.* c. 10. Quamobrem perſuadere mihi non poſſum ex lege Rhodia bona naufragorum ſtatim fiſco vindicata fuiſſe, ac demum hac Antonini conſtitutione ea parte legi Rhodiæ derogatum, cum hujus legis æquitas tantopere ab omnibus commendetur, & conſtet etiam ante

interponere fiſcus, ut ex luctuoſo naufragio merces in littus ejectas ſibi adſcribere poſſit. Cæterum colligere eas debebit, & dominis ſecundum legitimos juris tramites reſtituere. Quo caſu, an pro cuſtodia exigere quicquam liceat, ſuperioribus locis declaravimus ad d. l. ne quid. ff. eod. *Sed & eatenus interponere ſe ſolet, ut à raptoribus in quadruplum naufragis damnandis, triplum ex pœna exigere poſſit. Etenim quod alibi dicitur*, l. 3. ff. eo.

V I N N I U S.

te Antonini hoc reſcriptum bona hujuſmodi non ad publicanos pertinuiſſe, ſed dominis debuiſſe reſtitui & ex edicto prætoris *tot. tit. ff. de incend. rui. nauf.* & ex conſtitutione Do. Hadriani. *l. ne quis. 7. ff. eod. tit. fac. l. 2. in fin. l. 7. l. 8. ff. de leg. Rhod.* Proprius vero eſt, elapſo demum certo tempore, quod lege definitum erat bona naufragorum publicata fuiſſe: ſolis autem publicanis licuiſſe naufragia colligere: atque ob hanc operam & cuſtodiam jus habuiſſe partem aliquam, quæ & ipſa lege definita erat, ſibi retinere, etiamſi tempeſtive à dominis repeterentur. Antoninum autem hoc reſcripto permiſiſſe unicuique ſuum colligere naufragium. *l. ult. ff. de incend. ruin. nauf.* nec paſſum eſſe publicanos, ſe interponere & compendium quærere in re tam luctuoſa, ut eſt in textu hujus reſcripti. Forte etiam non obſtante lege Rhodia & aliis id genus legibus, multis adhuc in locis obtinebat mos parum humanus in fiſcum talia bona trahendi, νόμος τὰ ναυφράγια τῶν τελωνῶν εἶναι. de quo eſt apud Syrianum & Sopatrum ad Aphthonium, alioſque, quos citat Grot: *in ſparſ. flor.* ad hunc locum, & Selden *lib. 1. mar. clauſ. c. 25.* ut proinde non fruſtra hæc lex ab Antonino condita ſit. Sic hodie quoque multis in locis contemnitur hæc Antonini conſtitutio, & recentior illa Frederici *auth. navigia. ſup. de furt.* aliorumque Regum ac Principum circa hanc rem bonæ conſtitutiones: qua de re juſta quidem multorum querimonia eſt, ſed vana: fruſtra enim feruntur leges, niſi ſevere puniantur contemptores. Iunge, quæ nos ad *l. 8. lit D. & l. 9. lit. A. ff. de leg. Rhod.* ubi & de eo jure, quod hodie in hiſce provinciis obtinet.

(4) To-

eo tantundem & fiſco dari debebit, *ad triplum ſolum, re ſcilicet ex quadruplo ſubducta, referendum eſſe, Ioannes de Platea hic exiſtimavit.*

LEX II.

Imppp. Valentianus, Valens et Grat. AA. Ad Modestum P.P.

Si quis navicularius naufragium ſuſtinuiſſe adfirmat, provinciæ judicem, ejus videlicet in qua res agitur, adire feſtinet, ac probet apud eum teſtibus eventum, relatioque etiam ad ſublimiſſimam referatur præfecturam: ita ut intra anni ſpatium veritate revelata competens diſpoſitio procedat. Quod ſi per negligentiam præfinitum anni ſpatium fortaſſe claudatur, ſupervacuas ſeraſque interpellationes placuit non admitti.

SVMMÆ RERVM.

1 *Teſtes in cauſa naufragii recipiuntur lite non conteſtata.*

2 *Teſtes naufragio facto, ad quid hic examinentur.*

3 *Deciſio textus noſtri an ad omnes nautas pertineat.*

4 *Vulgus in Principem & ſuperiores malevolum.*

 Etſi

Etſi ſecundum communes juris regulas, lite cum adverſario non conteſtata, teſtium depoſitiones recipi non
1 *debeant*: cap. quoniam. ext ut lit. non conteſt. *excipitur tamen cum luctuoſum naufragium factum eſt. Etenim navicularius qui naufragium ſe feciſſe affirmat, judicem illius loci in quo naufragium factum eſſe dicetur, adire debet, teſtibuſque productis naufragium probare.*
2 *Ad quid obſecro? Scilicet, ut probato naufragio quod fortuito caſu, non ejus culpa* l. fi. ff. ad l. Rhodiam. & ibi dixi. *factum eſt, petentem merces dominum, innocuæ amiſſionis exceptione repelleret.* Bart. & alii hic. *Cæterum quomodo examinandi ſint teſtes hi, & qui adprobationem naufragii ſufficiant: ſequenti reſponſo explicabitur. Debet autem teſtes infra annum producere nauta:*
a *nam ſi per negligentiam præfinitum anni ſpatium effluxerit, amplius admitti non poteſt. Sed cum exceptiones defenſioneſque communiter perpetuæ ſint.* l. pure. in fi. ff. de doli mali excep. l. licet. ſup. de exceptio. *cur nautæ defenſio in anguſtum angulum recta, annali probatione*

VINNIUS.

(*a*) Totum hunc locum verbis Peckii deſcripſit, & in *deciſ. 65. vol. 5.* tranſtulit Chriſtinæus. *adde p. 2. Cur. Phil. lib. 3. c. damnos. 12. verſ. 32. Gomeſ. 3. reſol. c. 12. n. 21.* Videtur autem quod in textu hujus *l. 2.* dicitur navicularium, qui publicas ſpecies exportat, intra annum probare debere naufragium, quod allegat, pugnare cum *l. pen. inf. eod.* quæ biennium præſcribit. Cæterum ſolutio ſumenda eſt ex *l. 2. C. Theod. eod.* quæ pro locorum intervallo annum aut biennium ſtatuendum eſſe declarat. *Cuiac de diverſ. & temp. præſcr. c. de anno.* Mallem tamen cum Bartolo reſpondere dari in hac *l. 2.* annum parti ad conquerendum; at in *d. l. pen.* biennium dari iudici ad terminandum. Sed & illa diſtinctio intervalli locorum, de qua in *d. l. 2. C. Theod. hoc. tit.* ad tempus querimoniæ nautarum pertinet, non ad cauſæ terminationem.

(*b*) Adde

ne concluditur? *Exiſtimat* Ioan. de Plat. hic. nu. 2. 3
*deciſionem textus noſtri non ad omnes nautas, ſed eos ſo-
lum qui publicas ſpecies ſuſcipiunt, pertinere: quod im-
probabile omnino non eſt, nimirum quod major ſtrictiorque
probationis exactio in publica cauſa requiratur, quæ ab
impuriſſimis hominibus ſemper erga Principem ſupe-
rioreſque ſuos querulis, negligentius peragitur, ut major* 4
*idcirco facti naufragii ſuſpicio ſumi de his poſſit, quod-
que vendita cum rebus publicis nave, neſcio quale nau-
fragium proponant. In cæteris vero nautis non vide-
tur defenſionis auxilium conſtringi debere, niſi & ipſi
ob merces ſuas in littus ejectas & raptas, ad quadru-
plum, intra annum agere velint. Quæ in re & illud* b
*quoque ſpeciali jure recipitur, quod non citata parte ad
teſtium examen procedi poſſit*, contra l. de unoquo-
que ff. de re judi. *& teſtimonia ſummarie hoc in loco
recepta, in ordinario judicio fidem habebunt. Porro quod
dixi-*

VINNIVS.

(*b*) Adde *Bart. hic. Hippolit. ſingular.* 24. *n.* 21. *Felin. in c.* 2. *n.* 10. *x. de teſtib. Gail.* 1. *obſ.* 18. *in fin.* Idque etiam obtinere in omni alio adverſo caſu, qui accidit in remotioribus locis, cenſent *Ioan. Platea hic Felin. Panorm. & alii in d. c.* 2. Atque ita judicatum refert Rota Genuenſ. *deciſ.* 36. *n.* 12. *& deciſ.* 56. *n.* 2.

(*c*) Non capio quid ſit illud, quod hîc dicit Peckius, in nautis publica onera non tranſvehentibus difficultatem probationis extendendam non eſſe; Puto autem hoc eum velle, in nautis non tranſportantibus ſpecies publicas defenſionis auxilium intra annum conſtringi non debere; nimirum illud idem, quod paulo ante ex ſententia Ioan. de Platea retulerat: quæ & communis eſt. *Iac. Rebuff. ad hunc locum n.* 1. *&* 2. *Chriſtin. ubi ſup. n.* 5. *&*. 6. In ſecunda editione horum commentariorum Peckii ſubjecta eſt huic loco additio quædam, neſcio à quo, in hæc verba. *Duo hîc ſunt notanda.* 1. *quod hæc teſtimonia in loco naufragii de caſu adverſo recepta, poſtea coram judice competente fidem faciant, tametſi pars, de cujas præjudicio agitur, non fuerit*

diximus, in cæteris nautis publica onera non tranſvehentibus probationis difficultatem extendendam non eſſe : ita intellige, ut tutius ſit tamen in loco naufragii facti (ſi fieri d *poſſit) de infortunio documentum accipere.*

LEX III.

Imppp. GRATIAN. VALENTIN. ET THEOD. AAA. NAVICULARIIS AFRICÆ SAL.

Quoties obruta vel ſubmerſa fluctibus navi examen adhibetur competentis judicis, duorum vel trium nautarum quæſtione habita cæteri ab hujuſmodi nexu liberentur. Quid eſt enim, quod non abunde intra præfinitum numerum ſolers quæſitor inveniat ? Circa magiſtros

VINNIUS.

rit citata. arg. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſ. tut. Ioan. de Platea hîc. Capell. Tholoſan. deciſ. 448. 2. *Quod denunciatio naufragii facienda ſit intra annum : hinc enim Bart. hoc loco concludit, quod mercator, qui pecuniam ad damnum & lucrum accepit, ſi patiatur damnum per caſum fortuitum, debet illud intra annum nunciare, alioqui poſt annum non audietur. Rebuff. de mercator. art. ult. gloſſ un. num.* 19. *Strach. de cont. act. mercator. num.* 9. *Legibus noſtris ſi in negotio aſſecurationis caſuale damnum in Europæ vel Barbariæ finibus contigerit, ejus nomine actio inſtitui debet intra ſeſquiannum ; ſin extra fines prædictos intra triennium. Edict.* 20. *Januar.* 1570. *art.* 24. & 26. *Amſterodam. ſtatut. de aſſecur. ult. Ian.* 1598. *art.* 12. & 13.

(*d*) Idem tradit. *Bart. hic. & Iac. Rebuff. n.* 3. *Benvenut. Stracch. tractat. de naut. p.* 2. *n.* 6. & 7. & alii ibidem allegati. *Chriſtin. vol.* 5. *deciſ.* 61. *n.* 10.

(*a*) Eſt

giſtros navium, quibus eſt ſcientia plenior, immoretur, qui ſi fatali ſorte defuerint, in alios inquiſitio transferatur. Sane ſi univerſos violentia tempeſtatis obruerit, ne veritas lateat, à liberis nautarum ſive magiſtrorum intra judicia conſtitutis, ſuper eorum quæratur interitu, quos navicularius naufragio periiſſe contendit. Suſceptionis autem neceſſitas ex Calendis Aprilis in diem Calendarum Octobris manſura ſervabitur.

SVMMÆ RERVM.

1 *Teſtes illi ſunt potiores, qui melius rei veritatem ſcire poßunt.*
2 *Mors naufragorum quomodo probetur.*
3 *Navigatio quo tempore fieri debeat.*
4 *Navigatio hyemali tempore valde periculoſa.*

In decidendis litium controverſiis eorum potiſſimum teſtimonia recipere judicem æquiſſimum eſt, c. 4. q. 3. §. ſi teſtes, *in quorum notitiam id de quo quæritur, facilius cadere potuit. Igitur, cum naufragii originem, rerum* 1 *ſuſceptarum qualitatem, & ſi quæ ſint ſimilia, nemo melius ſcire potuit quam nauta qui vehendas ſuſcepit: ejus potiſſimum ea de re teſtimonium valet, ſi ſuper amißarum rerum qualitate controverſia exorta fuerit. Sed & in his magiſtrorum prævalet teſtimonium, quibus cum contractum inire ſolent, qui in longinquas regiones merces abducere conantur. Plane ſi univerſis tempeſtatis violentia obrutis, veritas exactiſſime haberi non poſſit: ad-*

a *miſſis ad teſtificandum iis, quos communiter à jure repulſos videmus*, l. parentibus. C. de teſtib. *aliqualis probatio etiam ab ipſius demerſi nautæ liberis accipi poterit. Quid enim ſi & hi, quod communiter fieri ſolet, inferri in navem merces viderint? Et hæc quidem omnia ex communi ſententia recepta ſunt, & uniformi Iuriſperitorum calculo comprobata:* Bart. Lucæ de Penna. Ioan. de Plat. Angeli & aliorum hic. *ſed ego an ex hoc tex. colligi poſſint, dubius mecum ſubinde cogitavi. Cur ita? Nimirum quod non de qualitate ſubmerſarum mercium, ſed de humanis exitiis naufragio comprobandis, Divorum Impp. conſtitutio ex poſteriori parte intelligenda videa-* b *tur. Ait enim,* Super eorum quæratur interitu. *Quæ verba quam improbabiliter quamque miſere à veteribus illis conſultis, imo ab omnibus quos hactenus vidi commentatoribus, ad merces ſubmerſas referuntur; diligens lector facile perſpexerit. Qua ratione & ſi quæ dicta ſunt,*

VINNIVS.

(*a*) Eſt tamen hoc reſtringendum ad ea, quæ in navi geſta ſunt, probanda, & admittendum duntaxat in ſubſidium, cum nulla alia ſe offert probandi facultas aut occaſio: non autem ſi plures alii vectores, viri honeſti, in eadem navi fuerint, aut à compluribus naufragium in litore ſpectatum. Quid enim ſi hi teſtentur mera ipſius navicularii culpa devia litora ſequentis &c. navem periiſſe? Sane hoc caſu nautæ in cauſa domini audiri non debent. *arg. l. conſenſu §. pen. C. de repud. Leonin. conſ. 17. n. 5. & 6. Straccb. tract. de naut. §. item quæritur an nauta poſſit eſſe teſtis.* & ibi citati.

(*b*) Locus hic non aliter accipi poteſt, quam eum accepit Peckius, cujus ſententiam & Chriſtinæus ſequitur deciſione ſæpius citata; Cujacius quoque nautis, inquit, magiſtriſque deficientibus, & omnibus naufragio peremptis, inquiſitio tranſit ad alios, puta ad nautarum magiſtrorumq; liberos, ut ii de parentum interitu quid habeant, exponant: atque nauclerus naufragium judicibus probat.

(*c*) Heſio-

ſunt de probanda mercium qualitate ſine controverſia admittenda dicamus : de eorum tamen interitu probando, qui obruta ſeu ſubmerſa fluctibus nave, interiiſſe dicuntur, præſentem conſtitutionem probabilius interpretandam exiſtimo. Cur igitur dicitur. Circa magiſtros navium plenius immoretur? *Eam ejus rei rationem arbitror, quod hi eorum quos vehendos ſuſcipiunt, potiorem notitiam habuiſſe cenſeantur. Quod ſi & ipſos violentia maris exhauſerit, ut nec à cæteris vectoribus probatio ſperetur : à liberis nautarum intra judicia conſtitutis, documenta qualiacunque deſumi poterunt. Etenim cum hi parentibus navem parantibus communiter adeße ſoleant: notitiam eorum qui navem ingreſſi ſunt, non difficili negotio habere præſumuntur. Sed & ſi de nautarum ipſorumque magiſtrorum interitu diſceptatio oriatur: omnibus qui naufragio adfuerunt fluctibus oppreſſis, ab eorundem liberis accipi inquiſitio poterit, quibus parentum interitus, domum ſtatuto tempore & conſueto minime redeuntium, manifeſtior eſſe præſumi poterit.*

Suſceptionis. *Recte ajunt Divi Principes, navigationis onus à Calendis Aprilis in diem Calendarum Octobris ſuſcipiendum eſſe. Vegetius vero de menſibus loquens, quibus tutius navigatur, Ex die, inquit,* lib. 4. *tertio Iduum Novembris uſque ad diem ſextum Iduum Martij maria clauduntur. Cæterum hæc tempora uſque adeo multum non differunt, & utriuſque ratio facillime conſideratur, quod nimirum temporibus à conſultis navigationi remiſſis, lux minima noxque prolixa, nubium denſitas aëris obſcuritas, ventorum, imbrium, vel nivium geminata ſævitia, non ſolum claßes à pelago, ſed etiam commeantes à terreſtri itinere deturbat.* vide Budæum ad l. utique. ſup. de rei vendicat. *Qua ratione prudentiſſime quo*

4 *que ab iiſdem Divis Romanorum Principibus reſponſum eſt, navigationem tempore hyemis ſæpe periculoſam,*
c *ſemper vero incertam eſſe in* l. civitas Rhodiorum. ſup. de offi. Rector. Provinc. *Qui igitur temerarie extra ordinem temporum, mari ſe credit, is (ut Euripides dixiſſe fertur) aut inſanit, aut mendicus eſt, aut mori cupit. Ex his tribus non fieri poteſt, quin unum ſaltem verum ſit. Porro quod ſuſceptionis onus & neceſſitas, præſcripto tempore terminetur: urgente cauſa publica, exceptionem habet. Etenim cum proſperior flatus invitat, ſub prætextu hyemis, naves publicas ſpecies transferentes, nullo in loco latere permittuntur.* l. fi. ſup. de navicular.

LEX IV.

Ex hoc reſponſo notamus, quod ſi ſubditi certam quantitem mercium Principi mittere debeant, miſſaque

VINNIUS.

(*c*) Heſiodus quoque ἔργ. καὶ ἡμέρ. poſt Vergiliarum occaſum, id eſt, poſt adventum autumni, navigare vetat, propterea quod eo tempore mare tempeſtatibus maxime concitari incipit: jubetque naves tantiſper è mari in littus ſubduci, ſaxiſque contra vim ventorum undique communiri uſque ad ejuſdem ſideris ortum, id eſt, uſque dum redeat tempus ad navigandum idoneum, ſeu donec ver adveniat, cujus adventu ſolent ſubductæ naves phalangis in mare retrahi. Horatius *lib.* 1. *carm. od.* 4.

Solvitur acris hyems grata vice veris, & Favoni;
Trahuntque ſiccas machina carinas

Bart. *n.* 7. *hîc* notat, legem hanc tertiam de conſuetudine, quod ad tempus navigandi attinet, non obſervari: idemque & alii teſtantur, eſtq; ea res ſatis nota. *Stracch. de naut. navib. p.* 2. *n.* 1. Solent Amſtelodami hiberno tempore, cum jam Boreale præſertim mare tempeſtatibus perpetuis horrere incipit, haud paucæ naves, quæ pelagus illud navigant, in portum ſubduci, ac certo loco, quem Walam vocant, intra palorum ſeptum concluſæ ad proximum uſque ver ſervari.

(*a*) Et

ſæque naufragio facto interierint, ſi culpa ipſis imputari a non poſſit, ad alias merces minime tenentur.

LEX V.

Impp. HONORIVS ET THEODOS. AA. NAVICULARIIS PER AFRICAM.

De ſubmerſis navibus decernimus, ut levato velo iſtæ cauſæ cognoſcantur, & ſi quiſquam de talibus negociis aliquid accepiſſe detegitur: judex apud quem conſtiterit, his conquerentibus, qui nudantur, pro qualitatibus perſonarum mulctandi, removendi, proſcribendique habeat proteſtatem. Si vero cauſarum talium cognitores à libelli datione, vel plenaria interpellatione commoniti, intra biennium has cauſas audire neglexerint. & hoc fuerit tempus elapſum: præjudicium noceat eatenus cognitori, ut naviculario propter vitium Iudicis abſoluto, mediam oneris ejus partem, propter cujus probandam amiſſionem legitimo duntaxat tempore

VINNIVS.

(*a*) Et ſecundum hanc ſententiam, nempe periculum naufragii fiſcum ſolum agnoſcere, non poſſeſſores, qui ſemel ſuo munere functi ſunt annona collata & in navem impoſita, judicatum fuiſſe tum à ſupremo Senatu Mechlinienſi, cum à Brabantico teſtatur *Chriſtin. deciſ.* 66. *n.* 2. Sin autem culpa nautarum naufragium factum ſit, ipſi tenentur, ut tradit *Iac. Rebuff. hîc.* junge *l.* 4. & *l.* 5. *C. Theodoſ. hoc tit.*

pore cognitio petebatur, judex cogatur inferre, reſiduam vero officium ejus exſolvat.

SVMMÆ RERVM.

1 *Velo levato procedere quid ſit.*
2 *Ratio iſtius reſponſi.*
3 *Criminales cauſæ biennio terminari debent.*
4 *Iudex negligens punitur.*

a 1 VElo levato. *Indicant Divi Principes cauſas ex naufragio exortas, ſummarie, breviter, & imperfecta deductione, ſi opus ſit, examinandas eſſe, ut nec ad pleniſſimas judiciorum formulas recurrere oporteat, ſed ſuccincte de plano, ſine ſtrepitu judiciorum & ſolenni figura.* Vide Bar. in conſtit. ad reprimendum quo-

VINNIUS.

(*a*) Tria hac lege cauta ſunt. Primum eſt, ut de naufragio levato velo cognoſcatur. *velo levato*, id eſt, *aperta fore*: pro quo Lampridius in Alexand. dixit. *patente velo.* Solebant enim foribus ædium prætendi vela. *Sueton. in Claud. prorepſit ad ſolarium proximum, interque prætenta vela ſe abdidit. Auguſt confeſſ.* 1. *vela pendent in liminibus grammaticarum ſcholarum. Plaut. Querelo: Iſti ſunt, qui in fanis & ſacellis obſervant vela. vide & Plin. lib.* 7. *Epiſt. ad Cornutum. Sueton. in Calig. c.* 26. *Lamprid. in Heliogab.* Significant autem ſimul Impp. de cauſis naufragii breviter & ſummariè, ac citra ſolitum indiciorum ordinem cognoſcendum eſſe. ut *Peck. hic Welwod. in ſuo abridgement. c.* 5. Secundum, ut judex eos coerceat, qui ex naufragio aliquid diripuerint, pro qualitate & conditione perſonarum; nempe ut ſeverius & gravius puniantur ſervi, quam liberi, tenuiores & ſordidiores, quam cæteri, ſecundum conſtitutionem D. Antonini, relatam à Paulo in *l.* 4. §. 1. *ff. de incend. ruin. nauf.* ubi plura dicuntur. Tertium eſt, ut quæſtio de naufragio intra biennium finiatur: quod ſi per judicem ſteterit, quo minus finem intra biennium accipiat, ut à naviculario periculum transferatur ad judicem & officium ejus ex æquis partibus. Itaque hîc & termi-

quomo. in læſæ Maie. crimi. *An ne enim inhumanum eſt, calamitoſos naufragos & fortunis fere omnibus exutos nudos, & in alienam regionem ejectos, judiciorum anfractibus moleſtari? Quis non litigandi moleſtiam pertæſos, juſtam judicii ſuſcepti rationem neglecturos arbitrabitur?* arg. l. illum ff. de petit. hæredit. *Qua ratione recte mihi ſentire videtur, qui libellum his caſibus minime requirunt,* Bar. Lucas, Ioannes, & alii hic. *ſed nudam facti relationem, nudamque Iudicis implorationem ſufficere arbitrantur. Quinimo cum & miſerabilium ſit perſonarum cauſis naufragii adnumeranda, feſtivis etiam diebus & ſolennibus examinari poterit.* Clement. ſæpe. de verb. ſignific. *Quod igitur inferius ſequitur* libelli datione &c. *non eo pertinet, quod neceſſaria ſit libelli oblatio: ſed quod volente accuſatore minime reiiciatur. Etenim licitum eſt unicuique juri pro ſe introducto renunciare.* l. penul. C. de pact.

Pro qualitate perſonarum *Quæ ad hunc locum pertinent, non difficili negotio ex iis quæ alio in loco à me expoſita ſunt, petentur. Nos actum (ut in proverbio eſt) agere nolumus.* Intra

V I N N I V S.

terminus huic inſtantiæ ſtatuitur, & judici pœna imponitur, ut ait *Bartol. hîc.*

(*b*) Ita etiam Chriſtin. *ubi ſup. n.* 16. *& ſeq.* & conveniunt verba hujus conſtitutionis, *ſi vero cauſarum talium cognitores libelli datione vel planaria interpellatione, commoniti, intra biennium has cauſas audire neglexerint* &c. hoc eſt, ſi per libellum, vel de plano nudis verbis interpellati intra biennium non cognoverint: Nempe, ut doctis dudum placuit, non *plenaria interpellatione*, ſed *planaria* legendum eſt, ut & in *l.* 4. *ſup. de dilat.* atque ita etiam in veteribus codicibus legi Petrus Baudoza in notis ad Accurſium teſtatur. Quidam autem putant id in caſu propoſito ſpeciale eſſe: alij abrogatum per *auth. offeratur. ſup. de lit. conteſt. vide Gloſſ. Cyn. Bart. hic.*

Intra biennium. *Si non ſummarie & levato velo, ſed*
libello exhibito, liteque cum adverſario rite conteſtata,
judicium ſuſcipiatur: intra biennium finem accipere de-
3 *bet. & Divus Antoninus*: l. fin. C. ut intra cert. temp.
crim. quæſtio termi. criminales cauſas *inquit* omni-
modo intra duos annos à conteſtatione litis connu-
merandos finiri cenſemus. *Porro ſi civiliter: infra an-*
num quidem ad quadruplum agendo inchoari judicium
debet, ſed in triennium extendi poſſe, à pleriſque hoc in
loco, & communi fere calculo exiſtimatum invenio. l.
4 properandum. ſup. de judic. *Sane ſi admonentibus liti-*
gatoribus, ipſi Iudices litis introductionem vel examina-
tionem diſtulerint: & propter vitium Iudicum navicu-
larius à domino mercium de caſu naufragii ob culpam
præcedentem accuſatus, abſolutus fuerit, pœnam diva-
c *li hac conſtitutione conprehenſam ſuſtinebunt. Quod &*
in cæteris de rapina accuſatis locum habere exiſtimo.
Plura me hercule, hoc loco tractari poße ſcio, ſed noſtri
inſtituti non eſt omnia, quæ ab antiquis dicta ſunt &
diſputata operoſis commentationibus repetere. Ego hæc
ſecundum gratiam mihi à Domino datam tradidi vobis,
& quantum fuit facultatis noſtræ, in lucem protulimus,
adjuvante qui in ſecula eſt benedictus Chriſto Ieſu Do-
mino noſtro, cum quo eſt Deo Patri, & Spiritui Sancto
honor, gloria & poteſtas, per immortalia ſæcula, amen.

VINNIUS.

(c) Et ſic cum Peckio etiam cenſuiſſe ſenatum Mechlinienſem memorat Chriſtinæus *ubi ſup. n. 22. & 23.* juxta Boërii *deciſ.* 56. In qua tamen deciſione nihil reperio, quod ad hanc rem pertineat. Porro quod ajunt Impp. *naviculario propter vitium judicis abſoluto* &c. propter vitium judicis abſoluto, id eſt, præſcriptione biennii liberato. quod ſi intellexiſſent Accurſ. Cyn. Bart. non quæſiviſſent, quomodo ipſe, qui petit, poſſit à judice abſolvi.

ΝΌΜΟΣ
ῬΟΔΊΩΝ ΝΑΥΤΙΚῸΣ,

ὃν ἐθέσπισαν οἱ θειότατοι αὐτοκράτορες,
Τιβέριος, Ἀδριανὸς, Ἀντωνῖνος, Περτίναξ,
Λούκιος Σεπτίμιος Σεβῆρος,
ἀεισέβαστοι.

καὶ

ΝΌΜΟΣ
ῬΟΔΊΩΝ ΝΑΥΤΙΚῸΣ

κατ' ἐκλογὴν ἐκ τοῦ ια βιβλίου τῶν
Διγέστων.

LEGES
NAVALES RHODIORUM,

quas Imperatores Sacratiſſimi
Tiberius, Hadrianus, Antoninus, Pertinax,
Lucius Septimius Severus, perpp.
Augg. ſanciverunt.

Item

Jus
NAVALE RHODIORUM

Ex Digeſtorum undecimo libro
Excerptum.

ΝΟΜΟΣ ῬΟΔΙΩΝ ΝΑΥΤΙΚΟΣ, ὃν ἐθέσπισαν οἱ θειότατοι αὐτοκράτορες, Τιβέριος, Ἀδριανὸς, Ἀντωνῖνος, Περτίναξ, Λούκιος Σεπτίμιος Σεβῆρος, ἀεισέβαστοι.

Τιβέριος Καῖσαρ σεβαστὸς, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας (a) τριακοστῷ δευτέρῳ. Ἐντυχόντων μοι τῶν ναυτῶν, τῶν ναυκλήρων, καὶ τῶν ἐμπόρων, ἵνα τὰ ἐν θαλάσσῃ συμβαίνοντα εἰς συμβολὴν ἔρχωνται), ἀποκριθεὶς ὁ Νέρων εἶπε· Μέγιστε, σοφώτατε, καὶ φαιδρότατε Τιβέριε Καῖσαρ, τὰ ὑπὸ τοῦ σοῦ μεγέθους καθιστάμενα ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι ἐνδείξασθαι οὐδέν. παραπέμψης ἀκριβῶς ἐν Ῥόδῳ ἐπιζητήσας καὶ ἀναθέμενος τὰς πράξεις τῶν ἐμπλεόντων ναυκλήρων, καὶ ἐμπόρων, καὶ ἐπιβατῶν, καὶ ἐνθηκῶν, καὶ κοινωνιῶν, καὶ πλοίων ἀγοράσεων καὶ πράσεων, καὶ ναυπηγικῶν ἐργασιῶν, παραθηκῶν τε χρυσίων καὶ ἀργυρίων, καὶ εἰδῶν διαφόρων.

Ταῦτα πάντα ψηφοθεματίσας Τιβέριος, καὶ σφραγίσας, παρέδωκεν Ἀντωνίνῳ φαιδροτάτῳ ὑπάτῳ, καὶ ὑπατικοῖς τούτων προσαγορεύουσιν ἐν τῇ πανευδαίμονι καὶ (b) κορυφαίᾳ τῶν πόλεων Ῥώμῃ ἐπὶ ὑπάτων Λαύρου καὶ Ἀγριππίνου φαιδροτάτων. οὗτοι προσήνεγκαν καὶ μεγίστῳ αὐτοκράτορι Οὐεσπα-

(a) *Scribendum ſimpliciter.* λβ'.
(b) κορυφῇ.

* JUS NAVALE RHODIORUM, QUOD IMPERATORES Sacratiſſimi, Tiberius, Hadrianus, Antoninus, Pertinax, Lucius Septimius Severus, Perp. Augggggg. Sanciverunt.

Tiberius Cæſar Auguſtus, Pontifex maximus, Tribuniciæ poteſtatis tricies bis. Quum me interpellaſſent nautæ, naucleri, mercatores, ut quæcumque in mari accidunt, in contributionem veniant; Nero reſpondens, dixit: Maxime, ſapientiſſime, ſereniſſime Tiberi Cæſar, equidem minime neceſſarium arbitror, ut quæ a majeſtate tua proponuntur, ipſe collaudem. Rhodum mittito, diligenter inquirens negotia navigantium exercitorum, & mercatorum, & vectorum, & de oneribus ſive mercibus navali bus, & ſocietatibus, & navigiorũ emtionibus ac venditionibus, & naupegorum mercedibus, & de auri, argenti, diverſarum ſpecierum depoſitionibus.

Hæc omnia quum Tiberius decreto complexus eſſet, & ſubſignaſſet, tradidit Antonino, clariſſimo conſuli, & aliis conſularibus, qui eum conſulebant in illa felici & urbium vertice Roma, Lauro & Agrippino conſulibus clariſſimis. Ab iiſdem hominibus hæc etiam maximo

* *Ex Franc. Pithœi bibliotheca.*

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΑ ΤΟΥ ΝΑΥΤΙΚΟΥ νόμου.

α Περὶ ναυκλήρου μισθοῦ.

β Περὶ κυβερνήτου μισθοῦ.

γ Περὶ πρῳρέως μισθοῦ.

δ Περὶ ναυπηγοῦ μισθοῦ.

ε Περὶ καραβίτου μισθοῦ.

ς' Περὶ ναυτῶν μισθοῦ.

ζ Περὶ (d) παραχαρίτου μισθοῦ.

η Περὶ ἐμπόρου.

θ Περὶ ἐπιβατῶν.

ι Περὶ ἐπιβάτου, τὸ ἰχθὺν μὴ τηγανίζειν ἐν πλοίῳ.

ια Περὶ ἐπιβάτου, μὴ σχίζειν ἐν πλοίῳ ξύλα.

ιβ Περὶ ἐπιβάτου, ἐν πλοίῳ μέτρῳ λαμβάνειν ὕδωρ.

ιγ Περὶ γυναικὸς ἐν πλοίῳ.

ιδ Περὶ ἐπιβάτου παρακαταθήκης.

ιε Περὶ ὅρκου ἀπαραιτήτου.

ις Περὶ τιμῆς πλοίου Ῥοδίου.

ιζ Περὶ δανείου ἐπὶ γῆς καὶ θαλάσσης.

ιη Περὶ ἐπιβατῶν, ἐμπόρων.

ιθ Περὶ ναυκλήρων καὶ ναυτῶν.

ΝΑΥΤΙΚΟ'Σ ΝΟ'ΜΟΣ.

α Ναυκλήρου μισθὸς, μέρη δύο.

CAPITA JURIS NAVALIS.

1 De mercede exercitoris.

2 De mercede illius, qui clavum tenet.

3 De mercede poretæ.

4 De mercede naupegi.

5 De mercede * carabitæ.

6 De mercede nautarum.

7 De mercede † pareſcharitæ.

8 De mercatore.

9 De vectoribus.

10 De vectore, ne in navi piſcem in ſartagine frigat.

11 De Vectore, ne in navi ligna findat.

12 De vectore, ut aquam in navi ad menſuram accipiat.

13 De muliere, quæ eſt in navi,

14 De vectoris depoſito.

15 De jurejurando irrecuſabili.

16 De æſtimatione navis Rhodiæ.

17 De fœnore tam in terra, quam trajecticio.

18 De vectoribus, qui mercatores ſunt.

19 De exercitoribus, & nautis

JUS NAVALE.

1 ‡ Merces (*b*) exercitoris. portiones duæ.

Rhodiam de jactu, ubi vox τῶν δημοσίων. hactenus à nonnullis de ſervis publicis intellecta, haud dubiè rectius de publicanis accipietur. Nam inter cæteras de naufragis leges & hæc olim fuit, *Naufragia ad publicanos pertinento*: ut id cernere eſt apud *Hermogenem* & *Fortunatianum* rhetores, & ejus veſtigium quaſi extat in *Cod. Theodoſ. libro. 8. tit. de naufragiis.*

(*b*) Exercitoris, ſeu navicularii, vel naviculatores, (eâdem

(d) Reſtituo παρεσχαρίτου

* *qui carabo, id eſt, lintri præeſt.* † *hunc dici puto, qui foco præeſt. vel adeſt, quales & in jure furnarii. vel (ut aliis ſala placet) fornacarii.* ‡ *hoc eſt ſaberium.*

β Κυβερνήτου μισθὸς, μέρος ἓν ἥμισυ.

γ Πρωρέως μισθὸς, μέρος ἓν ἥμισυ.

δ Ναυπηγοῦ μισθὸς, μέρος ἓν ἥμισυ.

ε Καραβίτου μισθὸς, μέρος (e) ἓν ἥμισυ.

ς Ναύτου μισθὸς, μέρος ἕν.

2 Merces ejus qui clavum tenet (*c*) portio una, cum ſemiſſe.

3 Merces proretæ, (*d*) portio una, cum ſemiſſe.

4 (*e*) Naupegi merces; una portio, cum ſemiſſe.

5 (*f*) Carabitæ merces, portio una.

6 (*g*) Nautæ merces, portio una.

ζ

enim hæc ferè ſunt ſignificatione) dicuntur, qui navem gubernant, vel qui meritorias naves habent, quique navium ſunt domini. Meminit Jureconſ. *in l. ſemper* 5. § 9 *ff de jure immun.* & *l.* 1. *C. de naviculariis*

(*c*) Κυβερνήτης, latinè gubernator, is dicitur, qui puppi vel poſteriori navis parti præeſt quæ Græcis πρύμνη dicitur, ut apud *Plautum* in *Rudente:*

Si tu proreta iſti navi es, ego gubernator ero.

Et apud *Ciceronem in Catone: Similes ſunt* (inquit) *ut ſi qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant, cum alii malos ſcandant, alii per foros curſitent, alii ſentinam exhauriant, ille autem clavum tenens ſedeat in puppi.* Ab hac voce Jabolenus Archigubernum deduxit, *l. Sejus Saturnius* 46. *ff. ad Senatuſc Trebell.*

(*d*) Proreta, Græcè πρωρεὺς καὶ προρεύτης. qui proram, id eſt priorem navis partem regit: ſic dictum quaſi προίειν, ut Theon tradit. Utitur ea voce Paulus *I. C.* in *l. cotem.* 11. §. *dominus.* 2. *ff. de public.*

(*e*) Naupegus Græcè, Latinis dicitur fabricator navium, vel navis artifex. Arcadius Juriſconſ. græca voce eſt uſus, ut latina *l. ult. ff de jure immunit.* quem & nos imitati ſumus, ut & antè *Valla* atque *Bayſius*. Hodie apud Venetos vulgò Calafatte vocatur, voce à recentioribus Græcis mutuata, qui navium artifices καλαφάτας vocavere. teſtatur id nomen Michaelis Imperatoris, qui Calaphates vocatus fuit, quòd parentes ipſius naves apud Paphlagonas conſtruxiſſent. Verùm complura fabrorum navalium genera commemorantur. Erant enim δενδροφόροι, qui ligna adferebant: dolabrarii, qui ea in uſum navigiorum perforabant: centonarii qui ſtuppa & centonibus rimas juncturarum opplebant. de quibus eſt *tit. in Cod. Theodoſ. lib.* 12. de Centonariis, & Dendrophoris. Erant & ſcalarii, qui ſcalas in uſum magnorum navigiorum faciebant.

(*f*) Carabitam dici exiſtimo, quòd carabo præſit. Videtur autem carabus in hiſce legibus uſurpari pro ſcapha, quæ majora navigia conſequitur, ut infrà *l.* 46 *Jur. Nav. Rhodior. apparet.* Carabus, inquit *Iſidorus*, eſt parva ſcapha ex vimine facta, quæ crudo corio contecta, navigii genus præbet: qualibet ait, utuntur Germanorum piratæ in Oceani littoribus vel paludibus hinc καράβιον forma diminutiva deducitur, ex quo vulgò Carabellæ Italis vocitatæ, annotante Gyraldo.

(e) *al. tantum,* μέρος ἕν,

In

ζ (f) Παραχαρίτου μισθὸς, μέρος ἥμισυ.

η Ἐμπόρῳ ἔχειν ἐξὸν ἐν πλοίῳ παῖδας δύο. τὸ δὲ ναῦλον διδότω.

θ Ἐπιβάτου τόπος, μῆκος πήχεων τριῶν· πλάτος, πήχεως (g) ἑνός.

ι Ὁ ἐπιβάτης ἐν πλοίῳ ἰχθὺν μὴ τηγανιζέτω, καὶ ὁ ναύκληρος αὐτῷ μὴ συγχωρείτω.

ια Ὁ ἐπιβάτης ἐν πλοίῳ ξύλα μὴ σχιζέτω, καὶ ὁ ναύκληρος αὐτῷ μὴ συγχωρείτω.

ιβ Ὁ ἐπιβάτης ἐν πλοίῳ ὕδωρ μέτρῳ λαμβανέτω.

7 * Pareſcharitæ merces, portio dimidia.

8 Mercatori duos in navi † (g) pueros habere licet, ſed naulum pro eis ſolvat.

9 Vectoris (h) locus, longitudo trium cubitorum latitudo, cubiti unius.

10 Vector in navi piſcem ne frigito, & exercitor id ei ne permittito.

11 Vector in navi ligna ne findito, & exercitor id ei ne permittito.

12 Vector aquam in navi ad menſuram accipito.

In quinque prioribus legibus. de mercede eorum qui navis navigandæ cauſa in navi verſantur, agitur: quæ tamen cujuſque portio fuerit, non exprimitur. *Lucianus* περὶ τοῦ ἠλέκτρου, remigis mercedem ad duos obolos ſtatuiſſe videtur: id eſt, drachmæ tertiam, dum ait, οἴει ἡμᾶς δυοῖν ὀβολοῖν ἕνεκα ἐρέττειν ἂν ἢ ἕλκειν τὰ πλοῖα πρὸς ἐναντίον τὸ ὕδωρ. *Xenophon* verò *lib* 1. ἑλληνικῶν τριώβολον poſuit. Verum quod cujuſque officium fuerit, obiter vidimus.

(g) Id eſt, famulos male itaque pro Παῖδας quidam legunt Πόδας, & ita legem hanc interpretantur, *Mercatori locum in navi duorum pedum habere licitum eſto:* qua lectione nihil ineptius, verum uti hic Παῖδας ita etiam legunt exemplaria Bibliothecæ Vaticanæ cum qua lectione congruere videntur *cap* 74 & 75. libri conſulatus, quo recentiores leges navales continentur. Nam illic traditur, ut mercatoris juſtam vecturam ſolventis, arca & ſervus navi portentur. In longinqua tamen navigatione ad id nauclerum non aſtringi, niſi ultra 10. coronatos mercator pro vectura ſolvat.

(h) Ἐπιβάται Latinis vectores, ut *ff. de exer. act. l.* 1 § *magiſtri & § ſed etſi. & l.* 2. § *ſi conſervatis. ff. ad l. Rhod de jactu & l* 1. § *fin. & l. ult ff. nautæ caup. & ſtab.* Ut autem vectorum nomine accipiuntur tam qui trajiciunt homines, quàm qui tranſmittuntur: ſic & ἐπιβάται *Demoſtheni*, *Herodoto*, *Xenophonti*, *Harpocrationi*, *Polluci*. *Porphyrio* in quæſtionibus Homericis, dicuntur milites claſſiarii. Aliis autem, hi qui navim conſcendunt, ut trajiciantur. Et ſic quidem hæc dictio toto hoc titulo accipitur. Hinc dictæ ſunt ἐπιβατίδες vectoria navigia, quorum Ulpianus meminit *l.* 1. § *ſed etſi. ff de exercit. act.*

(f) παρεσχαρίτου, (g) *al.* μιᾶς.

* *Foci cuſtodis.* † *famulos.*

ιγ Ἡ γυνὴ ἐν πλοίῳ λαμβανέτω τόπον πήχεως ἑνός· τὸ δὲ παιδίον τὸ μὴ τέλειον, πήχεως τὸ ἥμισυ.

ιδ Ἐὰν εἰσέλθῃ ἐπιβάτης (h) ἐν πλοίῳ, καὶ ἔχει χρυσίον, παρατιθέσθω αὐτὸ τῷ ναυκλήρῳ. εἰ δὲ μὴ παραθέμενος εἴπῃ, ὅτι χρυσίον ἀπώλεσα, ἢ ἀργύριον, ἄκυρα ἔστω τὰ παρ' αὐτοῦ λεγόμενα, ὅτι οὐ τῷ ναυκλήρῳ παρέθετο.

ιε Ὁ ναύκληρος, καὶ οἱ ναῦται, καὶ οἱ ἐπιβάται, ὁμοῦ ἐμπλέοντες, ὅρκον εὐαγγέλιον παρεχέτωσαν.

ιϛ Δεῖ εἶναι τὴν χιλιάδα τοῦ μοδισμοῦ, χρυσίων ν, μετὰ πάσης τῆς

13 Mulier in navi locum cubiti unius accipito: puer autem necdum adultus, locum cubiti dimidii.

14 Si vector navim ingreſſus fuerit, qui pecuniam habeat, eam apud exercitorem deponito. Quod ſi ea non depoſita, aurum argentumve ſe perdidiſſe dixerit: hi ſermones ipſius irriti propterea ſunto quod apud exercitorem non depoſuerit.

15 Exercitor, & nautæ, & vectores, qui ſimul navigant, jusjurandum ‡ evangelicum præſtanto.

16 (*i*) Oportet chiliadem modiationis (*k*) eſſe ſolidorum

(*i*) In hac lege 16. de æſtimatione *navis Rhodiæ* tractatur, ſic dictæ, quod illic frequentius in uſu ſit habita, vel quod ibi fuerit ædificata: ut & aliæ quamplurimæ à loco dicuntur, ut Liburnicæ, Ægyptiæ, Sidoniæ, & ſimiles, quas recenſere non eſt inſtituti noſtri. Etſi autem varia Rhodiarum navium genera fuerint, tamen hic de onerariis ſaltem agi, nemo ambiget, legibus hujus tituli obiter conſideratis, quæ ferè omnes circa mercatores, & mercium ſeu onerum tranſportationes verſantur: à quibus naves onerariæ non ſolum apud Latinos, ſed & Græcos nomen ſortitæ ſunt, quibus nunc φορτηγοὶ, φορταγωγοὶ, & φορτίδες: nunc à rebus quæ in iis deferuntur, σιτηγοὶ & σιταγωγοὶ appellantur.

(*k*) De calculo Modiationis illud admonendum cenſeo, me iis verbis in interpretando uſum, quòd ea Græcis vicina, & in materia ferè eâdem ab Imperatoribus Honorio & Theodoſio uſurpata cernerem, *l. ult. C de naufrag. lib* 11. *& in C. Theodoſiano, l. cum navarchorum, ſub tit. de navicularils lib.* 13. Licet non negem, poſſe quoque per *Chiliada* millenariam navim intelligi, quaſi mille amphorarum capacem: ſicuti jam quadragenariæ, ſeptuagenariæ & centenariæ vulgò dicuntur. Sed quid nomine *Modiationis* intelligitur? *Ego*, licet omnes, apud quos hujus rei explicatio quærenda erat, diligenter excuſſerim, nullum tamen qui ejus vel verbulo mentionem feciſſet, hactenus videre potui. Nam & ab iis qui ex profeſſo in Codicis poſteriores libros hactenus Commentationes vel

(h) *al.* εἰς πλοῖον.

‡ *hoc eſt, tactis evangeliis. Additum hoc a Chriſtianis.*

An-

Annotationes ediderunt, id levi, ſiccoque (quod aiunt) pede prætéritum, & ab aliis qui Antiquitatum obſervationes pollicentur, intactum fuiſſe relictum comperi, omnibus Accurſii interpretationi acquieſcentibus. Sed quid ea vel ad legis ultimæ, vel hujus loci ſenſum confert? Nam interpretatio *Modiationis* pro publico frumento, *dictæ l. ultimæ*, commodè non adaptatur: multo verò minus huic loco convenit, ubi de æſtimatione navis Rhodiæ non publici frumenti agi perſpicuum eſt. Ego itaque diligentius loco utroque perpenſo, per *Modiationem* navis nihil aliud, niſi ejus conſtitutum taxatumque modum intelligi exiſtimo: ideo *Modiationis* nomine appellatum, quòd, ut hodie ex culeis vel tonellis (ut vocant) magnitudo modusque navis, ita olim ex modiis æſtimaretur, ſicuti videre eſt in *l. jubemus.* 14. *C. de ſacro ſanct. eccl.* & *l.* 2. *C. de navibus non excuſ. lib.* 11. Sic quoque Theodoſius *Modiationem* frumenti vocat, quam antè modum appellarat, *l. ult. C. de anno. civil. lib.* 11. Gordianus certam tritici *Modiationem*, menſuram intelligens, *l. cum non frumentum.* 16. *C. de uſuris.* & *l. emptionem.* 7. *C. de rer. permut.* Porrò in navi exædificanda certam ſummam modumque præfinitum ſervari ſolitum, apertè oſtenditur *libro* 13. *C. Theodoſ. tit. præallegato. l. provideatur.* cujus verba quia ad ſententiæ noſtræ confirmationem faciunt, ſubjicere viſum eſt. *Provideatur* (inquit lex) *ut naves, ſinguli quique naviculariæ functioni obnoxii ad neceſſarium & conſtitutum modum exædificare cogantur, ut onera debita, & juſta ſuſcipiant. Qui ſcient ſe de propriis periclitaturos eſſe fortunis, niſi in his præparandis debitæ capacitatis ſummam modumque ſervaverint.* Itaque dum hic lex navis Rhodiæ *Modiationem*, cum omnibus armamentis ad quinquaginta aureos redigit, nihil aliud intelligit, quàm navigium habere debere æſtimationem, taxationem, ſummamque quinquaginta aureorum. Ac licet de æſtimationis ſumma non diſputo, nec numeros hic poſitos pertinaciter defendo: tamen æſtimationis tenuitatem nemo mirabitur, qui quantulæ veterum onerariæ naves fuerint, ex Hiſtoricorum lectione didicerit, eaſque cnm noſtris diligenti ratione æſtimarit. Id quod qui facere voluerit, neminem, meo judicio, melius quàm *Budæum de Aſſe libro* 5. conſulere poteſt, perſpecturus nequaquam veterum onerarias cum noſtris conferendas eſſe. Atque ut dictio *Modiationis* Latinis non eſt admodum uſitata, ita Græcis τῆς ἐξαρτίας, cujus eadem lex meminit. Intelligitur autem ἐξαρτίας appellatione nihil aliud, quàm ἐξάρτησις, ut teſtatur *Harmenopulus lib.* 2. *tit.* 10. quæ eſt σκεύη τινὰ κατασκευὴ, id eſt, inſtrumenta ad tutelam & conſervationem navis neceſſaria, Latinis armamenta appellata. *l. navis.* 4. *ff. ad l. Rhod. de jact. l.* 3. *§. armamenta ff. de rei vind* Hæc eadem ἐπιχειρεία quoque dici videtur, lege decima infrà. *Inde* porrò dici exiſtimo ἐξαρτημένον πλοῖον, *l* 42 *Jur. naval. Rhod.* infrà. ac ſi diceres, navigium omnibus armamentis neceſſariis inſtructum. Hodie eadem quoque dictione Veneti utuntur, ut in Libro legum recentiorum navalium. *Cap.* 90. & 185. & 187. Italico Sermone ſub titulo conſulato des mare conſcripto apparet ſicuti & aliis quibuſdam: ut gundulæ & barcæ, quas græcas quoque eſſe, ex loco commemorato *Harmenopuli* oſtenditur.

ἐξαρτίας αὐτοῦ, καὶ εἰς συμβολὴν ἐρχέσθω· τοῦ δὲ πλοίου τοῦ παλαιοῦ, χρυσίων λ. καὶ ἐν τῇ διατιμήσει αὐτοῦ, τὸ τρίτον μέρος κουφιζέσθω, καὶ οὕτως εἰς συμβολὴν ἐρχέσθω.

ιζ Ὁ νόμος κελεύει. Τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ δεδανεισμένα, ἔγγυα καὶ ἀκίνδυνα, μὴ (i) γραφέτωσαν. εἰ δὲ καὶ ἐπιγραφθῶσιν, ἄκυρα ἤτω, (k) κατὰ τὸν Ῥόδιον νόμον. τὰ δὲ ἐν ἀγροῖς ἢ ἐν ὄρεσι δανειζόμενα, ἔγγυα καὶ ἀκίνδυνα, (l) ἐπιγραφέτωσαν.

ιη Ἐὰν δανείσῃ τις ἐν τόκοις, καὶ (m) ἔτι τελέσῃ τοὺς ἐννόμους τόκους, κατὰ δὲ ὀκτὼ ἔτη συμβῇ ἀπώλειαν γενέσθαι, ἢ πυρκαϊὰν, ἢ

quinquaginta, cum omnibus armamentis ſuis, & in contributionem veniat: veteris autem navigii, ſolidorum triginta. Et in æſtimatione ipſius, tertia pars detrahatur, atque ita in contributionem veniat.

17 Lex ita præcipit. Quæ in mari navigantibus credita ſunt ſub fidejuſſione, ac ſine periculo, in ſcripturam ne referuntor. Quod ſi confecta de iis ſcriptura fuerit, ſecundum legem Rhodiam irrita eſto. Quæ vero per agros & montes iter faciuntibus creduntur, ſub fidejuſſione, ac ſine periculo, in ſcripta referuntor.

18 Si quis accepta fœnori pecunia, quotannis legitimas u-(*l*) ſuras perſolverit, & poſt annos octo vel aliqua jactura, vel incendium, vel direptio barbarorum

διαρ-

(*l*) Duplicem apud antiquos Uſuram fuiſſe, præterquàm quòd ex hoc loco manifeſtum eſt, etiam à *Budæo* annotatum eſt *lib. de Aſſe* 1. *Terreſtrem* ſcilicet, & *Nauticam*. Terreſtris, id eſt ἔγγειος, menſtrua erat, ut vocabulum Calendarium docet, quo Jureconſulti paſſim utùntur, ut *l penult; ff ſi cert pet. l. nepoti. ff. de inſtruct. & inſt. leg. dominus* 22. *ff. de pecul. leg.* cum ſimilibus. Hæc non debetur regulariter, niſi ſtipulatione præcedente promiſſio ejus rectè facta probetur: *l* 1 *C de uſuris*. Idque in tantum, ut licet aliquando ex conſenſu ſit præſtita, præjudicium debitori non adferat ad futuri temporis ſolutionem. *l. creditor* 7. *C de uſuris*. *Nautica* ſive *Maritima*, quæ creditori ob incertum navigationis periculum, quod in ſe recipit, ab eo qui trans mare vehitur, dependi ſolet, unde & *Trajectitia* dicitur: & ſi pecunia in eo loco quo datur, conſumatur, nautica non erit. Modeſtinus *l* 1. *ff. de naut. fœn* Hæc verò rurſus eſt duplex, ut ex *Polluc. lib* 8. *Budæus* & *in Annotationibus ad Pandectas*, & in *libro de Aſſe* annotavit: ſcilicet *Heteroplus*. & *Amphoteroplus* *Heteroplus*, cum fœnerator tantum commeatus periculum ſuſcipit, id eſt alterius navigationis: *Amphoteroplus* autem in commeatum & remeatum taxata eſt, id eſt ita contrahitur, ut nec uſura nec ſors debeatur, quàm ſi navis cum mercibus ſoſpes ad domicilium uſque rediiſſet, de qua prædicta *l.* 1. *ff. de*

(i) γραφέσθωσαν. (k) *al.* ἐπὶ. (l) ἐπιγραφέσθωσαν. (m) καὶ κατ' ἔτη.

naut.

διαρπαγὴν βαρβάρων, τῶν τόκων διάλυσις γινέσθω κατὰ τὸν Ῥόδιον νόμον. εἰ δὲ μὴ τελέσῃ τοὺς τόκους ἐκ τῶν νομίμων, τὰ ἔγγραφα κύρια ἐστὶ κατὰ τὰς προτέρας συνθήκας, καθὼς τὸ ἔγγραφον περιφέρει.

ιθ Οἱ ναύκληροι ἀπὸ τῶν συναλλαγμάτων τῶν ναυτῶν οὐκ ἐνέχονται, ἀπὸ δὲ τῶν ἁμαρτημάτων ἐνέχονται.

κ Ναύκληρος ἐὰν ὑποδέξηταί τι, ἐνέχεται ἵνα ἀποκαταστήσῃ καὶ ἀποδώσῃ αὐτό. εἰ δὲ μὴ θέλει δέξασθαι κατ' ἀρχὴν, οὐδεὶς δύναται καταναγκάσαι αὐτὸν, ἵνα δέξηται.

κα Οἱ ναύκληροι ναυκληροῦντες τὰ συμβαλλόμενα τοῦ πλοίου μὴ ἔλασσον τοῦ τριμερείτου, ὅπου ἐὰν ἀποστέλλονται, καθὸ χρήματα χρεωνύειν καὶ ἀποστέλλειν ἐπὶ πλοίου (n) κατὰ θερίων καὶ κατὰ πλοῦν, καθὼς ἂν συνεγράψαντο, κύρια ἔστω. ὁ δὲ χρήσας τὰ χρήματα, ἐπιπεμ-

acciderit: transactio de uſuris ſecundum legem Rhodiam fiat. Sin legitimas uſuras non præſtiterit, ſcriptis comprehenſa rata ſunt, juxta priora pacta conventa, prout ipſum inſtrumentum declarat.

19 Exercitores ex contractibus nautarum non obligantur, ex delictis tenentur.

20 Exercitor ſi quid ſuſceperit, ad ejus reſtitutionem & ſolutionem tenetur. Sin vero quid ab initio ſuſcipere noluerit: nemo eum cogere poteſt, ut ſuſcipiat.

21 (*m*)Exercitores, qui partem non minorem parte tertiarii habent in iis, quæ in navim conferuntur, quocumque tandem mittuntur ad ſumendas mutuo pecunias, & in navim deportandas, tam *ad navigationem unam, quam ad utramque; prout ſcripturas confecerint, ra-

naut fœn. Quod verò hic de deſcriptione uſurarum dicitur, id ad antiquam fœneratorum conſuetudinem refertur, qui ut gnavi & diligentes patresfamilias Nomina debitorum in librum rationum vel tabulas deſcribere ſolebant: quæ quod in ſingulas Calendas fœnerarent, *Calendaria* vocabantur, memorata tam oratoribus atque poëtis, quam noſtris Jureconſultis, ut *Seneca lib.* 1. *de Beneficiis:* nemo beneficia in Calendario ſcribit. de quo, præter alios, *alciatus lib.* 2. *parergωn cap.* 23. itaque cum lex mutuum a creditore in tabulas hic diſcribi vetat, intelligit eum a periculo navigationis immunem, uſuras exigere vel petere non debere. Idque ita eſſe, confirmat infra *lex* 16 *Jur. naval. Rhodior.* & facit *l.* 2. *c. de naut. fœn.*

(*m*) *Hæc lex in omnibus abeſt, extra manu ſcriptum noſtrum.* Nam in exemplari Vaticano corroſa erat; in Florentino autem penitus deerat, ut & præcedentia omnia: nam id à ſequentibus, jam legibus excerpti juris navalis Rhodiorum incipit.

(n) καθ' ἑτερόπλουν, καὶ κατ' ἀμφοτερόπλουν.

* *hoc eſt, ad commeatum ſolum, & ad commeatum pariter, ac remeatum.*

πέτω ἄνθρωπον, ὃς ἂν ἐπιγγελώνυται.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΝΟΜΟΥ ῬΟΔΙΩΝ ναυτικοῦ κατ' ἐκλογήν.

α Περὶ ἀγκυρῶν πλοίου κλαπέντων.

β Περὶ ἀγκύρων καὶ λοιπῶν ἐξαρτίων κλαπέντων.

γ Περὶ ναύτου κλοπὴν ἐργασαμένου.

δ Περὶ πλοίου ἀπὸ κλεπτῶν ἢ πειρατῶν (o) συλὴν ὑπομείναντος.

ε Περὶ ναυτῶν ἐν μάχῃ (p) κύλλωμα ἐργασαμένων.

ϛ Περὶ ναυτῶν ἐν μάχῃ φόνον ἐργασαμένων.

ζ Περὶ ναυτῶν ἐν μάχῃ πήρωσιν ὀφθαλμῶν, ἢ αἰδοίων (q) κήλωσιν ἐργασαμένων.

η Περὶ ναυκλήρου καὶ ναύτου ἀλλοτρίας λαβόντων ἐνθήκας, καὶ σὺν τῷ πλοίῳ ἀποδρασάντων.

θ Περὶ ναυκλήρου καὶ ἐπιβατῶν, περὶ ἀποβολῆς βουλευομένων.

ι Περὶ πλοίου ζημίαν ἢ ναυάγιον ὑπομείναντος.

ια Περὶ ἐμπόρων πλοῖα ναυλουμένων.

ιβ Περὶ πάσης παραθήκης διδομένης ἐν πλοίῳ ἢ ἐν οἴκῳ.

ιγ Περὶ παραθήκης χρυσίου ἀντιλεγομένης.

ιδ Περὶ παραθηκαρίου τὴν παραθήκην ἀρνησαμένου.

ιε Περὶ ἐμπόρου, ἢ ἐπιβάτου,

tæ ſunto. Qui vero pecunias credit, hominem in navim mittat, qui mutuum tradat.

CAPITA EXCERPTI JURIS NAVALIS RHODIORUM.

1 De ancoris navis furto ſurreptis.

2 De ancoris & reliquis armamentis furto ſurreptis.

3 De nauta, qui furtum commiſit.

4 De navi, quam fures aut piratæ ſpoliarunt.

5 De nautis, qui in rixa graviter alios læſerint.

6 De nautis, qui in rixa cædem commiſerint.

7 De nautis, qui in rixa oculos eruerint, aut hernioſos fecerint.

8 De exercitore ac nauta, qui alienas merces receperint, & cum navi aufugerint.

9 De exercitore ac vectoribus, de jactu conſultantibus.

10 De navi jacturam aut naufragium paſſa.

11 De mercatoribus, qui naves promiſſo naulo conducunt.

12 De omni depoſito, quod in navi, vel in domo datur.

13 De auri depoſito, cui contradicitur.

14 De depoſitario, qui depoſitum infitiatus eſt.

15 De mercatore, vel vecto-

ἢ

(o) al. σύλα. (p) κήλωμα. (q) al. κύλλωσιν.

ἢ δούλου παραδοθέντος, καὶ ἐν ἀκτῇ ἀπομείναντος, τοῦ πλοίου ἀποφυγόντος διὰ πειρατείαν ἢ λῃστῶν ἐπιδρομήν.

ιϛ Περὶ χρημάτων (r) ἐπιποντίων ἐκδανεισθέντων.

ιζ Περὶ χρυσίου καὶ ἀργυρίου ἐπὶ κέρδους κοινωνίᾳ χρησθέντων.

ιη Περὶ τοῦ χρήματα ἐκδανεισαμένου ἐπὶ προθεσμίᾳ, καὶ ἀποδημήσαντος.

ιθ Περὶ τοῦ ναυλωσαμένου πλοῖον, καὶ ἀρραβῶνα δεδωκότος.

κ Περὶ τῶν ναυλωσαμένων πλοῖον, καὶ ἐγγράφως συμφωνησάντων, [ἢ καὶ ἀγράφως ὁρισάντων.]

κα Περὶ δύο κοινωνῶν ναυκλήρων, ἀλλήλοις ἀντιλεγόντων.

κβ Περὶ ἐμπόρου τὸν γόμον ὅλον τοῦ πλοίου ναυλωσαμένου.

κγ Περὶ ναυκλήρου καὶ ἐμπόρου, (s) τοὺς γόμους συγγραψαμένων.

κδ Περὶ ναυκλήρου καὶ ἐμπόρου συγγραψαμένων, καὶ μετὰ τὰ ἡμίναυλα δοθέντα (t) μεταμελῶν γινομένων.

κε Περὶ ἐμπόρου (u) εἰς τὰ ἔγγραφα ὑπερπροθεσμήσαντος.

κϛ Περὶ πλοίου κλασματισθέντος ἐξ αἰτίας ναυκλήρου ἢ ναυτῶν ἐκκοιτούντων.

κζ Περὶ πλοίου (x) κλασματισθέντος εἰς γόμον ἀπερχομένου ἐμπόρου, ἢ κοινωνίας.

re, vel ſervo qui rem depoſuit, & in litore remanſit, navi profuga, propter piratarum aut latronum incurſum.

16 De pecuniis uſura trajecticia creditis.

17 De auro & argento ad lucri ſocietatem mutuatis.

18 De eo, qui pecuniam mutuo cepit in diem, & peregre profectus eſt.

19 De eo, qui navem conduxit, & arrham dedit.

20 De iis, qui navem conduxerunt, pactis conventis vel in ſcriptis, vel citra ſcripturam initis.

21 De duobus exercitoribus ſociis, invicem ſibi contradicentibus.

22 De mercatore, qui totam navis onerationem pro ſe conduxit.

